Zeitschrift: Mitteilungen der Antiquarischen Gesellschaft in Zürich
Herausgeber: Antiquarische Gesellschaft in Zürich
Band: 8 (1851-1858)

Artikel: Geschichte der Abtei Zürich
Autor: Wyss, Georg von
Anhang: Beilagen
DOI: https://doi.org/10.5169/seals-378739

Nutzungsbedingungen
Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

Conditions d'utilisation
L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

Terms of use
The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

Download PDF: 17.07.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

Beilagen.

Bemerkung.

Am Fusse jeder nachfolgenden Beilage findet sich zuerst die Quelle angegeben, aus welcher dieselbe entnommen ist. Wo hiebei lediglich ein Archiv (Staatsarchiv, Stadtarchiv Zürich u. s. f.) angeführt wird, ist die Beilage der Abdruck einer daselbst befindlichen Originalurkunde.

Hierauf werden die Werke und wichtigern Handschriften bezeichnet, in welchen sich das gegebene Aktenstück ebenfalls ganz oder im Auszuge wiedergegeben findet.

Bei Anführung öfter genannter Werke oder Handschriften-Sammlungen hat man sich der Abkürzungen bedient, die oben am Beginne der „Zusätze und Anmerkungen“ zum Texte bezeichnet worden sind.

1.

Schenkungs- und Immunitätsbrief König Ludwigs des Deutschen für das Nonnenkloster St. Felix und Regula in dem vicus Zürich, welchem er seine Tochter Hildegard vorsetzt.

Regensburg, 21. Juli 853.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Hludouuicus divina faventente gratia rex, Si de rebus terrenis quas divina sumus largitate consecuti ad loca sanctorum ob divinum amorem regium morem decenter implentes aliquid conferimus hoc nobis esse profuturum ad æternæ remunerationis præmia capessenda liquido credimus Quapropter conperiat omnium fidelium sanctæ dei ecclesiæ nostrorumque præsentium scilicet et futurorum industria qualiter nos pro serenissimi imperatoris avi nostri karoli et præstantissimi hludouuici augusti domni ac genitoris nostri. nec non et nostra sempiterna remuneratione. ac pro coniugis prolisque nostræ carissimæ perpetua mercede curtim nostram turegum in ducatu Alamannico in pago durgaugense cum omnibus adiacentiis vel aspicientiis eius seu in diversis functionibus id est pagellum uroniæ. cum ecclesiis domibus ceterisque ædificiis desuper positis. mancipiis utriusque sexus et ætatis. terris cultis. et incultis silvis. pratis. pascuis. aquis. aquarumve decursibus adiacentiis perviis exitibus et regressibus. quæsitis et inquirendis cum universis censibus. et diversis redibitionibus insuper etiam forestum nostrum albis nomine et quicquid in eisdem locis nostri iuris atque possessionis in re [1]) proprietatis est et ad nostrum opus instanti tempore pertinere videtur totum et integrum ad monasterium nostrum tradimus quod situm est in eodem vico turegum ubi sanctus felix et sancta regula martyres Christi corpore quiescunt. Quod videlicet eo rationis tenore conplacuit nobis agendum ut deinceps in posterum ibidem omni tempore sanctimonialium feminarum sub regulari norma degentium vita conversatioque monasterialis monachicho cultu instituta celebretur et libentius propter huius loci supplementum a nobis iam prædictis martyribus dediti dei famulatus illic exhibeatur ac pro nostræ debitorumque nostrorum omnium mercedis augmento diligentius domini misericordia et uberius exoretur. Volumus etiam ut fidelium nostrorum noverit benivolentia quod paterna pietate commoniti supradictum monasterium cum omni integritate unacum nostra traditione in locis præfatis dilectissimæ filiæ nostræ hildigardæ in proprietatem [2]) concessimus ut quantum domino permittente valeat familiam in eodem monasterio domino militantem suoque dominatui subiectam disciplinis regularibus et observantiæ monasterialis institutione corrigat et nutriat locaque ipsa sibimet concessa quantum vires suppeditent profectibus et emendationibus augmentando provehat et emendet Denique iubentes præcipimus ut nullus iudex publicus nec comes vel quislibet ex iudiciaria potestate in locis præfatis vel in cunctis rebus ad eandem [3]) loca respicien-

tibus seu homines tam liberos quam et servos qui illic commanere videntur distringere aut infestare nec fideiussores tollendos aut ullas redibitiones vel freda aut bannos exigendo aut alicuius iniuriæ vim ullo umquam tempore inferre præsumat sed sub nostra defensione et munitatis tuitione cum advocatis ibi constitutis res illæ secure per diuturna tempora permaneant. Et ut hæc auctoritas donationis atque confirmationis nostræ firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctæ dei ecclesiæ nostrisque præsentibus et futuris verius credatur atque diligentius conservetur manu propria nostra subter eam firmavimus et anuli nostri inpressione adsignari iussimus.

Signum domni hludouuici gloriosissimi regis.

Comeatus notarius ad vicem radleici recognovi et (Schreibzeichen). (L. S.)

Data XII. kld. augt anno Christo propitio. XX. regni domni hludouuici serenissimi regis in orientali francia Indictione prima. actum reganesburg civitate in dei nomine feliciter amen.

[1]) „*in re*“, vermuthlich Schreibfehler für „*jure*“. Es heisst nicht, wie auch vermuthet worden: „*vel nostrae*“ in Abkürzung.

[2]) Die Worte „*in proprietatem*“ scheinen spätern Ursprungs. Vergl. indess unter Nr. 6 die Worte: „*nec non etiam in proprium possidere*“.

[3]) So, statt „*eadem*“.

Staatsarchiv Zürich. — *Abgedruckt in: Bl. Z. I. 477. Conring Censura Dipl. Lindav. IV. 12 und Append. II. (Opera Conr. ed. Goebel Vol. II. pag. 588 u. 687). Guill. Helv. III. 5. Hartm. Ann. H. (Frib. 1612) pag. 14. Herrg. Gen. Habs. Cod. prob. LIV. Hott. H. E. VIII. 1101. Mager de Advoc. armata V. 155. N. C. D. nr. 349. Deutsch bei: Lang. Gr. I. 614. Schriftproben und Siegel bei: Sch. et L. tab. I. II.*

Abschriften in: Haer. XXVI. (Deutsch LXVII[a].) Doc. Abb. I. 5. 13. 17. Sch. C. D. nr. 69.

2.

König Ludwig der Deutsche verleiht dem Priester Berold auf Lebenszeit die drei Kapellen zu St. Peter in der villa Zürich, zu Bürglen und Silenen im Thale Uri.

(Angeblich: **Bodmann, 13. März 857.**)

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. Hludovicus divina favente clementia rex. Notum sit igitur omnibus fidelibus nostris præsentibus scilicet et futuris, quia nos ab amorem bone memoriæ et karissime filiæ nostræ Hiltigardæ cuidam presbytero ejus nomine Beroldo, cui ipse, quamdiu ipsa advixerat, vere fideliterque servierat, quasdam res infra ditionem regni nostri conjacentes et pertinentes ad monasteriolum, quod est constructum in honore Sancti Felicis et Sanctæ Regulæ virginis Christi, in beneficium temporibus vitæ suæ concessimus; hoc est capellam unam sitam in villa Zurih, quae est constructa in honore Sancti Petri Principis Apostolorum. Nec non et alteras duas capellas in valle Uronia in locis cognominantibus Burgilla et Silana cum mancipiis, decimis, terris, cultis et incultis, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, et quicquid juste et legaliter ad prænominatas tres capellas pertinere videtur cum omnibus appendiciis et adjacenciis suis

totum et integrum prædicto Beroldo Presbytero ad dies vitæ suæ per hanc nostram auctoritatem sollempni more in beneficium concessimus. Ita videlicet ut ab hac die et deinceps neque a filiis nostris, neque ab aliqua persona ullam ex his rebus paciatur molestiam, sed quieto ordine et absque alicujus contradictione Christo propitio ipsas res possidere liceat. Quatinus pro nobis, conjuge ac prole nostra securius et tranquillius ibi valeat Domini clementiam exorare. post ipsius quoque discessum predictæ res ad prefatum monasterium cum omni integritate eorum revertantur absque alicuius contradictione. Et ut hæc autoritas nostræ largitionis per futura tempora melius conservetur, veriusque credatur, manu propria nostra ac filiorum nostrorum subter eam firmavimus, et anuli nostri inpressione roborari jussimus [1]).

Data III. Id. Mart. anno XXV Regni Hludovvici serenissimi Regis in Orientali Francia regnante. Indictione V. Actum in villa potamo in Dei nomine feliciter Amen [2]).

[1]) Haer. zeigt zwischen Text und Datum die Abbildung des Siegels; Kopf mit der Umschrift: XPE PROTEGE HLVDOVICVM REGEM. Siehe Sch. et L. tab. II.

[2]) Wegen des falschen Datums der Urkunde s. oben Anm. 63. Vergl. auch B. R. K. nr. 780.

Abschrift bei: Haer. XV. — *Andere Abschriften: Doc. Abb. I.* 25. *Sch. C. D. nr.* 73. *Dürsteler, Stadtb. Zürich. Mscr. E.* 14. *Abgedruckt bei: N. C. D. nr.* 366 *(nach Dürsteler). Hott. H. E. VIII. pag.* 1101. *Deutsch bei: Lang. Gr. I.* 615.

3.

König Ludwig der Deutsche genehmigt den Vertrag zwischen seiner Tochter Hildegard und dem Bischof Arno von Würzburg, wonach Bertha, die Schwester der erstern, gegen eine jährliche Recognition an das Hochstift Würzburg das Kloster Schwarzach in lebenslænglichen Besitz bekommt.

Worms, 27. März 857.

In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. Ludowicus divina favente clementia Rex. Notum sit igitur cunctis fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ præsentibus scilicet et futuris, qualiter Theodrada quondam, amita nostra, quasdam res proprietatis suæ, hoc est, Monasterium, quod dicitur Swarzaha, cum omnibus adiacentiis vel appenditiis suis ad Monasterium Wirzeburg, quod est constructum in honorem S. Salvatoris, et beati Kyliani Martyris Christi manu potestativa tradidit; Ea ratione, quatinus dilecta filia nostra Hildigarda ipsum Monasterium usque ad obitum suum haberet. Postea vero Gozbaldus Episcopus, qui tunc præfatæ Ecclesiæ Rector esse videbatur, ac reliqui fratres petierunt quatinus Hildigarda præfatum Monasterium in ius S. Kyliani manu etiam sua redderet, quod eam fecisse omnium fidelium nostrorum magnitudo cognoscat; At vero memorata Hildigarda humiliter ad Arnonem Episcopum et successorem eius ac reliquum Clerum accedens petiit ut idem Monasterium ad dies vitæ sorori suæ sub censu decem solidorum annuatim in Palmis reddendo præstarent, quod

ita fecerunt, sed pro integra firmitate petierunt iterum Arno Episcopus et reliquus Clerus, ut hanc compactionis rationem nostra auctoritate firmaremus, quorum petitioni libenter adquiescentes, hoc præceptum mansuetudinis nostræ eis conscribere iussimus, per quod præecipientes præcipimus, ut, sicut ipsi inter se placitaverunt, ita deinceps per hanc nostram auctoritatem iure firmissimo permaneat, et post obitum Berthæ filiæ nostræ præfatum Monasterium in ius et potestatem Sancti Kyliani redeat, et nullus successor noster illud inde subtrahere possit, sed semper et perpetualiter ad iam dictum locum Christo propitio permaneat. Et ut hæc auctoritas compactionis per futura tempora firmior habeatur, et melius conservetur, veriusque credatur, subtus eam Sigillo nostro iussimus sigillari.

Hadebertus Subdiaconus, ad vicem Grimoldi Archicapellani recognovi. Data VI. Kal. April. anno XXV [1]) regni Ludovici serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis. Indict. V. Actum civitate Wormacia, in Dei nomine feliciter. Amen.

[1]) XXIV. nach B. R. K. nr. 779.

Eccard. Or. Fr. II. 887.

4.

König Ludwig der Deutsche schenkt auf Bitte seiner Tochter Hildegard dem Kloster Zürich den Hof Cham mit aller Zugehör.

Frankfurt, 16. April 858.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Hludovicus divina favente gratia rex: Si de rebus terrenis quas divina sumus largitate consecuti ad loca sanctorum ob divinum amorem aliquid conferimus profuturum nobis esse ad aeterne remunerationis premia capessenda hoc liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium sanctae dei ecclesiae nostrorumque praesentium scilicet et futurorum industria, qualiter nos iuxta postulationem dilectissimae filiae nostrae Hildigardae pro serenissimi Imperatoris avi nostri Caroli animae remedium [1]) et prestantissimi Hludovici augusti domni ac genitoris nostri. nec non et nostra sempiterna remuneratione. ac coniugis prolisque nostrae carissimae perpetua mercede. curtem nostram quae vocatur Chama. consistens in ducatu alamannico. in pago turgaugense. cum omnibus adiacentiis vel appenditiis eius seu in diversis functionibus. id est curtem indominicatam cum ecclesiis domibus ceterisque edificiis desuper positis. mancipiis utriusque sexus et aetatis. terris cultis et incultis. silvis. pratis. pascuis. aquis piscationibus. vel piscatoribus. aquarumque decursibus ibi adiacentiis perviis exitibus et egressibus. quesitis et inquirendis. cum universis censibus qui ad ipsam curtem pertinent. et diversis redibitionibus. vel quicquid in eisdem locis nostri iuris atque possessionis in re [2]) proprietatis est. et ad nostrum opus instanti tempore pertinere videtur. totum et integrum ad monasterium nostrum tradimus. quod situm est in vico turegum. ubi sanctus felix et sancta regula martyres Christi corpore quiescunt. Quod videlicet ea rationis tenore placuit nobis hoc agendum. ut ab hac die et deinceps in posterum ibidem omni tempore sanctimo-

nialium feminarum sub regulari norma degentium vita conversatioque monasterialis monachico cultu instituta celebretur et libentius propter huius loci supplementum a nobis iam predictis martyribus dedita [3]) dei famulatus illic exhibeatur. ac pro nostrae debitorumque nostrorumque [4]) omnium mercedis augmento diligentius domini misericordia et uberius exoretur. Et ut haec auctoritas nostrae largitionis atque confirmationis firmior habeatur. et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris verius credatur seu diligentius observetur. manu propria nostra subter eam firmavimus et anuli nostri impressione adsignari iussimus.

Signum Hludowici serenissimi regis: Hadebertus subdiaconns ad vicem Witgarii Cancellarii recognovi et (Schrbzchn.) (L. S.)

Data XVI kal. Maias. Anno XXVI [5]) regni Hludovici serenissimi regis in orientali francia regnante. Indictione. VI. Actum in villa Franchonofurt palatio regio in dei nomine feliciter amen.

[1]) Sic. [2]) „*in re*“, vermuthlich Schreibfehler für „*jure*“. Es heisst nicht, wie auch vermuthet worden: „*vel nostrae*“ in Abkürzung. [3]) Sic. [4]) Sic. [5]) XXV nach B. R. K. nr. 789.

Staatsarchiv Zürich. — *Abgedruckt bei: Conring. Cens. dipl. Lind. App. III.* (*Op. ed. Goebel II. pag.* 689). *Lecointe Ann. eccl. Franc. XIII. Hott. H. E. VIII.* 1110. (*unvollst.*) *Hotting. Specul. Tig.* 215. *Füssli Erdbeschr. II. pag.* 352. *Auszug bei: N. C. D. nr.* 372. *Stadtmann Topographie von Zug. I. Thl. Deutsch bei: Lang Gr. I.* 901.

Abschriften: Sch. C. D. nr. 74. *Haer. XXXI a. Doc. Abb. I.* 33.

5.

Ratperts Lobgedichte auf Aebtissin Hildegard.

Jahr 859.

X Kal. Jan. hildigarda virgo Christi et domini hludowici regis filia de hoc seculo migravit ad Christum et humata est in ecclesia sanctae regulae et felicis martyrum Christi in castello turego.

Hoc jacet in tumulo Christi dignissima virgo
Hildigarda nitens moribus egregiens
Haec fuit eximii hludowici filia regis
Mentem sponte suam voverat illa deo.
Bis denos octo vitae conpleverat annos
Migrans ad sponsum virgo beata suum.

Decesssit X Kal. Jan.

Condidit hoc sanctum stabili fundamine templum
Cum genitore pio hludowico principe terrae

Hildigarda potens Christi clarissima virgo
Cui deus aeternae concedat gaudia vitae.

Ratpert. Cod. San Gallensis. Nr. 397. pag. 27 u. 32 (olim 28 u. 33). *Die nämlichen Verse gibt, mit geringen Abweichungen, Bullingers Chronik B. IV Cap. 13 (fol. 159). Bullinger sagt dabei, dass ihm dieselben mitgetheilt habe: »min lieber Herr und gueter Fründ Her Jochim von Wadt hochloblicher und seliger Gedächtnuss.« Einen Abdruck aus Vadians Briefe an Bullinger gibt Goldast Script. Rer. Alem. II. pag. 64. (Ed. 1730.)*

6.

Schutz- und Immunitätsbrief König Ludwigs des Deutschen für das Kloster in Zürich, wo seine Tochter Bertha Vorsteherin ist.

Regensburg, 29. Oktober 863.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Hludouuicus divina favente gratia rex. Si liberalitatis nostrae munere locis deo dicatis quiddam conferimus beneficii et necessitates ecclesiasticas nostro relevamus iuvamine atque regali tuemur munimine id nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria qualiter dilecta coniunx nostra Hemma deprecata est celsitudinem nostram ut nostrae tuitionis defensionisque munitatem super res pertinentes ad monasterium quod est situm in vico turegum facere iuberemus ubi sanctus felix et sancta regula martyres Christi corpore requiescunt ubi etiam carissima filia nostra Bertha domino auxiliante diebus vitae suae praeesse dinoscitur nec non etiam in proprium possidere per aliud nostrae auctoritatis praeceptum. Nos itaque suggestioni carissimae coniugis nostrae Hemmae libenti animo assensum prebuimus. Et iussimus fieri hanc nostrae auctoritatis munitatem super omnes res pertinentes ad praescriptum monasterium per quam decernimus atque iubemus ut nullus iudex publicus nec comes vel quislibet ex iudiciaria potestate in ullis rebus pertinentibus ad praedictum monasterium aliquam iniustitiam facere praesumat nec ullam districtionem et homines tam servos quam liberos qui illic commanere videntur nullo umquam tempore distringere aut infestare aliquis audeat ex praescriptis potestatibus. nec fideiussores tollat nec ullas redibitiones vel freda aut bannos exigat. aut alicuius iniuriae vim inferre praesumat. sed sub nostra defensione et munitatis tuitione cum advocatis ibi constitutis res ille securae per diuturna tempora permaneant. Et ut haec auctoritas huius munitatis ac confirmationis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur et diligentius observetur manu propria nostra subter eam firmavimus et anuli nostri inpressione assignari iussimus.

Signum domni Hludouuici serenissimi regis. Signum Karoli.

Hebarhardus notarius ad vicem Grimaldi archicapellani recognovi et (Schrbzchn.) (L. S.)

Data IIII. kal. novemb. anno Christo propitio XXXII [1]) regni domni Hludouuici serenissimi

regis in orientali francia regnante Indictione XII Actum reganesburc civitate regia in dei nomine feliciter AMEN.

[1]) XXXI nach B. R. K. nr. 805.

Staatsarchiv Zürich. — *Abgedruckt bei: Hott. H. E. VIII.* 1104 (*unvollst.*). *N. C. D. nr.* 426. *Deutsch bei: Lang Gr. I.* 615. *Abschriften: Haer. XXVII*[a]. *Doc. Abb. I.* 37. *Sch. C. D. nr.* 80.

7.

König Ludwig der Deutsche lässt zwei von St. Regula in Zürich eingetauschte Hörige, Helmmerat und Gozzila, frei.

Regensburg, 23. Juli 868.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Hludovicus divina favente gratia rex. Notum sit omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus nostrisque praesentibus scilicet et futuris qualiter nos ob nostrae mercedis augmentum quaedam mancipia nostra propria quorum nomina sunt Helmmerat et Gozzila ac natus illorum [1]) quae concambiata fuerunt de potestate sancte Regulae datis tribus mancipiis pro illis libera dimisimus et ab omni iugo servitutis absolvimus eorum quoque absolutionem per praesentem auctoritatem nostram confirmavimus atque nostris et futuris temporibus firmiter atque inviolabiliter mansuram esse volumus praecipientes ergo iubemus ut sicut reliqua mancipia quae per huiusmodi titulum absolutionis a regibus vel imperatoribus francorum noscuntur esse relaxata ingenua ita deinceps memorata mancipia Helmmerat et Gozzila per hoc nostrae auctoritatis praeceptum nullo inquietante sed deo auxiliante perpetuis temporibus valeant permanere bene ingenua atque secura. Et ut haec auctoritas absolutionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur et diligentius observetur anuli nostri impressione subter eam iussimus sigillari.

Hebarhardus cancellarius ad vicem Grimaldi recognovi et (Schrbzchn.) (L. S.) [2])

Data X kal. aug. anno XXXVI regni domni Hludovici serenissimi regis in orientali francia regnante indictione. I. Actum reganesburc in dei nomine feliciter AMEN.

[1]) Die Worte „*ac natus illorum*“ sind oben hineingesetzt.

[2]) Das Siegel fehlt.

Staatsarchiv Zürich. — *Abschriften: Haer. LXVII. Doc. Abb. I.* 42. *Sch. C. D. nr.* 84.

8.

König Lothar II. (Kaiser Lothars Sohn) schenkt der Aebtissin Bertha dasjenige, was Ercengar in Ammersweyer und Schlettstadt im Elsass als Lehen besitzt, zu Eigen.

Orbe, 22. Januar 869.

In nomine omnipotentis dei et salvatoris nostri Jesu Christi. Hlotharius divina preveniente clementia rex. Si enim dei nostrorumque fidelium cunctorum nobis regendi officio commissorum saluti et prosperitati ex divina auctoritate ad fidem et gloriam sui nominis providere sagaciter oportet multo magis etiam condigne oportet extollentia honorum ampliare quam non sollum Christi caritas verum etiam nobis vera nectit propinquitas Igitur noverit omnium sanctae dei ecclaesiae nostrorumque praesentium scilicet ac futorum [1]) fidelium nostrorum industria quia Berta. dilectissima patrui nostri gloriosi regis filia suos almifluae mansuetudini nostrae unaque dilectissimae nobis Ruadrude, dirigens missos deprecans pro quibusdam nostrae proprietatis sibi convenientibus rebus quam ob rem pro amore ipsius dilectissimae sororis atque ad confirmandam cum dilectissimo patruo nostro patre suo suaeque nobis dilectissimae matris amicitiam sedula cooreratrix [2]) existat. Hos regiae dignitatis imperavimus apices fieri. per quos prefatae sorori nostrae Bertanae in pago elisacensi beneficium quod nunc Ercengarius puer in amalrici villare [3]) et in sclettestat [4]) nostra liberalitate tenet cum omni integritate et mancipiis utriusque sexus ad proprium tribuimus atque de iure nostro in ius dominationemque illius tradimus atque transfundimus. Quatinus per hoc clementiae nostrae praeceptum cuncta iure proprio teneat atque possideat faciatque sine cuiuspiam contradictione quicquid elegerit vel voluerit et ut haec nostrae largitionis auctoritas in posterum firmior habeatur subter manu propria eam firmavimus et anuli nostri inpressione assigniri iussimus.

Signum Hlotharii gloriosi regis.

Grimblandus regiae dignitatis cancellarius recognovi et (Schrbzchn.) (L. S.) [5])

Data XI kal. febr. anno Christo propitio regni gloriosissimi ac piissimi regis hlotharii XIIII. Indict. II. Actum Urbam villa regia.

[1]) Sic. [2]) Sic, pro „cooperatrix“. [3]) Ammersweyer. [4]) Schlettstadt. [5]) Das Siegel steht auf dem Schreibzeichen.

Staatsarchiv Zürich. – *Abgedruckt bei: Grandidier hist. de l'égl. de Strasbourg II. CCLIII. (Gr. setzt irrig den 19. Januar. Nach ihm auch B. R. K. nr. 712.) Hott. H. E. VIII. 1112. Schriftprobe bei: Sch. et L. tab. III. Abschrift: Haer. XXXIII. Doc. Abb. I. 29. Sch. C. D. nr. 84 a.*

9.

Zeugnisse betreffend die Einweihung der Fraumünsterkirche.

a.

»Und nach dem der Buw volfürt, ist Bischoff Gebhart der erst des namens von Costenz gen Zürich berüfft worden. Der hat Sant Felix und Regula Grab ufgebrochen in der Chorherren Münster der grösseren Statt, und hat ir Heilthumb in gemelt nüw Münster der Aebtissin Berchta und ouch in andere kilchen im Bistumb ussgeteilt, und iren Tag im ganzen Turgoüw und Zürichgöuw gebotten zu fyren, wie das Ratpertus, ein geborner Züricher, so der dero zit gelept und ein Conventherr zu Sant Gallen gewesen, an Noggerum sinen MitConventbruder schribt:

Obsecro da veniam patriam repedare gradatim
Quod cupiens Felicem visere curro propinquum
Germanamque ejus quae Regula jure vocatur.

Und bald darnach von Berchta der Aebtissin Künig Ludwigs tochter und Keyser Caroli Crassi Schwöster mäldende:

Filia pugnacis multumque ad proelia fortis
Religione pii et cuncto moderamine justi
Praeclari Germanorum Regis Chludouuici,
Atque soror quondam Caroli nunc Caesaris alti
Nomine vel proprio clarissima Beretha, templum
Structura fecit pulchra paribusque columnis
Caelatura insignibus altis atque polytis,
Sicque fenestrarum depinxit plana colorum
Pigmentis laquear, pigmentaque arte manuque
Artifici, et fucis, quadrato ex orbe petitis
Ut superaretur ita ab his ipsum velut herbas
Vicisset viles, vario vel flore placentes.
Et jam compositis, subtus vel desuper omni
Ornatu, vel moenibus, argento aere vel auro,
Praesulis adventum praecibus ambivit, honori
Quem supra retuli Laurenti festa jubere.
Qui (ut sapiens) Domini natam gratanter adivit,
Deque loco, ad quem truncati sua sumpta tulerunt
Membra, pii fratres Felix et Regula felix,
Partibus ablatis, multisque in munera datis
Inque loco sancto non parva parte relicta,
Quum reliquis membris sacrare novam satagebat
Ecclesiam, Monachis sese Cleroque sequente
Virginibus Christi dicentibus eminus Amen.

Tunc Missam celebrans, populi sermone tonante
Pectora concussit, jussitque inter duo Festum
Flumina Lindimachum Rhenumque omnes venerari
Sanctorum in commune simul, reliquosque propinquos
Uranikos, vel circa Albisum quaque sedentes,
Inque Dioecesi late fuerint ubicumque
Pignora sancta pio pro munere lata beato
Ergo tempore non parvo sacra festa colentes.
Ultra etiam usque ad Aram solemnia sacra colebant.«

Josias Simler. Antiquitates Helvet. Tom V. fol. 58 b. (Stadtbibl. Zürich. Mscr. A. nr. 105.) *Simler hat diess wahrscheinlich aus Manuscripten von Aegidius Tschudi geschöpft. Das Original der Ratpertischen Verse konnte bis jetzt nicht aufgefunden werden. Abgedruckt sind Vers* 1—3 *in Pertz Monum. Germ. II. pag.* 61 (*von Arx, Vorrede zu Ratperti casus Sci Galli*); *Vers* 21—27 *in Hottinger Schola tigurina. Tiguri* 1664. *Seite* 166; *Vers* 23—27 *in Lang Grundr. I. pag.* 619. *Hottinger und Lang haben dieselben vermuthlich aus Bullingers Chronik lib. IV. cap.* 13. *fol.* 160, *wo Vers* 21—27 *ebenfalls aufgenommen sind.*

b.

»Dessglichen hab ich, der das schriben, zuo dem Frowenmünster im thurn — dahin was es in der Reformation entflöchnet und heymlich behalten, ward erst hernach funden anno domini 1535 — gesähen ein Sarch, darin lag Bischoff Gebharts Zügnuss in ply geschriben, damitt er züget, das er die kylchen gewycht und das heiligthumm dahin gelegt hätte . . . . Und die alle . . . namm man da dannen und vergrubs eerlich in die erden, dahin dann, nach göttlicher ordnung, der menschen gepein und cörpel hörend.«

Bullingers Chronik. Lib. VI. cap. 13 (fol. 160).

10.

Adalpern übergibt dem Kloster S. Felix und Regula im castrum Zürich einen Hof in Birmensdorf unter gewissen Bedingungen.

Zürich, 7. Dezember 876.

In dei nomine unicuique perpetrandum est quod sapientia dei per salomonem dicit. Redemcio anime viri probrie divicie eius. Ideo itaque ego Adalpernita ammonitus. pro remedio anime mee parentumque meorum nec non et pro anima uuolfpoti nepotis mei. trado ad monasterium quod constructum est in castro turego in honore sanctorum martyrum felicis et regule. ubi domna Berehta una cum advocato suo uuillehario et preposito suo uueringozo preesse videtur curtim unam ad piripoumesdorf in pago zurihgounesse. cum casa ceterisque edificiis. et cum omnibus appendiciis. et in ipsa villa hobas. IIII. et quartam partem territorii ad ipsam villam pertinentem. nec non et dimi-

dium ipsum agrum qui proximus est domui et iuxta ipsam curtim iacet. et hoc ut prefatus sum cum omni integritate trado ad ipsum locum. id est domibus terris pratis silvis pascuis. aquis aquarumque decursibus. egressibus et ingressibus cultis et incultis. In ea videlicet racione ut prefatas res thiotsind coniux mea cum omni integritate omnibus diebus vite sue habeat. censumque de ista traditione. et de aliis quas ad ipsum locum trado singulis annis persolvat. hoc est. II. denarios. Post obitum vero eius engilgart filia mea. et filii eius. seu posteritas eius easdem res redimere voluerint. tunc redimant cum X. solidis. perpetualiter possidendum. et in eamdem redemcionem dent monialibus ibi deo servientibus ad suplementum illorum [1]). Si autem evenerit ut engilgart sine heredibus obierit. tunc legitimi heredes eius ipsas res habeant in eodem censum. et in eadem redemcionem. Si quis vero hanc traditionem violare aut eam infrangere voluerit equali rem emendet sicut hec tradicio continet. et in re publica auri untias. III. et argenti. V. pondera exsolvat.

Actum in turego sub presentia quorum signacula hic continentur. Sig ego adalpern qui hanc tradicionem perpetravi. Signum. Otto. Reginpert. Theotelo. Kisalpert. Ratpert. Keruuic. Vuicloz. Pero. Otker. Undolf. Adalpert. Ego itaque. Liubolf indignus bresbyter scripsi et supscripsi [2]). Notavi diem id est. VI. feria. et VII id dec. regnante Karolo anno. I. sup comite ruodolvo.

[1]) Sic, pro »earum«. [2]) Ohne Siegel. Gleichzeitige Aufschrift: *traditio Adalperni de piriboumesdorf et redemcio engilgarte filie eius.*

Staatsarchiv Zürich. — *Abgedruckt bei Hottinger Specul. Tig.* 226. *N. C. D. nr.* 501. (*nach einer Abschrift bei Dürsteler*). — *Abschriften: Haer. XX*[a]. *Doc. Abb. I.* 70. *Sch. C. D. nr.* 95.

11.

Aebtissin Bertha schenkt die von König Lothar II. erhaltenen Besitzungen im Elsass, nämlich zu Schlettstadt und Kiensheim, zu Kiensheim bei Ammersweyer, zu Altheim und Karspach, dem Kloster St. Felix und Regula in Zürich zur Verwendung für die Bedürfnisse der Klosterfrauen.

Cham, 18. März 877.

In nomine sancte et individue trinitatis ego. Berchta. divinas recolens sententias. quibus dicitur. proprie divitie viri redemptio anime eius. et reliqua. Trado ad turegum ad cenobium quod constructum est in honore sanctorum Felicis. et Regule. ancillis dei ad libamen et eorum [1]) necessaria proprietatem quod michi dedit beatus nepus noster Loutharius. quod situm est in pago. elisazon. in villis nuncupantibus. ad sletestat [2]). et chounsheim [3]). ac chouningesheim [4]). altheim [5]). et arolotespah [6]). quicquid ibi habuit. hoc est houbas. XII[cim] cum omnibus apenditiis suis pro remedio anime mee et parentum meorum. edificiis. mancipiis. vineis. terris cultis. et incultis. pratis. pascuis. silvis. aquis. aquarumve decursibus. quicquid dici aut nominari potest ad ipsam proprietatem pertinentia. Omnia ex integro trado atque transfundo ad prefatum monasterium cum manu advocatus nostri adalberti ad presentiam adalberti comitis. Ea videlicet ratione ad peculiare ancillis dei utenda. Si quis vero quod fieri non credo aut ego ipsa aut ulla opposita persona contra hanc traditionem venire.

eamque infringere voluerit. auri untias. III. et argenti pondera. VI. in fiscum cogatus persolvat. et nichilominus hec traditio firma et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum in villa Chama. XV. kal. apr. primo anno regnante karolo. Anno incarnationis domini octingentesimo. VIII [7]). Signum Berchte que hanc traditionem firmavit et eius advocati adalberti. Sig. ceterorum Willehere. Horscine. Pruninc. Reginpert. Alwic. Uotilo. Kerunc. Libo. Engelschalch. Adalpert. Perahger. Wipert. Item Reginpert.

[1]) Sic, pro „earum". [2]) Schlettstadt. [3]) Kiensheim bei Ammersweyer. [4]) Kiensheim bei Schlettstadt. [5]) Altheim, einstiges Dorf zwischen Zellenberg und Ostheim. [6]) Karspach bei Altkirch.

[7]) Das Datum a. dom. 808 ist offenbar unrichtig. — Man bemerke auch, dass 876 (Beil. 10) und 883 (Beil. 16) Willehar als advocatus der Aebtissin als solcher oder der Abtei, hier aber Adalbert als advocatus der Bertha erscheint.

Staatsarchiv Zürich. *Pergament (ohne Siegel), geschrieben im 12. Jahrhundert.*

Auf der Rückseite der Urkunde steht mit gleicher Schrift: Universi homines infeodati de predio supra ekkenbach locum habente. sepulturam et sacri corporis domini communionem. et universa prorsus ecclesiastica sacramenta in villa chounsheim per ministerium plebani ipsius ville sine cuiuslibet offensa consequi debent. Omnia quoque christiane religionis sacro sancta iura videlicet baptismata. sepulture et alia huiusmodi cunctis prorsus sive advenis sive alsaciensibus incolis a plebano eiusdem ville liberae conferantur. nam illius ecclesie nota libertas cunctis ecclesiis intra fines ipsius provincie fundatis maior et magnificentior esse et semper fore non dubitatur. Ipsi quoque homines in predicto predio ultra ekkenbach partem habentes decimationes omnium bonorum de eodem predio eis provenientium iure stabilito eidem ecclesie persolvent. — Und mit kleinerer Schrift: Episcopus basiliensis non habet iuris in ecclesia chounesheim in decimis nisi. XXXII denarios. —

Abgedruckt bei: Grandidier hist. de l'égl. de Strasb. II. pag. CCLXII. Hott. H. E. VIII. 1107. *N. C. D. nr.* 504. *Abschriften bei: Haer. L*[a]. *Doc. Abb. I.* 54.

12.

König Karl der Dicke bestellt seiner Gemahlin Richarda Leibding an den beiden Frauenklöstern zu Seckingen und zu Zürich, an letzterm in demselben Rechte, wie es Bertha, seine Schwester, besessen.

10. Februar 878.

In nomine sanctæ et individuæ trinitatis, Karolus divina favente clementia rex. Si de rebus terrenis a Deo nobis conlatis fidelibus nostris regium morem æmulantes beneficia oportuna largimur, quanto magis conjugali familiaritate legitime nobis conjunctæ munificentiam largitionis nostræ et sollicitæ provisionis curam impendere debemus. Proinde noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet et futurorum industria, quia nos divino, ut credimus, intuitu, et futuræ certitudinis eventu conpuncti dilectissimæ nostræ Rihgardæ paterna fidelitate nobis commissa duo monasteria omnibus diebus vitæ suæ sub usu fructuario per auctoritatis nostræ præceptum concessimus securiter possidenda, unum quidem, quod dicitur Seckinga, cum omnibus juste et legitime tam in adquisitis, quam in adquirendis ad hoc idem adspicientibus; aliud vero, quod dicitur Thuregum, in honore Sanctorum Felicis et Regulæ mirifice constructum, cum omni integritate sua a quacunque per-

sona sibi sit in augmentum delegatum cum omni censu, sicuti hoc item quondam beatæ memoriæ soror nostra Berta per precariam regia auctoritate possederat; ita videlicet, si fortasse nobis ipsa superstes efficitur, amborum supra dictorum monasteriorum Ancillarum Christi congregatio per eam diutius inconcussa consistat et integra, et etiam ipsa nostra largitate suffulta, deinceps pro nobis liberius et securius exorare prævaleat. Post obitum vero ipsius divina jussione vocatæ ad regiam redeant potestatem perpetualiter potestative possidenda. Quapropter nos quoque hoc nostræ auctoritatis præceptum inde conscribi mandavimus, per quod decernimus atque jubemus, ut quem admodum nostræ largitatis constitutio et auctoritatis concessio facta est, ita deinceps omnibus diebus vitæ suæ firma et stabilis permaneat, nostra firmissime per omnia auctoritate roborata. Et ut hujus auctoritatis largitio pleniorem in Dei nomine optineat firmitatem, hoc nostræ auctoritatis præceptum, sicuti diximus, inde conscribi mandavimus, propriaque manu confirmantes anulo nostro jussimus sigillari. Signum Karoli serenissimi Regis. Hernustus Notarius ad vicem Luitwardi Cancellarii recognovi. Data IIII. idus februarii, anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCLXXVIII., indictione XI., anno vero regni supradicti Regis Karoli secundo.

Grandidier Hist. de l'égl. de Strasb. II. pag. CCLXVI. *Auszug bei: N. C. D. nr.* 509.

13.

König Karl der Dicke bestätigt die Vergabung, welche Bertha, seine Schwester, von den ihr durch König Lothar II. geschenkten Gütern zu Schlettstadt, beiden Kienshеim, Altheim und Karspach im Elsass an das Nonnenkloster St. Felix und Regula in Zürich gemacht hat.

24. März 878.

In nomine sanctæ et individuæ trinitatis Karolus divina favente clementia rex: Si ea que divinis locis a christianis pro remediis animarum ad suplementum ibidem servientium etiam nostrae auctoritatis praecepto perpetua firmitate roboramus plurimum nobis ad aeternam felicitatem regniqne stabilitatem prodesse confidimus. Ideoque noverit omnium fidelium nostrorum Industria quia Berta dilectissima soror nostra quasdam res quas sibi quondam Hlotharius rex. In proprietatem tradiderat in pago Elesatia in villis nominatis. Selezistat. et Conesheim. atque Cunigesheim. Altheim et Charoltesbach. Inter totum mansos. XII. cum omnibus jure legitimo ad eosdem mansos aspicientibus ad monasterium Felicis et Regule in castello turego ad stipendia sororum ibidem domino famulantium pro remedio animae suae parentumque suorum tradiderat. petiitque nos ut hanc eandem donationem etiam nostra auctoritate roboraremus. statimque nos postulationibus illius satis facere cupientes decrevimus ita fieri. Et iussimus hoc nostrae auctoritatis praeceptum inde conscribi per quod decernimus atque iubemus ut haec eadem traditio in usus sororum perpetua firmitate pertineat nullusque habeat potestatem auferendi quod nostra auctoritate roboratum esse constabit. Et ut haec

eadem constitutio pleniorem in dei nomine optineat firmitatem hoc idem praeceptum propria manu firmavimus et anulo nostro jussimus sigillari.

Signum Karoli senerissimi regi [1]). (L. S.)

Inquirinus notarius ad vicem Liutwardi archicancellarii recognovi.

Data NON. KL. APL. Anno incarnationis domini nostri Jesu Christi DCCCLXXVIII. Indictione. XIII [2]). Anno vero regni regis Karoli seeundo.

[1]) Sic, pro: „serenissimi regis«. [2]) Die Indiction sollte XI sein. B. R. K. nr. 903. S. oben Anmerk. 50.

Staatsarchiv Zürich. *Abgedruckt bei: Grand. hist. Strasb. II. CCLXV. Hott. H. E. VIII.* 1107. *Deutsch bei: Lang Gr. I.* 620. *Abschriften: Haer. XXXIV. Doc. Abb. I.* 46. *Sch. D. H. nr.* 86.

14.

König Karl der Dicke bestätigt eine von seiner Schwester Bertha dem Nonnenkloster St. Felix und Regula in Zürich gemachte Schenkung von Gütern zu Ammersweyer im Elsass, welche dieselbe von König Lothar II. zu Eigenthum erhalten hatte.

7. März 879.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Karolus divina favente clementia rex: si ea quae divinis locis a christianis pro remediis animarum ad suplementum ibidem servientium etiam nostrae auctoritatis precepto perpetua firmitate roboramus plurimum nobis ad aeternam felicitatem regnique stabilitatem prodesse confidimus. Ideoque noverit omnium fidelium nostrorum Industria quia berchta dilectissima soror nostra quasdam res quas sibi quondam hlotarius rex. in proprietatem tradiderat in pago alsatia in loco nominato amelricheswilare. cum omnibus iure legitimo ad eandem proprietatem pertinentibus. ad monasterium sancti felicis et regulae in castello turego situm ad stipendia sororum ibidem domino famulantium pro remedio animae suae parentumque suorum tradiderat. peciitque nos ut hanc eandem donationem etiam nostra auctoritate roboremus. statimque nos postulationibus illius satis facere cupientes. decrevimus ita fieri. et iussimus hoc nostrae auctoritatis praeceptum inde conscribi. per quod decernimus atque iubemus. ut haec eadem traditio in usus sororum perpetua firmitate pertineat. nullusque habeat potestatem auferendi quod nostra auctoritate roboratum esse constabit. et ut haec eadem constitutio pleniorem in dei nomine obtineat firmitatem hoc idem praeceptum propria manu firmavimus et anulo nostro iussimus sigillari.

Signum Karoli serenissimi regis.

Inquirinus notarius advicem liutuuardi archicancellarii recognovi. (L. S.)

Data NON. MAR. Anno Incarnationis domini nostri Jesu Christi DCCCLXXVIIII. Indictione XIIII [1]). Anno vero regni regis karoli tertio. (Siegel erhalten, aber unleserlich.)

[1]) Die Indiction sollte XII sein. B. R. K. nr. 905. S. oben Anmerk. 50.

Staatsarchiv Zürich. *Abgedruckt bei: Grandidier II. CCLX. Hott. H. E. VIII.* 1108. *N. C. D.* 503 *(Auszug). Abschriften: Haer. LVI. Doc. Abb. I.* 50. *Sch. C. D. nr.* 81.

15.

Kaiser Karl der Dicke gibt den Weiler Wibkingen seinem Getreuen Wolfgrim zu lebenslänglicher Nutzniessung, mit der Bestimmung, dass derselbe nach seinem Tode dem Nonnenkloster Zürich für immer zufallen solle.

22. Mai 881.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Karolus divina ordinante providentia imperator augustus: Noverit igitur omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria: quia quorundam fidelium nostrorum rogatu cuidam fideli nostro nomine uuolfgrimo quasdam res proprii iuris nostri sub usu fructuario diebus vitae suae securiter possidendum donavimus. Id est uuilarem unum qui dicitur uuibichinga. cum omnibus iuste et legitime ad hoc aspicientibus. id est mancipiis. terris. pratis. silvis. aquis. aquarumque decursibus. cultis. et incultis. mobilibus et inmobilibus. vel quicquid dici aut nominari potest. Et iussimus ei fieri hoc nostrae auctoritatis praeceptum. per quod decernimus atque iubemus. ut deinceps omnibus diebus vitae suae supra nominatas res sub usu fructuario securiter possideat. nullusque habeat potestatem tollendi aut inmutandi. exinde. sed liceat ei supra dictas causas pro nostrae mercedis augmento. securiter possidere. Post obitum vero ipsius cum omni integritate ad monasterium turegum in usus sororum ibidem domino famulantium pertineat perpetualiter possidendum. Si quis autem haec nostra statuta mutare vel frangere voluerit. mille mancusos auri optimi. ei cui vim inferre conatus est persolvendum calpabilis habeatur. Et ut haec nostrae largitatis concessio pleniorem in dei nomine optineat firmitatem. hoc nostrae auctoritatis praeceptum propria manu firmavimus et anulo nostro iussimus sigillari.

Signum domni Karoli serenissimi imperatoris augusti.

Inquirinus notarius advicem liutuuardi archicancellarii recognovit. (L. S.)

Data XI. kl. iun. Anno incarnationis domini DCCCLXXXI. Indictione XIIII. Anno vero imperii domni KAROLI primo. in dei nomine feliciter. Amen.

Staatsarchiv Zürich. *Abgedruckt bei: Hott. H. E. VIII.* 1109. *Abschriften: Haer. XXIX*[a]. *Doc. Abb. I.* 58.

16.

Adalbert tauscht mit dem Vogt und den Frauen des Klosters St. Felix und Regula seine Güter zu Hüttikon gegen solche zu Borsikon.

Zürich, 4. Februar 883.

In Dei nomine. Convenit itaque me videlicet adalbertum aliquod concambium facere de monasterio sanctorum martyrum felicis et regulæ. cum willehario ipsius monasterii advocato et cum illis monialibus ibidem deo famulantibus. Dederunt itaque mihi prædictus advocatus et præfatæ monia-

les quicquid pertinens erat ad prædictum monasterium in loco nuncupato porsinchova [1]). idem casis. casatis cum omnibus edificiis, terris. pratis. silvis. aquis. aquarumque decursibus. et accipiebant de me e contra pari ratione quicquid ego visus fui habere in loco denominato huttintinchova [2]). Id est similiter cum casis. casatis. ceterisque edificiis. terris. pratis. silvis. aquis. aquarumque decursibus cum omni integritate. et statuimus et firmavimus inter nos ut nostris temporibus successorumque nostrorum ex utraque parte utraque commutatio firma et stabilis permaneat. Videlicet ut acceptum partibus monasterii sanctorum prædictorum ibidem firmatum sit in possessione perpetua. Similique modo et ego adalpret et posteritas mea eadem firmitate prædictas res nostræ proprietati vindicemus perpetualiter possidendas.

Actum in prædicto monasterio in præsentia monalium. ceterorumque hominum quorum nomina subnotantur. Signum willehari una cum waldrada et cum ruodruda atque suanahilda ceterisque monialibus cum quibus ego hoc concambium feci. Signum lantolt. adalhelm hubolt. liutpr. willehelm. rigoz. theobolt. picho. item willeheri. reginfrit. kerlo. heso. peretgoz. engilman.

Ego itaque liubolf presbyter scripsi et subscripsi notavi diem lunis et II. non. feb. Anno incarnationis domini DCCC. LXXX. III. indict. XV [3]).

Anno imperii serenissimi imperatoris Karoli. secundo.

[1]) Borsikon bei Augst, Kts. Zürich. [2]) Hüttikon, Kts. Zürich. [3]) 883 war der 4. Februar wirklich ein Montag; dagegen ist Indictio XV. noch diejenige des Jahres 882.

Staatsarchiv Zürich. *Abschriften bei: Haer. XVIII* [a]. *Doc. Abb. I.* 62. *Sch. C. D. nr.* 1716.

17.

Kaiser Karl der Dicke bestätigt die von seinem Vater dem Kloster St. Felix und Regula im Zürichgau ertheilte Immunität.

Ulm, 26. Februar 883.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Karolus divina favente clementia Imperator augustus. Noverit igitur omnium fidelium nostrorum praesentium videlicet et futurorum industria. qualiter praecepta et auctoritates domni genitoris ac serenissimi regis hludouuici de quodam monasterio facta nobis ostensa sunt in quibus continebatur traditio et donatio eiusdem monasterii et loca cum curtis et domibus. terrisque silvis et aquis et universis illuc pertinentiis finibus. deprecatique sumus a sanctis monialibus monasterii illius quatinus ob amorem domini nostri Jesu Christi et ob monimentum piissimi genitoris nostri nostraeque mercedis augmentum supra dicta praecepta concessionum nostra dignaremur auctoritate roborare. Nos vero suggestionibus illorum libenti animo assensum praebentes decrevimus ita fieri. Et iussimus hoc nostrae auctoritatis praeceptum inde conscribi. Per quod decernimus atque omnino iubemus ut res aecclaesiastice universae ad supra memoratum monasterium pertinentes quod est constructum in honore sancti felicis et sanctae regulae martyrum Christi in pago Zurichgaugense. deinceps sub nostrae tuitionis munimine absque ullius contradictione vel iudiciaria potestate sicut ab antecessore nostro illuc conlatum vel concessum est. ita et nostris

futurisque temporibus per hoc nostrae auctoritatis praeceptum inviolabiliter perseveret. Et ut haec nostrae auctoritatis concessio nostris futurisque temporibus domino protegente inviolabilis habeatur et ab omnibus verius credatur et diligentius observetur manu propria nostra subter adfirmavimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum Domni Karoli imperatoris augusti. (L. S.) [1]

Ualdo cancellarius ad vicem Liutwardi archicancellarii recognovi. Et

Data. IIII. kl. mar. Anno incarnationis domini. DCCC.LXXX.III. Indic. I. Anno vero imperii piissimi imperatoris Karoli. III. Actum ad ulma curte imperiali. In dei nomine feliciter amen.

[1]) An dem aufgedrückten Siegel ist die Umschrift nicht mehr erkennbar.

Staatsarchiv Zürich. — *Abgedruckt bei: Hotting. Specul. tig.* 214 (*Auszug*). *N. C. D. nr.* 538. *Abschriften: Haer. XXVIII a. Doc. Abb. I.* 66. *Sch. C. D. nr.* 100.

18.

Perchtelo schenkt dem Frauenkloster St. Felix und Regula in Zürich sein Besitzthum in Wiedikon unter Vorbehalt lebenslänglichen Niessbrauchs.

Zürich, 27. Juni 889.

Dum enim quisque pro remedio animae suae propria ex iustis laboribus largire decreverit. ex divina inspiratione sibi procul dubio sciat hoc provenisse. Ideo itaque ego Perchtelo una cum manu advocati mei nomine Sindene pro remedio animae meae seu pro aeterna retributione. trado ad monasterium quod constructum est in turego in honore sanctorum martyrum felicis et regulae ubi moniales deo famulantur. et modo eberhart comes cum advocatu suo adalberto preesse videntur. quicquid visus sum habere in loco nuncupato uuiedinchova. excepta mansa una quae nandcrimis huoba dicitur. Id est casatis cum casibus cum ceteris hædificiis. terris. pratis. silvis. aquis. aquarumque decursibus. In ea videlicet ratione ut ego easdem res habeam tempus vita mee. post obitum vero meum engilrat supra dictas res possideat tempus vitae suae. post discessum vero illius ad prefatum monasterium. et ad usum monialium revertentur. perpetualiter possidendum. absque ullius contradictione. Actum in ipso masterio [1]) in presentia quorum signacula subnotantur. Sign. ego perchtelo cum advocato meo nomine sindene qui hanc traditionem fecimus et firmare rogavimus. Sign. Francho. Castrat. Pebo. Uuiserih. Liupreht. Ualthere. Reginpreht. Cunzo. Uuoluolt. Uodalpreht. Coldine. Unnid. Adalhart. Sigelrih. Starholf. Perchtger. Perinuuic. Ruoker. Penzo. Piricho.

Ego itaque racholf diaconus ad vicem Liubolfi presbyteri scripsi et subscripsi Notavi diem id est VI. feria et V. kl. iul. Regnante arnolfo rege anno. II. sub dominatione eberharti comitis. et advocati sui adalberti.

[1]) Sic.

Staatsarchiv Zürich. *Abgedruckt bei: N. C. D. nr.* 589. *Abschriften: Doc. Abb. I.* 98. *Sch. C. D. nr.* 109 [a].

19.

Urkunde betreffend Beilegung eines Streites von Ratinc und Richilda.

7. Mai 893.

In dei omnipotentis nomine dum a multis incognitum non est qualiter Ratinc et Rihhilda questum habuerunt inuicem se mallantes quousque in presenciam missi domini Regis nostri Arnolfi nomine Hildibaldi de camera ac palacio transmisso veniebant qui ad hoc missus fuerat omnia tributa sancti Felicis et Regule querere vel quid iniuste causa dei et sanctorum prefatorum actum fuisset legitime corrigere. Deinde cum juramento ita ut lex docet districte adquisiuit vtrum illa tributaria illorum deberet esse an non hoc namque omnes unanimiter adfirmauerunt in potestate domine Chunigunde Abbatisse fieri si illis concedere an ad suum opus fore precepisset. Quapropter tacta caritatis ardore solitaque clementia pro eterna remuneratione concessit predicto Ratingo nec non et Rihilde equa diuisione partire et perpetualiter cum anteriori censu obtinere quicquid inter se cambiauerunt vel hoc quod Ratinc de Natone comparavit in Durgauense nec non et Argauense excepto quod ad mille annos in pignus constituit in marcha abinchoua. Actum Non. Maii coram frequentia populi regnante Rege nostro Arnolfo piissimo Anno VI. sub comite Adalgoz. Anno incarnationis domini nostri Jesu Christi secundum carnem dcccxiii [1]). videntibus cunctis quorum nomina hic notantur. Sign. Chunigunde Abbatisse que hanc cartam fieri precepit. Sig. Gozberti ministerialis illius. Sign. Dauid Meginbold Wolffhart Puto Ratolt Heriger Hildiprecht Isenhart Wolffger Appostota Erimprecht Starcolf Reginprecht Wolffhart Puto Hiltiger Heriger ceterique idonei —

[1]) Diese Angabe der Jahrzahl ist irrig.

Abschrift bei Häring Fol. XX. *Abgedruckt bei Hotting. Specul. Tigur. pag.* 227. *N. C. D. nr.* 604. *Abschriften: Doc. Abb. I.* 74. *Sch. C. D. nr.* 110.

20.

Sigiharts Schenkung an das Chorherrenstift und an die Abtei.

a.

Sigihart schenkt den Klosterfrauen in Zürich seine Güter, die er selbst urbar gemacht, unter Vorbehalt erblichen Besitzrechtes.

Um 880.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Sigihart, proprietatem meam, quam labore proprio de incultis silvis extirpavi, trado Dei ancillis in Turego Domino militantibus, quicquid meo sudore adquisivi, illis trado atque delego, ea videlicet ratione, ut easdem res ego ad me recipiens singulis annis inde persolvam I. sol. similiter et filius meus Sigihart, totaque posteritas mea, sub eodem censu, ipsas res possideant. Si autem aut censum eundem neglexerint, aut heredes mei defecerint, statim sine ulla contradictione, ipsæ res ad supra dictas Dei ancillas perpetualiter

possidendæ redeant, nec ulli postea liceat, aut ipsas res redimere, vel hanc cartam traditionis corrumpere. Actum in Turego publice presentibus his, quorum hic nomina continentur. Signum Kerwig. S. Perolt + Nordolo. + Uuinibreht + Cundolo + Liumnot.

Abschrift in Sch. D. H. (*Scheuchzer setzt* 876.) *Doc. Abb. VII.* 713.

b.

Notiz betreffend Hörige des Stifts und ein Verhältniss zu dem Frauenkloster.

Um 890–900.

De Analoia. Idem de genere. IIIIor. Fratrvm. Servorvm clericorum. Isti autem tres fratres fuerunt his Nominibus. Uuoluine. Irinbold. Herrath. qui in frequenti et familiari seruitio erant. canonicorum. qui habebant duas sorores. Cuollindam et Fridigartam. Filii autem Vuoluinis predicti isti erant. Uuoffilin. Nizzo. Onsind. filii autem Onsinde. Heidirich et Azila. Filia autem Irinboldi. fuit Uuoffila. mater Uaningi. presbyteri. et sororum. Thruze et Rihze. Filia herrati. Tuzila. que fuit mater Herrati. et Uinkilini. Filii. autem Cuollinde Perorlt minister et pater. Regingeri. Irinboldi. et sororis eorum Zeizelun Soror Perorldi. hiltigund mater Coldilini. et fratris eius Uuovilini. Filii autem Fridigarte Samilin qui dicitur Sigihart. Eckihart. Irinbold. Ipsam fridigartam desponsauit sigihart [1]) filius vuichrammi. frater. tuotun. et uuettun. Thiezun. et Engilsinde. ad clericos. et ad prefatos fratres suos. cum tali proprietate sicut ei pater suus in Ruitin. et illa marcha quesitam et inquirendam reliquit. Cum licentia. Uuilleharii [2]) aduocati regis Karoli. In presentia suorum amicorum. Liumuot. Nordilo. herich. Uuichere cuotilin. Fardman. Atelo. Ozilin et duxit in ipsam proprietatem et peperit ibidem predictos filios. ibiqne usque dum uiuebat manebat. Postmodum uero. ecclesiam et clericos fugiendo ipse Sigehart ipsum proprium tradidit pro uno solido ad monasterium monialium [3]). et ipse Samilin clam postea ipsum censum sigulis annis. soluebat usque dum hedirich cum aliis prohibebat fratribus. et ipsum cum licentia et iudicio aduocati ad proprium seruum cum ipso predio tenebant. ex ipsa ancilla fridigarta. et propterea [4]) inJustum quem illuc soluebat. censum et usque dum uivebat in eorum servitio manebat.

[1]) Siehe Urk. 20 [a]. [2]) S. Urk. 10. 16. [3]) S. Urk. 20 [a]. [4]) ?

Pergamentrolle des Stiftsarchivs Zürich. (*Schrift des XI. Jahrhunderts — Abschrift nach Rordorf. Abgedruckt bei: Hott. H. E. VIII.* 1148.)

21.

Zeugniss betreffend die Gebeine von Hildegard und Bertha.

»Unnd alls man über die särch zum Frouwenmünster kam fund man darin Aeschen ettliche Sydine Düchlj und gebein darinn. Daby lag ein Brieffli, das also luthet:

Anno Domini 1272 under Bapst Gregorio dem 10. und Eberharten von Waltpurg, Bischoffen zuo Costanntz unter Elisabethen von Wetzicken Aeptissin des Münsters Zürych sind diss Aeschen und

gebein Hildtgarten und Berchten liblicher Schwösteren und Künig Ludwigen Stiffters diser Apty döchteren, in die Stein eerlich geleit, und sind dise gebein mit höchstem Flyss gesamlet, von den greberen, in welichen sy vergraben lagend.

Sömlich gebein und anders heilthumm genampt me, hab ich, der dises schryb, noch behallten in der Sacrasty, imm thurn zum Frouwenmünster funden und gesähen und by Herren Burgermeystern Diethelmen Röusten, Junckheren Lüpold Grebel und Bartlime Köchlin Ammann, verschafft das es alles eerlich ist begraben und gar still ab wäg gethan worden, damit es nitt me könde zur Abgöttery gebrucht werden, von unberichten aberglöubigen Lüthen« etc.

H. Bullingers Reformationsgeschichte. *Herausgegeben von J. J. Hottinger und H. H. Vögelin. Frauenfeld* 1838. *I. pag.* 161.

22.

Verzeichnisse von Klosterfrauen in Zürich aus dem Liber societatum Augiensium, nach der wahrscheinlichen Zeitfolge der Eintragung in diess Buch geordnet.

Nomina sororum de Turego.

1) (Erste Schrift.) Hildigart abbatissa. Engilfrit. Hiltibruc. Adaldiu. Ruadrud. Vuieldrud. Nuata. Ruadsind. Kisila. Cotesdiu. Patehilt. Heilrat. Vualterat. Hiltrud. Adaldiu. Ruaddrud. Vuieldrud. Nuota. Engilfrit. Adaluuic. Vuirtun. Engila.
2) Suaneilt. Rosmoth. Adalgart. Adalsind. Rahtuuar. Rihhit.
3) Ruosind. Kisala. Cotesdiu. Suanahilt. Ruosmuot. Patahilt.
4) Megina. Ruadheid. Vualtarat. Diotpric. Spangozza. Ruodrud. Meginhilt. Engildrud. Crimlind. Heresind. Kisilhilt. Ratuuar. Trusun. Himildrud. Adalsind. Hiltebruc.
5) Ruodhilt. Gunderat. Dierat. Liubila. Dieterat. Mahthilt. Guota.
6) Irmenlind — Ruadrud. Uualtirat. Heilrat. Himiltrud.
7) Clisnot. Osprin. Kerbric. Perahsind. Suuidmot. Engilbruc. Kerbric. Adalric. Ruadric. Perahsind.
8) Engilburch. Irminsint. Hadeuuihc. Hadeuuihc. Heiliga. Obgart. [Stehen am linken Rande des Blattes und gehören dem XII. Jahrhundert an.] Dieterat. Hiltrud. Detra (Dieta od. Dieterat). Asa. Sigauuara.
9) Zerstreute Namen auf demselben Blatte: Ruaddrud — Uuigirat. Ermanlind — Comnidiuuoret (?). Sana — Engilbric. Reginuuar. Fruadrud. Vuilledrud — Chunigund. Imma. Rachilt. Vuisegozza. Vuisegozza. Rachilt. Erminhilt.

Liber societatum Augiensium.

23.

«Ein Brief wie Nordolo sin guot zuo Ludratinchova[1]) geben hat S. Felix und Reglen Closter doch das er sy sin Leben lang nutze. Act. V f[a] IIII Kal. Apr. anno III regnante Rudolfo rege juniore sub comite Udalrico.»

29. April 914.

[1]) Luderetikon, Gemeinde Tallwil am Zürichsee.

Stiftsarchiv Zürich. *Regest obigen Wortlautes in Fraumünster-Regesten (Mscr. 18.); die Urkunde selbst findet sich nicht mehr vor. — Wegen des Datums s. Anmerkung 70.*

24.

Herzog Burkard I von Alamannien bestimmt die Einkünfte des Hofes Zürich, Mur, Rümlang, Wipkingen und Boswil zu der «annona» der Klosterfrauen in Zürich, mit Bewilligung König Heinrichs I.

Zürich, 6. Januar 924.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDUE TRINITATIS. PURCHARDUS DIVINA ANNUENTE GRATIA DUX ALAMANNORUM Omnibus manifestum esse populis volumus. quod ab eo vero die sicut deus omnipotens super nos suam magnam ostendit misericordiam et omnia in istis locis consistencia loca. omnesque nostros inimicos in nostram subiecit potestatem. templis domini illisque servientibus in quantum potuimus magis cupientes. ut illorum haberent rectitudinem. quam ullam haberent inquietudinem. Unde a nostris caute sciscitabamur fidelibus. qualiter ab inicio. moniales isto in loco. domino fammulantes viverent. et cuiusmodi suam haberent annonam. Tunc cuncta illa congregatio in nostram venientes præsentiam reclamat se talem ordinem annonę non habere. sicut regula illarum denunciat. et sicut Ludovvicus imperator. et filii eius. illis concedebant. et constituebant. Epistolam vero quam præfati reges illis scribere. procuraverunt. hanc audientes legere. omniaque intelligentes. quæ ad illarum pertinebant provendam. existimantes nullo modo hoc non posse inplevisse. cum omni vero diligentia a nostris sciscitantes fidelibus. quod exinde agere debuimus. commune inter nos consilium habentes. placuit nobis ex utraque parte. ut cuncta loca. quę tunc in illarum potestate invenimus. Id est in Zurich curtem. I. et in Murae. in Rumelanch. in Vuibechinga [1]). et in Pozwila [2]). et quicquid ad ipsis [3]) pertinet. id est terris pratis silvis pascuis aquis aquarumve decursibus. cultis et incultis. et XII vectigalibus censibus de isto monte. cum omni integritate ad suam haberent annonam. Nos vero hanc epistolam prædictorum locorum firmationis. cum licencia. Heinrichi regis scribere iussimus. ut nec nos. nec ullus iniustus iudex. habeat potestatem. ali-

quam molestiam in istis locis illis facere. sed cum omni securitate. et firmitate habeant. et possideant. et usque in ęvum utantur. Actum in turego præsentibus episcopis comitibus. aliisque nostris fidelibus quoram nomina hic notantur. Signum Purchardi ducis. qui hanc epistolam firmacionis fieri iussimus. Signum Notingi episcopi [4]). Signum Vualtoni. episcopi [5]) S. Uuodalrich: Kerolt. Liuto. Unruoch. Perinker. Perecker.

Adalhart. Kerhart. Adalperen. Vuipret. Jtem Vuipret. Thiedolt. Landerich. Vuiclioz. Vuerenpret.

Ego itaque Liutingus scripsi. Notavi diem XII natalis domini id est pri NON JAN regni serenissimi regis Heinrichi. Anno VIIII [6]). sub comite. Luitoni.

Data domicę incarnationis. Anno. DCCC.XXIIII. feliciter Amen [7]).

[1]) Mur, Rümlang, Wipkingen, Kts. Zürich. [2]) Boswil, Bezirk Muri, Kts. Aargau. [3]) Sic. [4]) Constantiensis. [5]) Curiensis.

[6]) Nach *Böhmer Regesta Imp.* etc. annus V Heinr. reg. Derselbe Schreiber Liutingus hat übrigens noch zu Anfang des Jahres 925 eine Urkunde mit ann. Heinr. regis X datirt (statt VI). Siehe N. C. D. nr. 713.

[7]) Ein Siegel ist nicht da.

Staatsarchiv Zürich. — *Abgedruckt bei N. C. D. nr.* 802. — *Abschriften: Haer. XXX[a]. Doct. Abb. I.* 82. *Sch. C. D. nr.* 124.

25.

Urkunde betreffend Austausch von Hörigen zwischen der Abtei und dem Chorherrenstift.

Zürich, 25. Mai 928.

DE CONCAMBITIONE FAMILIARUM. DE DUCE HERIMANNO FACTA. Hanc etiam descriptionem jussit dominus Herimannus fieri ob iurgationem scindendam perpetualique coadunatione ex familiis clericorum que ex coniugio in potestatem monialium devenerunt. et ab illarum parte in ius clericorum venerunt ex utraque parte enumerando equali modo coequentur. ut. ultra inter illos cum amicitia persisterent cum cambitione manu sua facta. minimeque propter rixam inter se nubent. Primum numerantur quę ex parte clericorum fuerunt in Rumilanc. Primum Uuibilina. filia Ruodperti qui fuit cellerarius et servus clericorum in Svuamundinga [1]). et filii eius. Comilin hizilin. et hizila.

Item filia Mannilini servi clericorum ex ipso loco. Nomine Liubsind. et filii eius his nominibus Hiltirat. Vuolfiram. Adilmar et sorores eorum Liuza et Ratsind. Item filia Vuoluinis. Vuoffila et filius eius Svabilin.

In Feniclanda [2]). Fridiburc sofor Zubilini de Flobotisreine [3]) servi clericorum et hachilini et filii eius herich. Cuncilin. heizilin. et hita. Item Meginhart et filii eius II. et duę filię. et frater eius Reginbold et filii eius quorum mater fuit ancilla clericorum nomine Isinrat.

In Mure sunt filii Azzun ancille clericorum sororis Pezilini et Adilgeri.

In Flobotisreine. filii Aziloni quos genuit ex Liba. filia Kerboldi filii hiltbrandi seruorum de suamundinga.

In turego Engiza uxor cozperti calui. et filii ejus. V. ipsa fuit filia Vuazoni et Ingilburge.

De Rieda [4]) soror Luibinzoni. Cuozila et filii eius. IIII. quę post cambitionem nupsit sine licentia in potestatem monialium.

Insuper sunt cambiati filii Regingeri quos genuit ex muliere Azila.

E contra vero habent in potestate eius tantum clerici. De Natione mulieris Nomine Vuasa. filii Uuilliharti. Idem Abila et filii eius II. Luizilinum et Pezilinum atque Engizun et filii eius. tres filios et tres filię. Filii Ecgihardi. fratris vuilliharti. Alfredum. Eckilinum. Attilin. vuillizonem. et Lanzilini prefati vuilliharti fratris filię IIII.

Filię autem due Predictę Engizun. quę fuit vuilliharti filia. sunt nunc sine licentia clericorum in potestate domine Reginlinde. hîc in turego. nomine hitila et fridigart. Hanc ergo vestituram fecit ipse dux alamannorum in scena turicine ciuitatis cum licentia et pettitione monialium et clericorum cum uno servo monialium Nomine Lendilo clericis et cum alio servo clericorum monialibus nomine meginhart coram cunctis et multis ibidem cum illo manentibus. Ipso die vero ipse dux Herimannus ex pettitione Reginlinde et clericorum questionem scindendo. concambiavit. que ex familia sue curtis in turego. In potestate fratrum erant. dedit ipse dux Reginzonem. et vestivit et e contra dederunt ipsi herratin. et fratris sui Jungilini. Tres filios. Ratmannum. et Coldilinum Azilinum. contra Engizonem et fratrem et sororem. I. et filii cozharti. contra Ruopilinum et sororem eius. Uxorem copilini calui Nomine Engiza sine filio suo Zuzone. cum filiabus eius IIII. Contra filiam Vuilliharti. Nomine Engilburc cum tribus filiis et tribus filiabus. ex his due sunt in potestate domine coniugate pro his duabus habent Liuzilinum et Pezilinum. filios Abilun. sororis ipse engilburge. hec facta sunt Jn prefata scena. In presentia quorum hic subnotantur nomina. Domina Reginlinda. Burchart comes [5]). Tuto. hiltilin. Kerhart aduocatus. huozo. Preposita cotisthiu. cum suis familiis. Uto cundilo. et Landolt. et familia. ducis. vuolfprt. et vuodimar. Ortire. harprt [6]) cum fratribus et familiis fratrum. VIII kl Jun. Anno X [7]) regnante Rege Heinrico.

[1]) Schwamendingen, Kts. Zürich. [2]) Fällanden, Kts. Zürich. [3]) Fluntern bei Zürich. [4]) Rieden am Albis (oder Rieden bei Walisellen, Kts. Zürich?

[5]) Wohl Regilinda's Sohn, der nachmalige Herzog Burkhardt II. von Alemannien. [6]) Prepositus turicensis.

[7]) Nach *Böhmer Reg. Imp.* vom 11. Apr. 928—929 laufend.

Pergamentrolle des Stiftsarchivs Zürich. — (*Schrift des XI. Jahrh.* — *Abschrift nach Rordorf.*) *Abgedruckt: Hott. H. E. VIII.* 1133. *N. C. D. nr.* 718.

Abschriften: Doc. Abb. I. 118. *Sch. C. D. nr.* 122.

26.

Die Ehegatten Ratpert und Truhlinde übergeben dem Frauenkloster S. Felix und Regula in Zürich ihre curtis in Hasli gegen lebenslängliche Benutzung anderer Güter.

Zürich, 16. August 931.

Notum sit omnibus præsentibus scilicet et futuris fidelibus populis. Quod ego Ratpert unâ cum manu coniugis meæ Truhlinde. potestativa manu ad monasterium sanctorum martyrum. felicis et regule. ubi moniales in turego domino videntur servire. Curtem illam quam in. hasila [1]) visus sum habere. cum hedeficiis et tribus mancipiis. his nominibus Edilinc. Hiltipert. Undolf. pomariis. Insuper tam terris quam pratis. pascuis. silvis. aquis. aquarumve decursibus cultis et incultis cum ingressibus et exitibus omnique integritate quę ad illam pertinent curtem. talemque partem qualem in eclesia habui. tradidi atque transfundi in proprietatem ad annonam monalium. Ea videlicet ratione. ut ipse moniales mihi in beneficium e contra. duas concessissent hobas. cum tribus mancipiis. his nominibus [2]) et in argento. libre due. unam vero habam [3]). in loco qui dicitur Vuat [4]). et alteram in rumilhanc. Haec autem fecimus his verbis. ipsisque placendo. ut ego ipse ratpert. et coniunx mea truhlinda. curtem in hasila. et duas mansas ab illis nobis in beneficium datas. totis vitæ nostrę diebus sub usufructuario. habeamus. Post hobitum autem nostrum amborum. et nostra curtis. atque beneficium cum omni integritate remeant. ad præfatum monasterium. sine contradictione ullius personę. Prædicta autem parte eclesię. et lata silvanaque marcha. nobis viventibus. nobiscum moniales fruantur. Si autem coniunx mea mecum permaneat mihique iuxta id quod potest usque dum vivam adiuvet et post hobitum meum sua non nubat voluntate. habeat ipsa cunctas prædictas res totis vitę suę diebus. si autem invita nubat. statim ad monasterium redeant. Si quis vero quod fieri non credo. aut ego ipse. aut ullus heredum vel coheredum. meorum hanc traditionis cartam frangere temptaverit. nullo modo perficiat. sed. sociat fisco auri uncias. III. argenti pondera. V. coactus persolvat. et hęc traditio firma. et stabilis permaneat stipulatione subnixa. Actum in turego coram altare sanctorum. præsentibus quorum hic notantur nomina. Signum ego Ratpert qui hanc traditionem cum manu conjugis mee fieri et firmare rogavi. S. Kerhardi. advocati. Huc comitis. Hiltirath. Luitprant. Adilpern. Landolt. Amilrih. Thietpert. Jtem Landolt. Otker. Ebirhart. Sigiram. Razzo. Rihpert. Luitpert. Hunolt. Ozzilin. Engilbold. Ego itaque Vuicharius diaconus. Jn vice Liutingi [5]). petitus scripsi et subscripsi. Notavi diem. martis XVII Kl. Sept. Anno XIIII [6]). Regnante Heinrico rege. et sub duce Herimanno.

Ab incarnatione domini. Anno DCCCCXXX.I. Jndictione IIII. feliciter amen [7]).

[1]) Hasli (h. Niederhasli) Kts. Zürich. [2]) Der Raum ist leergelassen für die Namen. [3]) Sic. [4]) Watt, Kts. Zürich. [5]) S. nr. 24. [6]) Annus XIII. nach *Böhmer Reg. Imp.* [7]) Ohne Siegel.

Staatsarchiv Zürich. – *Abgedruckt*: *N. C. D. nr.* 813. (*nach einer Abschrift bei Dürsteler*). *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 86. *Sch. C. D. nr.* 125 *a.*

27.

Urkunde betreffend streitige Zehnten der Kirchen von S. Felix und Regula [1]), und von S. Peter in Zürich, theilweise auf Besitzungen der Abtei.

St Peterm **Zürich, 21. Februar 946.**

HAEC EST ERGO NOTITIA DE CONTINTENTIONE [2]). QUE FUIT PROPTER DECIMATIONES. quę pertinent ad ecclesiam sancti PETRI et ad ecclesiam sanctorum martyrum FELICIS. ET germane eius sanctæ REGULAE.

Placuit ergo prepositae nomine Cotistiu. cunctæ congregationi clericorum et monialium in TVREGO. deo seruientium principibusque utriusque Parechie ad destruendam ipsam contentionem. ut cum licentia. ipsarum Parechiarum. Chuonrati episcopi atque ejus iussione coram suo misso. Uuolfhardo. nomine archique eius presbytero. cum iuramento ipsas decimationes ipsarum ecclesiarum uera pacatione separentur. Tunc uero elegerunt. VII. de eclesia sanctorum martyrum. qui iusiurandum fecissent. ut sicut ab antiquo terminatio. et a ueris præcedentibus patribus audissent. Ita cum amicitia et sine inimicitia. illam decimationum indicassent separationem. Hæc sunt nomina iusiuratorum. In reliquiis sancti petri. apostoli aliorumque plurimorum sanctorum. Primum. Caginhart. Eckihart. Ruodger. Reginzo. Liufrid. hunprt. Meginhart. cum aliis confitentibus. Isti uero uero [3]) coniurauerunt quod decimatio que de VII mansis que Nordilo et Vuichere. et Lantfrid. in beneficium habebant. et de illa hoba. quam. Rumolt. habebat. et de proprietate. mirabilis Ruzoni et de agro quem Herich iuxta Stamffebach [4]) habuisset et de Leimbach [5]). singulis annis dimidia pars decimationis. ad eclesiam sancti Petri ab antiquitate separata esset. Ab istis autem curtibus que site sunt in locis monialium nominatis cuncta decimatio ad ecclesiam matyrum Felicis et Regule. ad alimoniam et uestituram. canonicis. et ecclesiam tegendum episcopumque accipiendum omnibusque ad illam eclesiam pertinentibus. et decimationem reddentibus ministerium christianitatis porrigendum. verissime pertineret. Idem de curte senioratus. In loco Ousta [6]). In Bozuuila. In Leimbach. dimidia. pars. In Rieda. tota. De curte Vuibichinge. et aliis ibidem habitantibus. De Samilinis Ruitin. De Orlinchova [7]). De Suamundinga. De utin Ruitin [8]). clerici et laici. De Vuitinchova [9]). sine illa parte que pertinet. Ad Tuobilindorf [10]). De Truhtilhusa [11]). De curte Fenichlanda et ibidem de hobariis monialium. De curte in Murę. De Egimuotinga [12]). et Pinizze [13]) super alterum annum. De curte hovistete [14]). In Thichunouua [15]). de duobus hobariis. De Zumminga [16]). tota. In Vualtilinchova [17]). de una. hoba. et de thiethardo. una pars. De Cozzinchoua [18]). De Ittinsne [19]). De Vuitalinchova [20]). De duabus Collinchouin [21]). De hirslanda [22]). De ambobis. hottinga [23]). De Flobotisreine. De curte. et hobariis monialium in TVREGO et de propriis liberorum hominum et de septis piscinis fluentis laci per turegum. duos pisces. ad eclesiam sanctorum. tercius ad sanctum petrum. De Sagenis autem et aliis retibus specialiter ad altare sanctorum. Tunc uero ex parte eclesie sancti petri. alii. VII. coniurauerunt. Vuolprt. hâto. Ruodger. niger. Folchirat. Azilin. Adilman. Ozzilin. In ipsis pre-

fatis reliquiis sanctorum. Ita uerum esse sicut priores coniurauerunt. et se per totum uerius non nouisse.

Actum in porticu sancti petri. coram Vuolfhardo archi presbytero. et aliis cunctis parechianis. herich. Uto. Item herich. Sigimunt. Item Sigimunt. Thietirich. hunprt. Thiethart. Smido. Azilin. et aliis plurimis. de monte. et fisco. Ego Reginbold. scripsi In die martis VI Kl. *Mai* [24]). Anno. X. regnante Ottono rege. sub duce Herimanno. et comite Liutone.

[1]) Die Kirche der Chorherren in Zürich. [2]) Sic. [3]) Sic. [4]) Stampfenbach. [5]) Leimbach. [6]) Aügst. [vergl. Beil. 16.] [7]) Oerlikon. [8]) Bei Zürich, unbekannt wo. S. Dr. Meyer Ortsnamen des Kts. Zürich. nr. 1452. [9]) Witikon. [10]) Dübendorf. [11]) Trichtenhusen. [12]) Ebmatingen. [13]) Binz. [14]) Hofstetten, Gemeinde Meilen. [15]) Dikenau, Gemeinde Küssnach. [16]) Zumikon. [17]) u. [18]) Waltikon und Gössikon, Gemeinde Zumikon. [19]) Itschnach, Gemeinde Küssnach. [20]) u. [21]) Witellikon und Zollikon. [22]) Hirslanden. [23]) Hottingen. — Sämmtliche hier angemerkte Orte im Kanton Zürich.

[24]) Wohl: *Martii.* Denn im Jahr 946, dem X. Regierungsjahr Otto's, ist der 24. Febr., nicht aber der 26. April ein Dienstag. N. C. D. nr. 724. nimmt Mai für richtig und datirt daher: a. 942.

Pergamentrolle des Stiftsarchivs Zürich. — (*Schrift des XI. Jahrh. Abschrift nach Rordorf.*) *Abgedruckt bei Hott. H. E. VIII.* 1143. *N. C. D. nr.* 724. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 90. *Sch. C. D. nr.* 189.

28.

Gerichtliche Verhandlungen betreffend die von dem Chorherrenstift und der Abtei angesprochenen Rechte an einem Gute in Samilins Rüti [1]).

Zürich, 24. April (947?).

DE SAMILINIS RIUTIN.

Nos ergo fratres qui domino in turegensis antiqua ecclesia famulando consistimus. tota mente cunctis fidelibus notum esse desideramus. quod antecessores nostros. Alolf. Thiedilant decanus. Uuolviraht. et andreas cum aliis fratribus predium quesierunt in Samilins Riutin et illa marcha. quod Liuzo et frater eius Uuicco. qui de sua matre nomine hita proprii servi ad monasterium monialium esse dinoscuntur. cum iniquo possiderunt censu. Quem censum pater eorum Samilin. proprius servus ipsius antique ecclesie. et canonicorum. de Fridigarda. sua matre. exinde hoc predium auferendo. et filiis suis predictis adprehendo. et confirmando. ad monasterium monialium occulte. solvebat. Venerunt igitur. et conduxerunt testimonium ex familiis turicinis. in civitate turegia in legitimo Kerharti concilio. advocati. quod hoc predium ex predicto servo ecclesie illorum magis esse debuisset. quam ipsi cum iniquo possiderunt censu. Tunc ab istis iudicatum est. hoc illis reddi debere. Landolt. Perihger. Libo. Amilbert Adilhelm. et ab aliis de fisco. De monte Thiethart. Uuinimund. Sigimunt. Uto. Cundilo. Kaginhart. et ab aliis ex familia. Tunc cundilo minister magisterque eorum rogabat ut inducias haberet. usque dum ipsos in potestate seniorum illorum collocaret. Postmodum vero ipse Uuicco Utoni laici. et hoc dedit et vestivit. Qua propter ergo. tunc demum inde se vo-

ciferando venerunt fratres. In legitimum concilium Liutoni comittis. et advoc. et professi sunt in eos qui de fisco et de monte viderunt et audierunt. tunc de comite banniti sunt. in fidem suam et iuramentum ut ita sicuti hoc verissime scirent narrassent. tunc omnes dicebant hoc verum esse. Ipsa hora cum Interrogatione comitis. iudicatum est. a Peringero comt. [2]) Adilboldo. Libone. helmiricho. cozperto Pericgero. Atone. Hericho. Utone. et de fisco et monte cunctis ibidem sedentibus. quod Justa lege illis debuisset reddi. Tunc comes cum manibus monialium. Abinzun. Amittun. Azilun. Trutilun In presentia Liuozoni. et filiorum eius. et fratris eius. et Eckiharti. nihil contradicentibus. reddidit fratribus talem proprietatem. qualem Samilin. In Ruitin marcha. et ipso loco. ex suo patre et ipsius acquisitione. visus fuisset possidere. Et statim sine mora. coacti. et absque inducias reddebant in meilana [3]) proprietatem quam comilin et mater eius. Rihsind. provendam illius redimendo. tradiderunt. Tunc datis his nunciis a comite. hericho. Utone. Item hericho. Ad ipsum locum Riutin. venientes vestituram ab illis cum manu advocati sui Kisoni. acceperunt. Isti sunt susceptores. Uuichere. Sigere. Engilman. uuanine. Uto. Meginhart. Engilger. Eppo. Azilin. Uuolfhart archipresbyter. Engizo. Isti sunt autem qui affuerunt et viderunt. herich. Theginzilin thelonearius haicho. Trutman. filius Ezzoni Cozpert. et frater eius. Penno. Liutfrid item Liutfrid. Vuolfpero. Vuolferim. Azilin Ezo. item Ezo. Reginzo. Azilin et filius eius hito. et frater eius. Reginzilin. hunpert. Razilin. Amilo. Orttire. heizilin. Item heizilin. Alfrid. Eckilin. Alfrid. hezilin. Engizo. Atilo. Atin. Sigihart. filius Liuzoni. et fratres eius. Eckihart. Isti possessores erant In eadem hora. servi sanctorum Ibidem relicti. Perolt. et Uuovilin. Actum VIII. Kl. Mai. Anno. XI. [4]) regnante rege Ottone. sub duce Liutolvo filio suo.

[1]) S. nr. 20. [2]) Comite Thurgoviae N. C. D. [3]) Meilen, Kts. Zürich.

[4]) Annus XI regni Ott. wäre 947. Damals war aber noch Herrmann I. Herzog über Alemannien, dem erst nach seinem Tode († 10 Dez. 948) Liutolf folgte. Das Datum ist daher wohl irrig. Mit Indictio XI. wäre 953 passend. Vergl. über die Rolle, woraus die Urkunde stammt V. Gr. und oben Anmerk. 22.

Pergamentrolle des Stiftsarchivs Zürich. — (*Schrift des XI. Jahrhunderts — Abschrift nach Rordorf*). *Abgedruckt*: *Hott. H. E. VIII.* 1138. *N. C. D. nr.* 728.

Abschriften: Doc. Abb. I. 98. *Sch. C. D. nr.* 130.

29.

König Otto I. bestätigt auf Bitten seiner Gemahlinn Adelheid die Rechte und Freiheiten des Klosters zu Zürich über seine Besitzungen und deren Bewohner.

Zürich, 1. März 952.

In nomine sancte et individue trinitatis Otto divina favente gratia rex. Si liberalitatis nostre munere locis deo dicatis quiddam conferimus beneficii et necessitates ecclesiasticas nostro relevamus iuvamine atque regali tuemur munimine: id nobis ad mortalem vitam temporaliter transiendam et ad eternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fide-

lium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria: Qualiter dilecta coniunx nostra Adelheida deprecata est celsitudinem nostram. ut nostre tuitionis defensionisque munitatem super res pertinentes ad monasterium quod est situm in vico turegi facere iuberemus. ubi sanctus Felix et sancta Regulae martires Christi corpore requiescunt. Nos itaque suggestione carissime coniugis nostre Adelheide libenti animo assensum prebuimus et iussimus fieri hanc nostre auctoritatis munitatem super omnes res pertinentes cum locis huiusmodi nominatis. ecclesia sancti Petri cum curte subiecta et curte que dicitur stadelhof [1]) et curte in bozwile cum adiacentiis suis. et villa wibichinga nec non et dimidia parte ecclesie in villa riumelanc cum mansis octo adiacentibus. una cum illis que in vellanda prius habuerunt. et in mura et in diggenowa et in burgila [2]) et silana [3]) que duo loca in presentia nostra acquisierunt. similiter in alsacia slezzistat chunigesstat. altheim. chuonsheim [4]) ludretinchova. horga [5]) in ustera [6]) censum debitum cum omnibus que nunc habent aut in posterum habituri sunt. Qua propter per hoc nostrum preceptum decernimus atque iubemus. ut nullus iudex publicus vel comes vel quilibet ex iudicaria potestate in ullis rebus pertinentibus ad predictum monasterium aliquam iniusticiam facere presumat. nec ullam districtionem. et homines tam servos quam liberos qui illic commanere videntur nullo umquam tempore distringere aut infestare aliquis audeat ex prescriptis potestatibus. nec fideiussores tollat. nec ullas redibitiones vel freda aut bannos exigat. aut alicuius iniurie vim inferre presumat. sed sub nostra defensione et munitatis tuitione cum advocatis ibi constitutis res ille secure per diuturna tempora permaneant. Et ut hec auctoritas huius munitatis ac confirmationis nostre firmior habeatur. et per futura tempora a fidelibus nostris verius credatur. et diligentius observetur. manu propria nostra subter eam firmavimus. et anuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum domni Ottonis serenissimi regis (Schrbzchn.) wigfridus cancellarius ad vicem brunonis archicapellani recognovi.

Data kal. mar. anno incarnationis domini nostri Jesu Christi. dcccclii. indict. X. anno regni domni Ottonis XVI. Actum turegum feliciter in dei nomine Amen.

[1]) Stadelhofen bei Zürich. [2]) u. [3]) Bürglen und Silenen, Kts. Uri. [4]) Die elsassischen Besitzungen der Abtei. Siehe oben nr. 8. 11. u. 13. [5]) u. [6]) Horgen und Uster, Kts. Zürich.

Stadtarchiv Zürich. – *Das Original ist nicht mehr vorhanden, dagegen eine Abschrift aus dem Anfange des XIII. Jahrhunderts, auf Pergament, besiegelt mit zwei Siegeln, die noch in Bruchstücken vorhanden sind und Geistlichen scheinen angehört zu haben: nach dieser Abschrift ist obiger Text.* – *Abgedruckt: Hott. Spec. Tigur. p.* 248. *Würdtwein Nov. subsid. diplom. III.* 360. *C. D. nr.* 737. (*Auszug*).

Abschriften: Haer. XLVIII. (*Uebers. XLIX. a*). *Doc. Abb.* 106. 110. *Sch. C. D. nr.* 138.

30.

König Otto I. schenkt einem Hörigen von S. Felix und Regula den Hof Ruvaris im Zürichgau.

Erenstein, 10. März 952.

In nomine sanctae et individue trinitatis Otto dei gratia rex: Notum scit omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris: qualiter nos per interventum regilinde venerabilissime et nobis dilectissime ab comitisse [1]) quasdam res nostri proprii juris in pago zuriggauui scitas in commitatu liudonis commitis curtem scilicet que ruuaris [2]) dicitur cuidam servo sanctorum felicis et regule erig dicto in proprium donavimus et a iure nostro et dominio in ius eius et dominationem prout iuste et legaliter possumus omnino transfundimus et perdonamus cum omnibus videlicet adiacentibus suis pratis edificiis silvis pascuis agris terris cultis et incultis viis et inviis exitibus et reditibus quesitis et inquirendis habeatque liberam potestatem donandi vendendi commutandi hereditandi pro anima iudicandi vel quicquid animus suus decreverit inde faciendi omnium hominum contradictione remota. Si quis autem huius nostri regalis precepti violator extiterit aut eum in his rebus aliquomodo molestare presumpserit sciat se compositurum auri obtimi libras sexaginta medietatem camere nostre et medietatem viro prefato. cui hec temerarie inferre conatus est. Et ut hoc verius credatur et pro futuris temporibus attentius observetur iussimus ei hoc presens preceptum conscribi manu nostra signatum et anuli nostri impressione roboratum.

Signum domni Ottonis serenissimi regis (Schrbzchn.) uuigfridus cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognovi (L. S.)

Data VI. idus mar. Anno incarnationis dni nri Jesu Christi DCCCCLII. indic. X. Anno vero domni Ottonis XVI. Actum erenstein feliciter in dei nomine AMEN.

[1]) Es steht ganz deutlich: „ab comitisse“ und nicht: abbatisse, wie N. C. D. nr. 738 gibt. (Sein Abdruck der Urkunde wäre die einzige Stelle, welche R. als wirkliche Aebtissinn bezeichnen würde.) Hat der Schreiber vielleicht zuerst abbatisse schreiben wollen, und dann verbessert: comitisse? Auch weiter unten hat derselbe einmal corrigirt.

[2]) Rufers, ein abgegangener Ort zwischen den jetzigen Ortschaften Kilchberg und Adlischwil, Kts. Zürich, gelegen. Vgl. Dr. Hch. Meyer, die Ortsnamen etc. nr. 1800.

Staatsarchiv Zürich. — *Abgedruckt bei: Hott. H. E. VIII.* 1157. *N. C. D. nr.* 738. (*Auszug*).
Abschriften: Haer. LI. a. Doc. Abb. I. 114. *Sch. C. D. nr.* 139.

31.

Vertrag zwischen den Einwohnern von Uri und Purchard Vogt des Castrum Zürich betreffend Zehnten (von Wildheu).

In Uronia. 22. November 955.

Notum sit igitur cunctis fidelibus tam presentibus quam et futuris qualiter Purchardus turegiensis castri advocatus de nobis inhabitantibus Uroniam decimacionem quesivit. quam adversus illum patrum nostrorum jure et lege contestati sumus nobis habendam. ostensis redimendi decimas prediis et in lumine ad ecclesiam reddendo quotannis hac interposita conventione. ut ubicunque locorum fruges contigisset decimande unde plaustris neque cavallis possint deportari nosmetipsis ad horreum defferamus. et ut eodem foeno decimatos agnos pascamus adusque medium Maium. et ut hec conpactio firma et stabilita haberetur in posterum. et neque amplius exigatur ab illo neque a nobis minus quam indictum est agatur. nos itaque Cunpoldus et liutericus hanc cartam solito more levantes et conscribi rogantes. eundem advocatum Purchardum cum manu venerabilis domnæ suae Reginlindæ ad turegum venientes legitime vestivimus. Signum cunpoldi et liuterici qui hanc cartam levaverunt. Signum aliorum testium Erchenger. Vuolfhart. Verimpreht. Engilger. Vuichere. Perecger. Sigebold. Thietpold. Eckili. Appili. Thietger. Rappili. Vualah. Kerloh. Cunpold. Thietpreht. Vuinizo. Hetti. Vuolpero Actum in Uronia Purchardo duce Regnante rege Ottone. Ego itaque Uto presbyter indignus scripsi notavi diem iovis X Kal. Dec. Lun. IIII [1]).

[1]) N. C. D. nr. 817. versteht unter Lun. IIII die güldene Zahl und datirt daher a. 972, was nicht hätte geschehen können, wenn er nicht unrichtig „mensis“ statt: Jovis läse.

Stadtarchiv Zürich. (*Pergament ohne Siegel.*) — *Abgedruckt*: *N. C. D. nr.* 817. *Geschichtsfreund. Mittheil. des hist. Vereins der V Orte* (*Einsiedeln.* 1843.) *I. pag.* 59. — *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 134.

32.

Engilbolt, Priester, entlässt verschiedene Personen der Hörigkeit unter der Bedingung, dass sie jährlich an den Altar des heiligen Martin in der Kirche zu Mur 1 Denar in Geld oder Wachs bezahlen.

St Peter in **Zürich. Im Juni 963.**

Notum sit omnibus presentibus scilicet et futuris qualiter ego Engilbolt indignus presbyter augmentum cogitans anime mee propria juris mei mancipia sic nominata Vualterat Ruotsint Engildiu et Adilman iugo servitutis ex parte absolvere pro dei amore cogitavi quod ita cum manu aduocati

mei Landrici perpetraui in eo videlicet rationis tenore ut prenominata mancipia ad ecclesiam que constructa est in loco qui dicitur Mure ad Altare Sancti Martini ad missam eiusdem sancti singulis annis censum persolvant id est singuli unum denarium siue in argento siue in cera et huiusmodi censum persolvendo liberi exeant quocunque eis placuerit loco. muntpurdium et defensorem ubicunque eis placuerit eligant post vitam meam sine ullius contradictione. Actum in loco qui dicitur Zürihc in collo fluminis in atrio sancti Petri presentibus quam plurimis quorum nomina subnotantur. Signum mei ipsius Engilboldi qui cum manu aduocati mei Landirici hanc cartulam libertatis scribere rogaui. Signum aliorum. Periker Landiriht. Oto. Wielant. Smido. Periker Thietrihc Wilhere Keselin Nortpret. Landolt. Thiethart. Sigimunt Vuithart Fridiger Smido Racholt Hunolt. Wilhelm Winimunt Adilan. Ego itaque Eberhardus cancellarius scripsi et subscripsi notavi diem et mensem. et annum die veneris mense Jun[1]). Anno ab incarnatione domini DCCCCLXIII. Regnante Rege Ottone sub duce Purchardo et sub comite Purchardo et sub aduocato Utono.

[1]) Der 5., 12., 19. und 26. Juni waren Freitage im Jahr 963.

Haer. XIX. — *Abgedruckt bei*: *N. C. D. nr.* 750. (*Auszug*). *Hott. Specul. tig. pag.* 230. — *Abschriften Doc. Abb. I.* 126.

33.

Thiepirc übergibt acht Hörige an den Altar der heiligen Felix und Regula.

Zürich. Im October 964.

Scitum esse volumus omnibus presentibus scilicet et futuris Qualiter ego Thiepirc cum manu advocati mei Purchardi com. quedam manticipia utriusque sexus iuris meæ sic nominata Ruothere. Ernist. Renger. Adilgart. Hadiburc Opire. Reginnuiz. Luicart. tradidi ad ecclesiam et ad altare sanctorum martyrum Felicis et Regulæ. In eo scilicet rationis firmamento ut singulis annis singuli quatuor denarios sive in cera seu in argento ad illud altare persolvant. ad luminaria sanctorum incendenda. et istum censum reddendo liberi exeant et permaneant. muntpurdium et dominatorem et defensorem ubicumque eis placuerit eligant. Actum in loco qui dicitur Zurich. in publico comitis Purchardi concilio. præsentibus plurimis quorum nomina supponuntur. Signum mei ipsius Thiepergæ que cum manu advocati mei Pereckeri. quem prædictus Purchardus Potestativum fecit hanc cartam scribere rogavi. Signum aliorum. Manigolt. Vuipreht. Libo. Ato. Helmirihc. Landrihc. Thietirihc. Vuipreht. Adilbreht. Periker. Item Periker. Immo. Francho. Ezilo. Kerlo. Ebirhart. Adilbero. Meginholt. Ego itaque Ebirhardus cancellarius scripsi. notavi diem et Mensem et Annum di Mercurii. Mense Oct.[1]) Anno ab incarnatione domini dccccLxiiii. Regnante rege OTTONE Sub duce Purchardo. et sub comite Purchardo.

[1]) Der 5., 12., 19. und 26. October waren Mittwoche im Jahr 964.

Staatsarchiv Zürich. (*Pergament ohne Siegel.*) — *Abgedruckt*: *N. C. D. nr.* 753. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 130. *Sch. C. D. nr.* 144.

34.

Kaiser Otto II. befreit Einsiedeln von Zoll und Münzabgabe in Zürich.

Reichenau, 17. August 979.

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. Otto Junior, DEI nutu, Senioris Coimperator Augustus. Omnes agnoscant nostri fideles præsentes scilicet, ac futuri. Quia nos scientiâ, ac voluntate Burghardi Allamannorum Ducis servis DEI solitarijs in coenobio silvestri Meginrades Cella vocabulo, jugi servitio Deum colentibus telonium in Turego civitate, et nummos juxta morem monetario persolvendos penitus tam eis, quam omnibus per temporum perpetuas successiones ibidem, tali conversatione mansuris, nostrâ auctoritativâ potestate, non ulterius persolvendum perdonavimus, scilicet, ut homines illorum necessaria servitia providentes mercimonio quolibet in hâc civitate negotiantes, vel nummularios quærentes, sine omni districtione hoc peragere liceant, ac securi inde discedant. Et ut hæc nostri perdonativi auctoritas præcepti firmior, stabiliorque cunctis Sanctæ DEI Ecclesiæ filijs perpetim credatur, hanc Chartam inscribi, manuque propriâ subtus firmatam annuli nostri impressione jussimus sigillari.

Signum Domni Ottonis Imperatoris Magni et Invictissimi Augusti

Vvillisus Cancellarius ad vicem Rodperti archicapellani notavi. Data XVI. Kalend. Septemb. Anno Incarnationis Domini DCCCLXXIII. Indictione XV. Anno regni Domni Ottonis XII. Imperii autem V. Actum Augiæ Insulari.

Docum. Arch. Eins. G. Fol. 29. (*Bibliothek des Stifts Einsiedeln*) — *Abgedruckt: Hartm. Annal. H. pag.* 82. *Guillim. Habsb. II. cap.* 7. *Lib. Eins.* 2, 3. *Lang. Gr. I.* 383. *a.* — *Auszug: N. C. D. nr.* 766. *Regesten der Arch. der Schw. Eidg.* (*Chur* 1848.) *Heft I. nr.* 12. *Sch. et L. V.* — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 150.

35.

König Otto III. bestaetigt die von seinem Vater und Grossvater dem Kloster Einsiedeln ertheilten Urkunden betreffend Freiheit von Zoll und Münzabgabe in Zürich und Schutz des Klosters bei seinen Besitzungen.

Ingelheim, 27. October 984.

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis. Otto, Divina favente clementia, Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris præsentibus scilicet atque futuris. Quomodo venerabilis Gregorius Abbas Sanctæ Ecclesiæ Meginradi Cella vocatæ ad nos venit, ac secum detulit præcepta beatæ memoriæ

Ottonis Augusti Imperatoris avi nostri, ac piæ commemorationis filii, et æquivoci illius, genitoris nostri Imperatoris similiter Augusti, in quibus continebatur, Qualiter ipse avus noster supra nominatus, sua præceptione, ad præfatam Ecclesiam in honore Sanctæ DEI Genitricis MARIAE semper Virginis, et Sancti Martyris Mauritii constructam, et consecratam concessit, ac dedit, ut nullus publicus exactor de familia, aut servitoribus præscriptæ Ecclesiæ, sive Abbatis ante jam dicti, successorumve eius telonium a quocunque negotio, vel percussuram monetæ in loco Turegum nuncupato exigat, seu accipere præsumat: Et quomodo loca Uvenhova, Paffinghova, Uringhova, Redilnghowa, Williringhowa dicta, Ecclesiamque in Mediolana; Et loca Regale, Endinga, Deninga, Denzilinga, wenilinga, Burgheim, Rotwila, Bezcenhusa, Zarda, Baldinga, Aschinza, Bochchesberg nominata, illuc donavit, ac eadem loca, et alia omnia ad eandem Ecclesiam juste pertinentia, suæ auctoritatis Præcepto confirmavit. Atque filius ejus prælibatus genitor noster Imperator Augustus omnia hæc præceptionis suæ donatione simili modo postea corroboravit. Pro rei autem firmitate idem jam dictus Gregorius Abbas petijt nostram Celsitudinem, ut nos denuo ab avo nostro superius videlicet nominato, et a genitore nostro æquivoco ejus Augustis Imperatoribus, aut ab alijs Regibus, vel Imperatoribus ad præfatam Ecclesiam donata, et confirmata, nova nostræ præceptionis auctoritate, omnia confirmaremus. Nos vero pro DEI amore, ac petitione dilectæ matris nostræ Theophanæ scilicet Imperatoris Augustæ et interventu fidelis nostri Cunradi Alamannorum Ducis piam deprecationem illius benigne suscipientes telonium de qualicumque negotio, et percussuram monete, in loco Turegum nominato, quæ prætitulatus avus noster beatæ memoriæ Otto Imperator Augustus Ecclesiæ concessit, et omnia loca superius nominata, Ecclesiamque in Mediolana, quæ ipse ad prænotatam Ecclesiam Meginradi Cella vocatam, Imperiali potestate condonando tradidit, ac cum alijs locis, vel rebus omnibus illuc rite aspicientibus confirmavit, atque genitor noster regia, Imperatoriaque dominatione simili modo postea corroboravit, noviter cum hac regali nostræ præceptionis munificentia præfatæ Ecclesiæ, et Abbati prædicto, qui modo ei præsidet, successoribusque illius, et Monachis DEO ibi servientibus sub perpetuo jure habendum donamus, tradimus, et confirmamus, Regia potestate, firmiter præcipientes, ut nullus Exactor publicus, vel alia quælibet major, aut minor persona in prædicto loco Turego, de familia, vel servitoribus superius jam dictæ Ecclesiæ, sive Abbatis, successorumque illius, telonium, aut percussuram monetæ exigere, vel accipere audeat, seu in prædictis locis, aut alijs eidem Ecclesiæ a regia, vel Imperiali potestate, sive ab aliquibus coeteris DEI fidelibus traditis, seu tradendis, repetitum Abbatem Gregorium nomine successoresve ejus, aut monachos DEO, et Sanctæ MARIAE Virgini jugiter ibi servientes inquietare præsumat. Et ut hæc nostræ donationis confirmatio præsenti, ac futuro tempore coram cunctis Dei et nostris fidelibus firma ac stabilis permaneat, hoc regiæ dominationis nostræ præceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signare jussimus, manuque propria, ut in propatulo videtur, subtus corroboravimus.

Signum Domni Ottonis (L. S.) Invictissimi Regis.

Hildebaldus Episcopus, et Cancellarius vice Willigisi Archicapellani cognovi. Data VI Kalen.

Novembris. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC.LXXXIII. Indictione XIII. Anno vero tertij Ottonis primo. Actum Ingilenheim. In DEO nomine feliciter. Amen. [1])

[1]) Wir haben in vorstehender Urkunde durch gesperrte Schrift herausgehoben, was auf Zürich selbst Bezug hat. Ueber die darin, zum Theil im heutigen Kanton Zürich gelegenen Besitzungen des Stiftes Einsiedeln vergl. N. C. D. nr. 762. 781.

Docum. Arch. Eins. G. Fol. 31. — *Abgedruckt: Hartm. Ann. H. pag.* 95. *N. C. D. nr.* 781. — *Auszug: Reg. Arch. der Schw. Eidg. Heft I. nr.* 17. — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 157.

36.

Otto III., als Kaiser, wiederholt den früher von ihm als König dem Kloster Einsiedeln ertheilten Schutzbrief für dessen Besitzungen und Freiheit von Zoll und Münzabgabe in Zürich.

Brüssel, 31. October 996.

In nomine Sanctœ et Individuæ Trinitatis. Otto, Divina favente clementia, Romanorum Imperator Augustus. Notum sit . . . . . Williringhowa, Stevia, Lindenowa, Hojnca, Wanga dicta, Ecclesiamque in Mediolano: . . Wenilinga, Bezenhusa, Zarda, Liela, Aschinza, Brittona nominata: . . . . æquivoco etiam Augustis . . . . . et petitione dilectæ aviæ nostræ Adelheidæ Imperatricis Augustæ: et interventu . . . confirmavit: Et quæ genitor . . . regali et imperiali nostræ . . . confirmamus, Imperiali potestate . . . permaneat, hoc imperialis dominationis . . . .

Signum Domni Ottonis (L. S.) invictissimi Imperatoris Augusti.

Hildebaldus Episcopus et Cancellarius vice Willigisi Archiepiscopi recognovit. Data pridie Calen. Novembris, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC.XCVI. Indictione X. Anno vero tertij Ottonis regnantis XIII. Imperii autem primo. Actum in Broxole. Feliciter Amen. [1])

[1]) Die weggelassenen Stellen wörtlich gleich wie in der vorhergehenden Urkunde nr. 35.

Docum. Arch. Eins. G. Fol. 32. — *Abgedruckt: Hartm. Ann. H. pag.* 103. — *Auszug: N. C. D. nr.* 798. *Reg. d. A. d. Schw. Eidg. Heft I. nr.* 21. — *Abschrift; Sch. C. D. nr.* 161.

37.

Dedication eines der Abtei vom Archidiacon Conrad von Metz geschenkten und zu diesem Behuf eigens geschriebenen Exemplars von Gregorii Moralia pars I.

Metz. Ums Jahr 1000.

EPISTOLA DOMNI CONRADI METENSIS ARCHIDIACONI MISSA AD TVREGENSE CENOBIVM.

SANCTE DUREGENSIS ECCLESIE reverende ERMENDRUDI abbatise. et cuncte sanctimonialium caterve sibi commisse. CONRADUS mettensis archidiaconus debitas in Christo cum devotione preces. Quod me beatorum apostolorum Petri et pauli limina petentem. in vestris finibus non solum honorifice suscepistis. verum etiam omnem humanitatem spetiali dilectione generaliter exhibuistis. si opere sicut volo dignas grates vobis rependere nequeo. solum id quod valeo studiosius devota mente facere desidero. quo me in aliquo huiuscemodi negotio defecisse cognosco.

Nam licet in divina pagina legatur quod exhibitio operis probatio sit vere dilectionis. attamen cogente necessitate quandocunque facultas bone operationis defecerit. si voluntas integre devotionis permanserit. nullum ex hoc detrimentum karitas habebit. quia si quid defuerit ex operatione. id totum implet karitas pro bona voluntate. Igitur ut prefatus sum non meis meritis sed gratia vere karitatis honorabiliter a vobis susceptus tanta detentus sum familiaritate vobiscum. ut omnino non hospitem. sed potius unum vestre sanctitati familiarissimum me esse putarem. Unde dum inter ipsa sacra eloquia vestra que mihi videbantur quodammodo flatu sancti spiritus ignita. et quasi ex ipso fonte salutaris scientie salientia. primam partem moralium beati gregorii in librum iob vos non habere doleretis. et gravibus suspiriis egre toleraretis. ego quoque super hoc non minori cura sollicitus mecum tacitus cogitavi. quomodo in hac re vestro desiderio satisfacerem. Et cum ipsam partem moralium non haberem. pro vestra dilectione querere proposui sicubi potuissem invenire. idque ne deleretur oblivione. tenaci potius commendavi memorie. Post hec itaque cum reversus venissem ad patriam. favente domino quasi exoptato in nostro monasterio citius repperi. quod prius non habere vehementer extimui. Hanc partem continuo promptissima diligentia descriptam. karitati vestre dirigere destinabam. ut eo tenacius vera dilectio quasi glutine fidei ad unguem usque perducta inter nos iugiter valeat permanere. quo ego vobis sancte karitatis dulcedine copulatus. et singularis amicitie vos federe complexus. gratum quod vobis et amicabile videar obtulisse.

Kantonalbibliothek Zürich. *Pergamenthandschrift (C. 27.) aus der frühern Stiftsbibliothek. Auf dem ersten Blatte die Bemerkung: „Iste liber est abbacie Thuricensis.“ — Abgedruckt: J. J. Hott. Helv. Kirchengesch. Addenda p.* 28. 283.

38.

Kundelo tauscht mit den »principes» der Congregation von S. Felix und Regula Güter zu Aesch und Cham gegen ein solches zu Hottingen.

Zürich, 28. Juni 1037.

In dei nomine notum sit omnibus presentibus scilicet et futuris. qualiter ego Kundelo concambium feci cum principibus qui erant in congregatione sanctorum martirum felicis et regule ubi monache serviunt deo favente. in presentia advocati nostri. et abbatisse eidem ecclesie dei gratia serviente dedi tradidique in manum advocati Oudelrici cum manu abbatisse IRMENKARDE tale predium quale visus sum habere potestative in zuriccowe in loco et in villa que dicitur assche [1]) et in loco et in villa que dicitur chama contra illud predium quod situm est in villa hottinga ubi mihi fas sit habendi tradendi et liberum arbitrium quicquid inde velim faciendi iure iurando confirmantibus quorum nomina subnotantur. utilius monasterio factum esse quam mihi. ISO. RENRFIT. Richene. Loubenzo. Wikeli. Sicceli. Uto. Oudelric. Eizo. Wolferaht. Hunolt. Eppo. Perkes. Wolram. Koldene. Pezeli. Hoker. Rouzeli. Renzo. Oudelric. Actum est in lapidea domo castri coram advocato Oudelrico. et comite Eberhardo subnotatis aliis testibus. Signum advocati Oudelrici. S. comitis Eberhardi. S mei Kundelo. qui hanc kartam concambii levavi et scribere rogavi. S Walacho. peter. Uto. Kerlo. Roudolf. Luitolt. Tietelo. Tieteric. Richolf. Spruto. Eppo. Luto. Uto. Uualthere. Luifriht. Hunolt. Liebo. Ego Adelhardus scripsi (Schreibzeichen) et subscripsi Notavi diem mercurii. L duodecima

Anno tercio decimo CHunradi impe [2]). Hermanno duce. Oudelrico advocato. Eberhardo comite.

[1]) Aesch, Kts. Zürich.

[2]) Nach *Böhmer Reg. Imp.* läuft das 13te *Kaiserjahr* von Konrad II. vom 26. März 1039 bis zu dem am 4. Juni 1039 erfolgten Tode des Kaisers. Da aber der hier genannte Herzog Hermann (IV) von Alemannien schon anno 1038 starb, (Ann. St. Gallenses. Hildesheim. Necrol. Fuld.) so muss hier das 13te *Regierungsjahr* König Konrads („Conrado imperante") gemeint sein und die Urkunde ist daher vom Jahr 1037, auf dessen 29. Juni alle Angaben passen.

Staatsarchiv Zürich. (*Pergament, ohne Siegel.*) — *Abgedruckt: Zapf Monum. anecdota pag.* 76. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 186. *Sch. C. D. nr.* 196. *Zurlauben Monum. helv. tugiensia. VIII.* 91.

39.

Berno, Abtes von Reichenau, Fürbitte für die Aebtissin Irmengard bei König Heinrich III.

Ums Jahr 1045.

Forte adhuc Turegi morabatur Heinricus rex, cum ad eum epistolam scripsit Berno Augiensis abbas, sub hac inscriptione: »Domino meo, regum invictissimo, Heinrico pacifico, orthodoxæ

»fidei propagatori gloriosissimo, Bern, licet meritorum qualitate omnium suorum extremus, votivæ »servitutis, assiduæque orationis munus. — — — — — Dico de Hirmingarta, quondam in Turego »abbatissa, sed modo pro sui culpa merito dejecta. Illa quondam cælesti Sponso conjuncta, illud »dulce divini carminis epithalamium potuit cantare: Osculetur me osculo oris sui. Nunc velut adul»tera et prostituta, virginei decoris cogitur deflere detrimenta. — — — Nunc igitur regale vestræ »pietatis decus appello, suppliciterque exoro, ut misericordiæ opus, quod ex divina inspiratione »cunctis in regno vestro manentibus concessistis, huic miseræ ac infelici feminæ non negetis . . . . »Ecce nunc ex toto corde ad Deum conversa laborat in gemitu: lavat per singulas noctes lectum »suum . . . Accedat etiam domnæ meæ reginæ Agnæ intercessio, quæ apud vos, ob Dei amorem, »ei obtineat pristini honoris redintegrationem.“ Hæc raptim et carptim ex codice Villingensi olim excerpsimus.

Mabillon. Acta Ordinis S. Benedicti. (*Lutet.* 1707). *Tom. IV. pag.* 471.

40.

Beschreibung des der Abtei zugehörigen Zolles in Zürich.

Von dem Zoll Zürich der einer Aeptissin und dem gotzhuss zuo frowenmünster zuogehört.

Ludowicus Rex fundator huius Monasterii Constituit dari Theloneum nostro Monasterio in Opido Thuricensi in hunc modum:

Primo quod tam ementes quam vendentes teneantur dare de qualibet libra denariorum quatuor denarios

It. de uno equo IIII^{or} den.

It de uno asino I ß den.

It de uno lecto I ß den.

It de peccudibus parvis sicut ovibus capris et similibus I den.

It hospites deferentes vinum terre aliene de seuma II den.

It hospites ementes vinum terre nostre vel aliene de seuma II den.

It vendentes oleum per picarium tempore quadragesimali debent dare unum picarium olei.

It vendentes medonem tenentur dare Abbatisse unum ciphum de medone.

It de oleribus ad civitatem deductis quilibet tempore autumnali teneatur dare II d.

It de singulis secarciis massatis datur I den.

It de qualibet mensura salis datur I den.

It Notandum quod universa mercimonia que debent librari presentari tenentur statere publice

et ibi appendi et librari et non alibi quo facto universi institores huius civitatis mercimonia distributa librare per suas stateras examinatas.

It sciendum quod universa mercimonia que vadunt per opidum nostrum Thuricense tenentur dare theloneum secundum consuetudinem iam diu introductam.

Haer. Fol. CXVII. – *(Ueber die Entstehungszeit dieses Rodels siehe Anmerkung 87.)*

41.

Aeltester Münzkreis der Abtei.

Diss ist ein Copy wie verr die Müntz unsers Gotzhuss gan soll.

Es ist ze wüssen dz unser Müntz Zürich gân sol In allem Zürich göw uff durch Glaruss für walistatt uf untz an den grünen Hag Ouch sol sy gan durch all Waltstett untz an den gothart Aber durch als Aergöw untz an die wagenden Studen Aber nit sich ab untz an den Howenstein und durch als turgöw untz an die murggen dazwüschen sol kein eigen Müntz sin den allein zoffingen In der Ringkmur und ouch nit fürbass.

Haer. Fol. LXXIIII. a. – *Abgedruckt: Tschudi Chron. I.* 155. *Hott. Spec. tig. pag.* 24. *(Ueber die Entstehungszeit dieser Angabe siehe Anmerkung* 87.)

42.

Weihung der Kirche zu Silenen.

Konstanz, 13. Februar 1482.

Wir Daniel auss Gottes und des Apostolischen Stuhls Gnaden Bischoff zu .... der H. Schrifft-Professor, des hochwürdigen in Christo Vatters und Herren, Herren Ottonis auss eben dieser Gnad Bischoffen zu Constanz in Bischöfflichen Aembteren allgemeiner Statthalter, urkunden durch gegenwärtige (Weih Brieff), dass wir im Jahr 1081 am nächsten Mittwoch nach der Octav der Himmelfahrt Mariae, die H. Bischöffliche Aembter vollbringend zu Silenen im Urner Thal Constantzer Bischthumbs, allda zu Ehren St. Albini gewyhen die Pfarr-Kirch mit ihren Altären und Kirch-Hoff, verordnende den ersten Tag nach dem Fest der Himmelfahrt Mariae das Kirchweyhung-Fest alle Jahr zu halten. Weil wir dann auch begehren, dass gemeldte Kirch mit gezimmeden Ehren frequentirt, und von den Christgläubigen immerdar und andächtiger besucht werde, thun wir allen warhafft büssenden, gebeichteten und bereuten, welche an der Weynacht, Beschneidung, Osteren, Auf-

fahrt etc. auss Andacht ankommen, und gottseelige Gelübde allda vollbringen, auch für die Fabri oder Kirchen-Zierden ihre Hilffhand reichen werden, auff des Allmächtigen Gottes Barmherzigkeit und der H. Apostlen Petri und Pauli Fürbitt getröstet, 40 Täg Ablass von denen ihnen aufferlegten Bussen barmhertziglich in dem Herren nachlassen.

Datum in der Statt Constantz Anno 1082 den 13 Febr. indict. 10.

Lang Gr. I. pag. 360. *Uebersetzung einer Urkunde aus dem Archive der Pfarrkirche Silenen, mit der Bemerkung: „An ebenselbigem Tag und Jahr ist von eben diesem Weihbischoff consecriert worden die Kirche zu Ober-Silenen, welche hernach 2 mahl in unglükseelige Aeschen kommen.“*

43.

Spruch Herzog Rudolfs von Schwaben über die Grenzen zwischen Uri und Glarus.

(Vermuthlich am Ende des XI. oder im XII. Jahrhundert geschrieben.)

Quoniam gesta imperatorum sive quorumlibet principum monimentis litterarum credita difficilius labuntur a memoria cunctis successionibus notum fore volumus qualiter ego roudulfus suevorum dux quoddam negocium iussione imperiali diligencie mee commissum cum quibusdam de numero principum terminavi. Residente enim domino henrico romanorum imperatore augusto in urbe herbipoli plurimo principum collegio ibidem collecto pro statu regni quedam gravis querimonia auribus principum sepius illapsa ab incolis provinciarum uranie et clarone est exorta. Cives enim uranie proclamabant se infra terminos facultatum quas pius rex lodewicus monasterio sanctorum martirum felicis et Regule in dotem contulerat et diu legitime possèderat violenter a concivibus clarone fuisse invasos. Claronenses quoque culpam inique transgressionis finium possessiones sue provincie terminancium et ad monasterium sancti hilarii iure pertinencium uranie incolis obiciebant. Post longam igitur regis et principum super hac controversia habitam deliberacionem quoniam imperialis sublimitas maximis regni negotiis occupata fuit. et ad visitandas provincias prefatas vacare non potuit: michi hoc officium vice sua imperator iniunxit. et eandem potestatem qua ipse utebatur super hac lite dirimenda consilio principum consensu et petitione predictarum parcium michi indulsit. et ad majorem certitudinem et auctoritatem quosdam de principibus testes et cooperatores michi adibuit. Purchardum comitem de nellenburch. chuononem comitem de wuluelingen. arnoldum comitem de lenzeburch. qui tunc utriusque monasterii advocatus exstitit. Nos igitur regio edicto obedientes partes predictas adivimus et consilio predictorum principum utentes. et prudentissimorum utriusque provincie virorum possessiones utriusque monasterii certis et legitimis finibus discrevimus. quos etiam terminos suscribi fecimus. quorum unus est a monte qui stantonstein uulgo dicitur. usque ad montem qui grapelinon vocatur. et abhinc usque ad fluvium qui fritarerunst nominatur. et abhinc usque ad medium fluminis linte scilicet. et abhinc usque ad impetum torrentis qui limerta nuncupatur. que progressio in fluvio murna terminatur. In hunc igitur modum utriusque partis terminatione distincta

et firma pace conposita imperiali auctoritate hoc promulgavimus. quod si quis hos terminos aliqua temeritate mutare presumeret regie censure subjaceret. Actum est autem anno dominice incarnationis milesimo tercio anno regni ejusdem imperatoris VIIII. II. Non. Mai. Feliciter. Amen. (L. S.)

Staatsarchiv Zürich. — (*Ueber diese angebliche Urkunde Herzog Rudolfs von Schwaben aus dem Jahre* 1063. *siehe oben Anmerkung nr.* 93.) — *Abgedruckt in: Hott. Spec. tig. pag.* 216. *Gerbert de Rudolpho Suevico pag.* 154. *Abschriften: Haer. LII. a. Doc. Abb. I.* 142. *Sch. C. D. nr.* 166 *a.*

44.

Verzeichniss von Hörigen zu Pfäffikon.

Ums Jahr 1100.

Isti sunt de curte fafinchova [1]) et de familia sancti martini confessoris [2]). Alpsint. et Hiltebirc. II. sorores fuerunt Adilcart et filius eius Adilkihs. Thetta et Liutkihs filius eius. fastrat. II. filie sue. Adilkart. et alpsint. Iterum Alpsint filia Hiltebirge. Kernu et filii eius. Adilpert et Folher et Rihfrit In illa potestate sunt sancti Galli conf. [3])

[1]) Pfäffikon, Kts. Zürich. [2]) Vermuthlich die Kirche zu Pfäffikon. [3]) Vermuthlich die Kirche im nahen Mönchaltorf, die nebst vielen Gütern daselbst dem Kloster St. Gallen gehörte.

Staatsarchiv Zürich. (*Pergament, ohne Siegel. Schrift des XI. oder XII. Jahrhunderts.*)

45.

Otto vom Neumarkte in Zürich schenkt ein Rebgut zu Zollikon den Heiligen Felix und Regula, welches er gegen einen jährlichen Zins auf Lebenszeit wieder erhält.

Zollikon, 5. October 1145.

Ego Otto turegensis ex nouo foro cognominatus vineam meam in loco Zollinchouen cum omnibus ad eam pertinentibus cultis sive incultis sanctis martiribus Felici et Regulæ sanus ac sana mente donavi pro redemptione parentum meorum pro salute anime mee et filiorum meorum in usum monialium deo et sanctis ejus famulantium. Idque actum est in eodem loco Zollinchouen presente domina Abbatissa Mathildi et sororibus eius. Donatum autem predictum predium publice et libere sine

contradictione omnium. Rursum suscepi a predicta domina Abbatissa Mathildi pro debito tributi per singulos annos a me persolvendi in festo sanctorum martirum Felicis et Regulæ duos scilicet denarios a me ut dixi tribuendos usque in finem vite mee. Post mortem vero meam ex integro cum toto usu in proprium famulatum congregationis usque in seculi finem habiturum restituetur. In eadem donatione aderant presentes Heinricus prepositus Trutmannus pr. Gerlo pr. Wecel pr. Vdalricus longus Arnolfus de Hottingen Eberhardus de Rumelant Heinricus de Mura Conradus et frater ejus Heinricus de Stadelhouen Rudolfus de nouo foro. de Zollinchouen Beringe et filii ejus Volmarus. Theodricus et filii ejus Rudolfus de Huningen [1]) Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo quadragesimo quinto III. Nonas Octobris Regnante Chounrado rege. Rectoribus Alamannie et Burgundie duci Chounrado de Zaringen et Advocato prefecto Wernhero de Baden. Peracta est hec donatio feliciter in Christo Amen.

[1]) Hüningen, eine noch heute so genannte Gegend in der Gemeinde Zollikon.

Haer. Fol. XIX a. *Abgedruckt: Hott. specul. tig. pag.* 232. *Abschriften: Doc. Abb. I.* 166. *Sch. C. D. nr.* 300.

46.

Graf Werner von Baden verspricht für ein von der Abtei ihm und seinen allfälligen Nachkommen zu Lehen überlassenes Gut auf dem Berge Albis einen jährlichen Zins von 10 Schilling Zürch. Münz und einem Hirschfell.

Pfalz in **Zürich, 30. Mai 1153.**

In nomine sancte et individue trinitatis. notum sit omnibus Christi fidelibus. tam futuris quam presentibus. qualiter ego wernherus comes de Baden. aput. M. abbatissam cenobii sanctorum martyrum felicis et regule. honestis precibus impetravi. ut quoddam predium in monte qui vulgo albis dicitur situm. a prefato cenobio iuste et legaliter eo die inter cetera predia possessum. antea quidem incultum. excolerem. et humanis usibus aptum redderem. et quasi nemorosum et silvestre ratione novalium in agriculturam converterem. Hoc pacto inmutabiliter interposito. ut decem solidos turegensis monete et pellem cervinam loco census pro perceptis inde fructibus abbatisse annuatim persolverem. Hoc autem precipue feci sperans in remissionem peccatorum meorum et ad salutem anime mee profuturum. si hoc faciens. conditionem prefati monasterii meliorem redderem. Nihilominus mea auctoritate constituens. ne quisquam fratrum meorum. vel quilibet propinquorum mei sanguinis iam natus vel adhuc nasciturus. post obitum meum aliquod ius successionis pretendens. predicto feodo meo aliquo ingenio quasi meo nomine manum imponere presumat; sed post obitum meum cum omnibus que ibidem reperta fuerint. in animalibus. in edificiis. vel in quacumque suppellectile. cum omni iure. quo a me vivo possessa fuerint. libere et absque contradictione. ad ius et dominium prenominati monasterii pertineant. nisi forte ex legitima coniuge liberos gignere me contigerit. Et

ut nostra constitutio futuris temporibus firme auctoritatis robur obtineat. hanc cautionem anuli nostri impressione signavimus. Ego vero wernherus vice notarii recognovi factam. anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo tercio. anno indictionis primo. tercio kalendarum iunii. feria septima. regnante serenissimo rege friderico. secundo anno regni ipsius. prescripto comite wernhero legittimo existente advocato. testibus subscriptis presentibus. Chuonone fratre comitis. Adelberto filio comitis W. de habespurch. Walthero de rotunburch. Walthero de heschibach. ministerialibus vero eiusdem comitis W. de baden. Henrico Arnestowo. Harthmanno de beinwilare. Turegensium vero burgensibus his scilicet. Henrico tribuno. Ruodolfo monetario. Ruodolfo telonæario. Pourchardo nigro. Ruodolfo placino. Ruodolfo decimario. Adelberone wallo. Purchardo albo. Oudalrico chasto. Ottone. Oudalrico. Purchardo schiphilinis. Ruodolfo de novo foro. et W. fratre eius. Henrico de stadelhoven. Heberhardo de rumelanch. Heberhardo de mure. Oudelrico tutche. Oudalrico filio orthliebi. Actum est autem turegi in loco imperialis palatii. FELICITER. AMEN. (L. S.)

Staatsarchiv Zürich. — *Abgedruckt: Hott. Spec. tig. pag.* 233. *Tables généalog. des maisons d'Autriche et de Lorraine. Paris* 1770. – *Abschriften: Haer. LIV. Doct. Abb. I.* 170. *Sch. C. D. nr.* 320.

47.

Zweite Weihung der Abteikirche.

10. September 1170.

Ein brief und copy wenn das gotzhuss zuo frowenmünster gewicht worden und was heyltumbs in demm fron altar sig.[1])

In honorem domini nostri Jesu Christi. Anno dominice incarnationis. M.C.LXX.(VIII.)[2]) Regnante Friderico romanorum imperatore potentissimo. Dedicatum est hoc monasterium. ab Ottone constantiensi venerabili pontifice. In honore sanctorum martyrum Felicis et Regule. et sancte dei genitricis Marie. et in honore sanctorum omnium quorum reliquie in presenti altari sunt recondite quarum nomina hic cernuntur signata. De communione corporis domini. quam ipse discipulis suis distribuit. De sanguine domini et de aqua que de latere eius fluxerunt. De vestimentis domini. De sepulchro domini. De monte a quo dominus ascendit in celum. De lacte sancte Marie. Preterea de reliquiis sanctorum apostolorum. Petri. Pauli. et sancti Andree. et sancti Bartholomei. et sancti Mathei. et sancti Mathie. et Philippi et Jacobi. De reliquiis vero sanctorum martyrum. reliquie Sancti Stephani protomartyris et sancti Laurentii. et sancti Ciriaci. et sancti sebastiani. De reliquiis vero sanctorum confessorum reliquie Sancti Martini. Sancti Oudalrici. Sancti Nicolai. Sancti Galli. Sancti Columbani. De virginibus vero reliquie Sancte Margarete. et Sancte Verene virg.

Sancte Agnetis. v. Sancte Agathe. v. hec et alie sanctorum reliquie quorum nomina longum est enumerare. in præsenti altari sunt sigillate. Actum est autem hoc. IIII. Id. Sep.

[1]) Die äussere *deutsche* Aufschrift der Urkunde von einer Hand des XV., die Urkunde selbst von einer Hand des XII. Jahrhunderts. [2]) Das: VIII. ist ausgelöscht.

Staatsarchiv Zürich. (*Pergament ohne Siegel.*) — *Abgedruckt*: *Hott. Spec. tig. pag.* 579. — *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 174. *Sch. C. D. nr.* 350.

48.

Herzog Berchtold IV. von Zähringen gesteht dem Propst und dem Capitel der Chorherren in Zürich das vorher von ihm bestrittene Recht zu, einen Leutpriester zu wählen.

St. Nicolaus Capelle in der Abtei **Zürich, 2. Juli 1177.**

Notum fieri volumus. tam futuris quam presentibus. qualiter ego Berchtoldus dux. et rector burgundie. rogatu fidelium et ministerialium meorum et peticione Wernheri turegensis prepositi. et omnium confratrum suorum. necnon civium turegensium. controversiam de plebatu ecclesie turegensis inter nos habitam. ne periculum anime mee incurrerem. dimisi. Quod enim in ecclesia ista plebanum dederam. secundum rationem et iusticiam me fecisse putabam. Sed divina clementia et consilio illustrium virorum. tam clericorum. quam laicorum. et propria mea conscientia dictante. a meo facto discessi. et ut liberam habeant potestatem eligendi plebanum. absque nostra et omnium successorum nostrorum contradictione concessi. et scripto meo confirmavi. Huius confirmationis testes sunt Wernherus turegensis prepositus. et omnes confratres sui. Arnoldus plebanus sancti Petri. Ruodolphus plebanus abbatie. Comes Henricus de chussachberch. Cuonradus de chrenchingen. Luotoldus de regensberch. Adelbertus de balbo. Berchtoldus de almuot. Ruodolfus de rapprechswilare. et frater ejus. Waltherus de Eschibach. Wernherus de rochenbach. Gotefridus de Stoufen. Berngerus de turbatun. Burchardus albus minister. Ulricus villicus. Rudolfus madalla. Hugo molèndinarius. Chuonradus flos. Ruodolfus filius dietelonis. Ruodolfus marcius. Fridericus et frater eius. Fridericus schecho. Ruodolfus filius martini. Hec autem facta sunt anno ab incarnatione domini. M.C.LXXVII. Indictione. X. VI. non. Julii. in capella sancti Nicolai. sita iuxta monasterium dominarum. Regnante Friderico imperatore. presidente Berchtoldo electo sedi constanciensi. Ut autem verum esse credatur. et ab omnibus successoribus nostris inviolabiliter observetur; hanc cartam nostri sigilli impressione corroboratam insigniri iussimus. (L. S.)

Stiftsarchiv Zürich. *Abgedruckt*: *Hott. H. E. VIII.* 58. *Schöpflin Alsat. dipl. I.* 264. — *Abschrift*: *Sch. C. D. nr.* 357.

49.

Herzog Berchtold V. von Zähringen, Kastvogt zu Zürich, anerkennt das Recht des Propstes und der Chorherrn daselbst zur Wahl und Investitur eines Leutpriesters, welchem gewisse Einkünfte und zwei Hülfspriester gegeben werden.

Zürich, 29. August 1187.

In nomine sancte et individue trinitatis. ego. Berhctoldus de zaringen dux et rector Burgundie. dei et inperiali gratia turegici loci legittimus advocatus. quod kastfoget dicitur. venerabili. Walthero predicti loci preposito. sanctisque confratribus eius in perpetuum. Inchoata feliciter. et pro salute multorum beato fine consummata negocia. contestata privilegio digne solidantur. ne vel oblivione diffugiant. aut pervicaci fraudulentia perturbentur. Intimamus igitur universis sancte ecclesie fidelibus. qualiter parrochia turicensis prepositure. a primitiva sue fundacionis origine. ipsorum canonicorum providentia curabatur. ita videlicet. ut ipsius ecclesie sacerdotes canonici. competenti famulatu populo deservirent. subditisque tocius parrochie filiis pastorali cura in cunctis ecclesiasticis precaverent. Labente vero dierum curriculo parrochiales sibi specialem plebanum prefici petebant. et ut prefecti pastoris unius presidio tuerentur. frequentius exigebant. Quorum clamor sedulus dum accurate insisteret. omnes una cum suo prelato canonici. mediante suo episcopo. nobis etiam imperiali auctoritate consensum in id ipsum prestantibus. unum de se canonicum in plebanum elegerunt et de cetero nullum umquam nisi canonicum huius prelacionis titulum posse suscipere decreverunt. et quia dictum est ut altari serviens. de altari vivat. eidem instituto pastori. laborum emolumentum. de communibus ecclesie bonis. prout hic inscriptum discernitur distinxerunt. videlicet dotes omnium capellarum. decimaciones tocius ville Witalinchon. medietatem oblacionum et aliarum elemosinarum. que in finali articulo a Christianis pro salute anime conferuntur. Ipsi quoque plebano secundum placitum canonicorum electo. et a preposito post liberam electionem investito. binos sacerdotes secum iugiter habentes iniunxerunt. indictum sibi honus officiosa diligentia supportantes. His ita feliciter perpetratis. sepedicti canonici a nobis expetebant. ut predicta queque nostra pagina muniremus. libertatemque eligendi et investiendi plebanum. ipsis in sua ecclesia nostro privilegio ratam ac solidam redderemus. Quorum faustis precibus indulgentes. electionem eis liberam. et prelato expeditum ius investiendi. auctoritate presentis pagine confirmamus. et ne quis de successoribus nostris contra predicta quicquam contradictionis obiicere moliatur. sub prerogativa imperii. qua in hac advocacia fungimur inhibemus. Ut autem supradicta omnia sempiterna firmitate fulta permaneant. consentimus hec eadem. atque voluntario nutu permittimus. tam imperiali quam apostolico testamento roborari.

Actum feliciter sub his testibus. quorum nomina subnotamus. Waltherus videlicet prepositus et omnes confratres sui. Chonradus monasterii plebanus et omnes abbacie canonici. Lutoldus de regensperch. Rodolfus de raprehswilare. Chunradus de krenchingen. Waltherus de eschibach. Chunradus de wartenberch. Tietericus de rotenleim. Waltherus de tegerfelt. Radolfus madalla. Rudolfus filius tietelonis. Hugo molendinarius. Fridericus de ponte. Udelricus villicus. Chunradus de stadel-

hoven. Chonradus flos. Fridericus de domo. presente quoque alia copiosa turba populi turegensis. ac plerisque conprovincialibus. Anno ab incarnatione domini M.C.LXXX.VII. Indictione V. Epacta. VIIII. Concurrente III. Presidente christianissimo papa Urbano. Imperante gloriosissimo romanorum imperatore Friderico. Episcopo Hermanno constanciensem dyocesim gubernante.

Datum est autem IIII. kal. Sep.

Stiftsarchiv Zürich. (*Das Reitersiegel des Herzogs hängt.*) – *Abgedruckt: Tschudi Chron. I.* 92. *Hott. H. E. VIII.* 60. *Schöpflin Alsatia diplom. I.* 285. — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 366.

50.

Vergleich über die Grenzen zwischen Uri und Glarus.

Glarus, 30. August 1196.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris. qualiter Uranienses et Claronenses deo annuente reconciliati sunt, Sub hac scilicet forma. Est Rivus nomine Ursinbach qui oritur in scopulo qui dicitur Munprecha. et dirigitur in quoddam flumen nomine Ferscha. Inde protenditur divisio in directum usque ad rupem que vocatur Oufrutta. Inde vero porrigitur ad montem qui vocatur turris. Ab illo loco in rivum qui dicitur Uisinbach. Inde ad locum qui vocatur Campurecga. usque in Montem nomine Walaecga. Inde in Montem nomine Horgensatel. Et ne circumiacentium proviciarum plebi tradatur oblivione. et ne commutari possit. sigillo Ottonis comitis palatini Burgundie presens charta impressa est. et eius consensu. quia ipse est advocatus Claronensis Actum anno dominice Incarnationis. M.C.XCVI. Datum aput ClaRoNaM. III. Kal. SeptembRiS.

Kopp. Eidg. Bünde. II. (Beil. 3.) pag. 714. (*Aus dem Archiv Uri.*) — *Abgedruckt: Tschudi Chron. I. pag.* 97. *b. Schmid Gesch. von Uri I.* 211. *Herrgott Gen. Habsb. II.* 205. (*CCLIV.*) — *Ueber die hier bezeichneten Grenzpunkte und das spätere Vorkommen ihrer Namen in den Jahren* 1435. 1483. 1734. *s. Blumer: Das Thal Glarus etc. im Archiv für Schweiz. Gesch.* (*Zürich.* 1844.) *Bd. III. pag.* 11.

51.

Herzog Berchtold V. von Zähringen bestätigt die Privilegien und Rechte der Abtei.

Schloss Burgdorf, 27. März 1210.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Bertholdus dux zaringie. dei et imperatorum ac regum dono iudex constitutus et advocatus qui vulgo kastvoget dicitur. id est in omne turegum imperialem iuriditionem tenens. turicensi abbatie in perpetuum. Cum ex conditione mortalium rerum etas

omnium defectum inducat. ita ut clarissimorum tam nomina quam gesta pro fluxu temporum plerumque contingat abrogari. visum est temporibus nostris expedire. ut primi fundatoris predicte abbatie. scilicet domni lodewici regis acta pro firmitate et incremento ipsius abbatie nos etiam nostro rescripto feliciter innovemus. Que ergo anulo regali et publico sigillo signata ex antiquis privilegiis prefati domni regis et exposita sincere ac diligenter intelleximus. ipsa hec eadem nihil prorsus addentes. nec aliquid inde minuentes. eodem tenore ipsi abbatie sanctorum martirum F. et R. hac presenti pagina roboramus. Imperiali ergo auctoritate qua super universum turegum nos aliique nostre prosapie decessores dei regumque ac imperatorum dono prediti sumus. hoc sancimus et decernimus. ut predicte abbatie nostre terra que vocatur salica ad quamcumque curtem monasterii pertinens bis in anno vacet. in kal. mai. et in festo Michaelis archangeli. omnes decime monasterii vacent. II. idus novenbris. preter eas que sunt in urania. hec namque bis in anno vacare debent. in kal. aprilis. et in kal. iulii. piscature vero in festo andree cum suis pertinentiis. mole quoque cum appendiciis suis. IIII. nonas ianuarii. custodie nemorum cum universis attributis suis. XV. kal. aprilis. taberne cuiuslibet curtis in festo baptiste. teloneum salis. et cura pastoralis in vigilia nativitatis domini. et hec nulla umquam contradictio valeat impedire. Inhibemus quoque sicut et ab ipso primo fundatore inhibitum reperimus. ut nihil de his que pertinent ad predictum monasterium nostrum ulli umquam liceat aut alienare. aut in deterius permutare. Ceterum si contra hanc prohibitionem sive utilitatis sive necessitatis causa fortasse aliquid contingat fieri. sano fiat consilio. et ab honestis personis prestito iuramento. quod expediat. et ne factum in posterum irritetur. in scripto redactum tam sigillo sanctorum martirum. F. et R. quam et publici iudicis roboretur. Ut autem hec confirmatio nostra firma semper maneat. prout de supradictis omnibus coram nobis a ministerialibus abbatie sententialiter pronuntiatum fuit. hanc descriptionis nostre paginam sigilli nostri munimine stabilimus. Actum in burgundia in castello burgdorf. anno ab incarnatione domini. M.CC.X. Indict. XIII. anno domini ottonis imperatoris primo. VI. Kal. april. in dei nomine feliciter. AMEN.

Staatsarchiv Zürich. (*Der Rest eines Reitersiegels des Herzogs hängt.*) — *Abgedruckt*: *Hott. Spec. tig. pag.* 237. *Schöpflin Hist. Zar. Bad. V.* 135. *Schw. Museum für hist. Wiss. I.* 202. *Hisely Waldstetten. pag.* 131. *Abschriften*: *Haer. XLIX. a. Doc. Abb. I.* 178. *Sch. C. D. nr.* 390.

52.

Uebersetzung des Stiftungsbriefs der Abtei mit Zusätzen aus der vorhergehenden Urkunde.

Verfertigt im XV. Jahrhuudert.

Dis ist ein abgeschrifft von latin zu Tüsch gemacht als Küng Ludwig das Dorf Zürich vnd das Dörflin vre vnd den forst vff Alwis den Sälklichen martern zu vnserm gotzhuss zu eigen geben hät.

In namen der heilgen vnzerdrenten driualtikeit Wir Ludwig von gnade göttlicher verhengnüsse Küng Ob wir von irdenscher ding wegen die vns von göttlicher miltikeit zugewachsen sind an

heilge stette durch göttliche liebe Küngliche sitten zimlich zu ervollen etwas geben süllen wir geloubend das vns sölichs zu lon ewiger begabung die zu widerwegen offenlich künftig wirdet Darvmb sol innig sin allen der helgen cristenheit gelöbigen vnsern getrüwen ietz gegenwürtigen vnd künftigen fürsichtikeit wie wir von des aller durlüchtigosten Keiser Karolus vnsers vnd des aller willigosten Ludwigs merers des richs vnsers herren vnd vatters vnd ouch vmb vnser selbs ewigen begabung Sunder vmb vnsers gemachels vnd vnser aller liebsten kinden ewigen lones willen vnser hoffstat Zürich in dem tütschen Herzogthuom vnd das dorff Zürich mit aller belägnüss vnd ir zusächung in mengerley brüche das dörflin ze vre mit kilchen herschaften vnd andern iren büwen mit eigen lüben wiben mannen die ir alter hand mit erdtrich gebüwen vnd vngebuwen mit welden wisen weiten wasser wasserungen Biligunge mit weg ald Steg vssgang vnd widergang jetz funden vnd was ze finden ist allen zinsen vnd mengerley zugehörden dar zu ouch vnsern forst genant das alwis vnd was darin begriffen ist mit holtz veld besitzung vnd eigenschafft vnd was zu vnserm bruch zu disen ziten gehörren mag alles vnd gantz geben wir zu vnserm münster das da gelegen ist in der selben gassen zu Zürich da sant Felix vnd sant Regula gottes martrer liplich ruwend sind das alles vns mit ordenung sölichem bescheidenlichen willen hät zu volbringen das hinfür vnd harnach da sicher alle zit andechtig frowen in geistlicher Regel da wesenlich leben vnd wandel ald haltung münsterlich vnd in münchlich übung uff gesätzt da gehalten werd vnd dester gerner von der statt uffunge wegen so von vns den egenanten martrer gegeben ist Gottes dienst da selbs für genomen vnd durch vns ouch vnser guttätter vnd vnser allen lones merung willen vnsers herren barmhertzikeit endtlicher werd angeruofft Wir wellend och das vnser getrüwen günstlikeit vnd vätterlich miltikeit also ermanot bekenne das wir das obgenant vnser münster gantz mit vnser gabe vnsern aller liepsten töchtern Hiltgarten vnd Berchten zu eigenschafte verlichen habend das sy als vil vnd sy von gottes verhengnüsse vermügen ir vndertan in dem selben Münster die wil sy da gotte dienent vnd die selben ir gelider ir meisterschaffte vndertänig sind mit vndertäniger ir regel behaltung vnd münsterlicher vff satzung sträffe vnd sy lere ouch die wonung die inen selb gegeben sind als vil vnd ir mügen ertragen mag mit nütz vnd straffung die ze vffen bewise vnd sträffe. Ze letste mit heissen gebietten wir das dhein offen richter noch graffe noch enhein vswendig des rechten gewalt an den vorbenempten stetten noch an allen den dingen so har zu gehörrend ald an die stett sechende sind noch lüt sy sigind fryg ald eigen die da selbs wonend sind mit zwingen sy bekümbren, mit bürgschafft ze nemen ald widerkerung ze tund oder frechte ald dhein bannung ze vordern noch inen hin für niemer zu dheinen ziten für nemen ze tund denn das allü disi ding hin für in täglichen ziten in vnserm schirm vnd herkomner bedekunge mit den vögten so da selbs hin gesetzt sind, Darzu mit ordnung heissen wir vnd wellen das das ertrich das da zu Tüsch Seland genemt ist gehör zu welher hoffstat vnsers gotzhuss es welle zwürent in dem jare das ist am ersten tag meyens vnd vff sunt Michels des ertzengels alle widerrede hingetan ledig wesen sol, och setzen wir das alle zechenden vnsers gotzhuses ledig sigind am zwölften tag des dritten herbsts manends an die ze Vre gelegen sind die zwürend im jar ledig werdent das ist am ersten tag der manenden Abrellens vnd höwmaneds, vnd die fischentz vff sant andres tag aber die Mülinen am andren tag des manods Genners, Hüter des forstes am sibenzechenden tag des Abrellens, Zol des salzes am winacht abend Och ver-

biettend wir by Küngklicher macht das enheinem erlopt sige nütz von disen dingen so zu dem genanten vnserm gotzhuss gehörrend ze entfrömden da von ald in arges ze wandlen Har vmb ob wider diss vnser verbieten es sig von nützlicher ald notdurftiger sach wegen etwas geschicht das sol geschechen mit gutem rat vnd durch erber personen by geschwornen eiden als sich das erhoischt vnd das dis hie ingeschriben sach har nach nüt verendret werd sol dieser brieff gevestnot werden mit insiglen der heiligen martrer vnd eins offnen richters vnd vmb das diser gewalt vnser begabung vnd bestätnüss väst gehalten vnd in künftigen ziten von allen geloibigen der helgen gottes Kilchen ouch von vnsern getrüwen gegenwärtigen und künftigen gewar gefäst vnd endlicher gehalten werde haben wir sy mit vnser hand vnderschriben und bestätt vnd mit vnsers vingerlis indrukung inen heissen geben dis ist beschechen by vnsern ziten in dem jare von Cristi geburt sechshundert jar vnd dar nach in dem vierzechenden.

Haer. LXVII b.

53.

Das erzbischöfliche Gericht zu Mainz erkennt der Aebtissin das ihr von Graf Ulrich von Kiburg bestrittene (alternirende) Praesentationsrecht in Rümlang zu und ertheilt dem von ihr präsentirten Clericus Heinricus den Besitz.

Mainz (St. Martinsstift) 10. Juli 1210.

In nomine domini. Judices sancte moguntine sedis quum in causa que vertebatur inter abbatissam de zurero ex parte una et Ulricum comitem de quiburg et Rudolfum nobilem de raprehctes-wilere feodetario ejus ex altera super patronatu ecclesie in Rumelanc et jure presentandi alternatim judices quos ejusdem cause et utriusque partis. allegationum auditores et attestacionum receptores diffinitoria nobis reservanda constituimus partes cum attestationibus et allegationibus quibus pars utraque coram eisdem renuntiavit. ad nos remiserunt. et quia procurator predictorum videlicet comitis et R. nobilis suas nobis attestationes quas se ab auditoribus coram nobis recepisse fatebatur noluit presentare et ne alterius partis attestationes nobis presentatas aperientur appellavit, appellationi non deferentes dicte abbatisse jus presentandi alternatim in ecclesia supradicta sic [1]) per privilegium et per testes probatum est per sententiam adjudicamus et clerico henrico presentium latori quem ipsa abbatissa ad ecclesiam eandem presentavit possessionem eiusdem adjudicamus. Auctoritate sedis moguntine sub excommunicatione precipientes ne aliquis hominum contra justitiam in sua possessione vel jure vel abbatissam vel clericum presentatum molestare presumat. Actum est anno domini MCC. decimo. tercio decimo anno pontificatus domini innocentii pape tercii presidente sancte sedi moguntine domino Sigfrido venerabili archiepiscopo et est factum in claustro sancti martini proxima sexta feria post festum Killiani.

[1]) Wohl: sicut.

Stadtarchiv Zürich. (*Ein Siegel mit der Umschrift: »Sigillum d..... udicum Moguntine Eccl'e.« hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 196.

54.

Das erzbischöfliche Gericht zu Mainz erkennt der Aebtissinn das ihr von Graf Ulrich von Kiburg bestrittene (alternirende) Präsentationsrecht in Rümlang zu, ertheilt dem von ihr präsentirten Clericus Heinricus den Besitz der Pfarrei und befiehlt dem Abt von Capell und dem Probst in Zürich, denselben einzusetzen.

(Mainz, 10. Juli 1210?)

Judices sancte Moguntine sedis dilectis in Christo Abbati in Capella ordinis cisterciensiset preposito in Zurego [1]) salutem et dilectionem in domino. Cum causa que inter abbatissam de Zurego ex parte una et Ulricum comitem et nobilem Rudolfum de Raprehteswilare ex altera (vertebatur) [2]) super patronatu ecclesie in Rumelanc et jure alternatim presentandi ad sedem Moguntinam esset per appellacionem translata, partibus in presencia nostra per procuratores constitutis, allegatis hinc inde aliquibus ut nudo exquireretur de veritate (Abbati de Salem et preposito in Scussenreit) cognicionem cause et allegacionum audicionem cum attestacionum receptione commisimus. Qui diligenter hec omnia peragentes allegaciones cum attestacionibus et partes diffinitivam nobis reservantes sicut eisdem mandaveramus nobis remiserunt. Qui dum comparauerunt clericus procurator abbatisse suas allegaciones cum attestacionibus clausis nobis presentavit, pars altera suas nobis eas petentibus eas supprimendo noluit presentare et ne alterius partis presentatas aperiremus appellavit, dicens super possessione se non esse auditam. In litteris vero auditorum receperamus quod cum partes judicio eorum se exhiberent comes dictus proprietarius presente feodetario ecclesie supradicte sibi item assumpsit de patronatu, feodetario consentiente et non contradicente. adjectum quoque erat in litteris eisdem quod post multas allegaciones est ex utraque parte eis renunciatum et accessum ad testium similiter produxiones quibusque ex utraque parte productis testium similiter produxioni hinc inde renunciarunt. Unde hiis intellectis per litteras sicut diximus auditorum appellacioni non detulimus verumtamen ut preporere [3]) non videremur procedere secundo ab auditoribus, super renunciacione allegacionum et attestationum informari cupivimus. Qui suis litteris nobis remissis pleniter nos instruentes dixerunt de predictis idem quod superius, scilicet quod allegacionibus et attestationibus partibus presentibus foedetario non contradicente utrimque fuerit renunciatum et pars utraque ipsas scriptas ab eis recepissent. Cum ergo easdem nobis sub sigillis clausas transmissas perspicaciter examinassemus, quia pars altera in causa diffidens suas nobis non presentavit, et cum invenissemus abbatissam in ecclesia predicta sicut per privilegium et per testes fuerat sufficienter probatum. jus habere presentandi alternatim. diffinitivam dantes sententiam ipsum jus ei adjudicavimus et clerico suo Heinrico latori presentium, quem ipsa ad eandem ecclesiam presentat, possessionem simili modo adjudicavimus. Vobis autoritate sedis Moguntine mandantes firmiter, quatenus ipsum clericum in corporalem ecclesie ejusdem ducatis possessionem, contradicentes autem qui comparue-

runt et injuste gravantes per ecclesiasticam sensuram predicta auctoritate compescatis ipsum quoque in possessionem missum usquaque [4]) defendatis.

[1]) Probst zu Zürich war: Rudolph von Hottingen. [2]) Die eingeklammerten Stellen sind in der Urkunde von der Hand des Schreibers zwischen den einzelnen Zeilen nachträglich eingesetzt. [3]) Statt: prepropere. [4]) Statt: usquequaque.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel von nr.* 53. *hängt, zerbrochen.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 200. (*Dort irrig anno* 1213 *datirt.*)

55.

Spruch der vom erzbischöflichen Stuhle zu Mainz delegirten Richter betreffend die zwischen der Abtei und dem Meier zu Horgen streitigen Rechte an der curtis daselbst nebst Zubehör und Zehnten.

Zürich, 20. Juli 1210.

In nomine domini B.[1]) heremitarum et H.[2]) rinaugensis abbates moguntine sedis delegati judices. Presidentibus nobis ad diffinitionem litis que vertebatur inter monasterium turicense et H. villicum de horgen cum filiis suis super curte in horgen cum appendiciis suis et decimis et novalibus ad eandem curtim pertinentibus: abbatissa cum collegio suo proposuit ex antiquo privilegio domini Lodoici regis primi fundatoris monasterii sui quod in nostra presentia legebatur constitutum et roboratum fuisse. et insuper legitimis judiciis tum coram se de communi sententia familie monasterii sui tum coram domino duce generali ministerialium et sententiali assertione munitum omnes curtes claustri cum suis appendiciis et decimas annuatim omni contradictione postposita vacare debere. De novalibus vero allegabat quod ipse villicus coram se in judicio confessus est ipsa novalia ad predictum monasterium prorsus pertinere et se semper preter justitiam tenuisse. Supradictus autem villicus et filii sui cum abbatissa privilegiis et testibus proposita in promtu probandi facultatem haberet dicebat quod super justitia privilegiorum et sententiarum domine sue nequaquam adversari posset. magis autem per voluntatem domine sue ac totius conventus ea de quibus abbatissa proposuerat precarie intenderet obtinere. Nos autem auditis hinc inde utrorumque propositionibus auctoritate nobis delegata pacem et quietam possessionem in omnibus supradictis sepe dicto monasterio sub excommunicationis interminationi pronunciamus firmiter inculcantes ut quecunque persona eidem monasterio super his aliquid infestationis intulerit excommunicata in omnibus evitetur divinis. Actum in eodem monasterio XIII Kal. augusti. anno ab incarnatione domini MCCX. Indictione XIII. anno XIII pontificatus domini Innocentii pape III. presidente sigefrido moguntine sedis archiepiscopo.

[1]) Berchthold von Waldsee. [2]) Heinrich von Wartenburg.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel beider Aebte hängen.*) — *Abgedruckt: Hott. Spec. tig. pag.* 239. — *Abschriften: Haer. Fol. XVI. a. Doc. Abb. I.* 184. *Sch. C. D. nr.* 391.

56.

Vergleich zwischen der Aebtissinn A. und dem Vogt Rudolf von Rapperswil als Vasallen des Grafen Ulrich von Kiburg betreffend den Patronat zu Rümlang und die Zehnten zu Seebach, Rechenholz und Binz.

Jahr 1212.

Ne contra res judicatas aut amicabili transactione definitas lis denuo suscitetur, expedit eas scripti memoria recipere firmitatem. Noscant igitur et presentes et posteri quod cum discordia verteretur inter R. advocatum de Rapreswilare et Comitem V. de chiburg ex una parte et dominam Abbatissam A.[1] Turicens. ex altera parte patronatus in ecclesia de Rumilang et super decimis in Sebach et Rechenholz et binza[2] et dominus A.[3] Curiensis Episcopus et dominus Abbas de Winegarten[4] nec non magister M. scolasticus Argentin. Apostolice sedis iudices super jam dicta causa delegati citatis ante memoratis partibus parati essent mandatum exequi apostolicum talis intercessit transactio et de partium supradictarum assensu et delegatorum judicum auctoritate quod H. clericus qui de manu domine Abbatisse memorate quantum ad jus fundi ecclesiam de Rumilang receperat juri suo in manu delegatorum renunciavit et insuper dominus prepositus R.[5] Turicen. qui procurabat causam Abbatisse et sigillum ejus pro rati habitione iudicibus ostendit ex parte et nomine ipsius Abbatisse ius patronatus in manu iudicum delegatorum renunciavit. et ipi iudices assignaverunt et tradiderunt dictum jus patronatus advocato de Rapreswilare perpetuo sub nomine pheudi a Comite illo de chiburg et suis successoribus tenendum et possidendum sibi et suis heredibus. E converso tam dominus Comes quam etiam advocatus memoratus et fratres sui H. et V. renunciaverunt decimis in supra dictis locis denominatis scil. in Sebach et Rechenholz et binza in manu iudicum delegatorum similiter et omni iuri quod habere videbantur in ipsis decimis. et ipsi judices auctoritate qua fungebantur assignaverunt et presentialiter tradiderunt illas decimas preposito procuratori domine abbatisse vice et nomine eius ut ipsa et eius monasterium decimas ipsas debeant perpetuo absque alicuius hominis contradictione quiete possidere. Ita tamen quod H. clericus cui Abbatissa prius nomine patronatus ecclesiam supradictam contulerat in reconpensatione laboris quam pro causa controversie supradicte sustinuit quiete ad tempora vite sue decimas easdem possideat. quo decedente ad monasterium Turicense revertantur. Hec autem acta sunt in presencia et sub testimonio. Sancti Galli Constanc. diocesis et Fabarien. Abbatum[6] et prepositi W. majoris ecclesie Constanc. ac prepositi V.[7] majoris Cur. ecclesie. et aliorum multorum tam clericorum quam laicorum. Anno Incarnationis domini MCCXII. Indic. XV. Ad cuius rei certitudinem posteris ostendendam iudices delegati scriptum hoc suis sigillis roboraverunt.

[1]) Der Name ist unbekannt. (*Zapf* Monum. anecd. pag. 111. setzt irrig: »Adelheid von Murchart.«) [2]) Rekenholz in der Gemeinde Affoltern bei Höngg; Binz, eine Gegend in der Gemeinde Seebach, Kts. Zürich. [3]) Arnold II., Bischof zu Cur, aus dem Hause von Maetsch. [4]) Berchtold von Haimburg. [5]) Rudolf von Hottingen.

[6]) Abt zu St. Gallen: Ulrich von Hohensax; zu Pfävers: Conrad I., ein Mönch von Zwiefalten. [7]) Ulricus de Saches.

Stadtarchiv Zürich. (*Zwei Siegel hängen zerbrochen, das dritte fehlt.*) — *Abgedruckt: Zapf Monum. anecdota pag.* 111. — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 188.

57.

Besitzungen der Kirche Sanct Peter in Zürich. [1])

Jahr 1210—1218.

Ad curtem sancti petri pertinent VII schuopoze de singulis quarum dantur duo modii tritici. De octava VI quartalia tritici, ob hoc quod sila [2]) fluvius partem agri ad eam pertinentis destruxit. Nona similiter VI quartalia tritici quia de ea in adventu ducis culcite comportari debent et frondes arborum in festo palmarum. de decima vero que pertinebat quondam ad vineam in bildesbuhel propter excisionem ipsius vinee de agro simul et schuopoza V modii tritici. Idem de manso ad eandem curtem pertinente XX modii spelte et avene claustralis mensure et porcus V solidorum. De predio quod sorores berhta et gotesdiu contulerunt huic monasterio III modii tritici et V solidi. Item de decimis territoriorum in wiedenchoven [3]) XX solidi. De novalibus in engi [4]) superiori VI modii tritici. De molendino juxta sanctum stephanum [5]) XV m. t. et XXX solidi. De molendino juxta bildesbuhel IIII m. t. Item de manso in siggingen [6]) XXIIII solidi. Item de Zwillenchoven [7]) XV s. Item de territorio ivsule [8]) q. vini in festo johannis in natali. Item de singulis territoriis citra fluvium lindemacum [9]) sitis VI den. Item de hortis extra muros juxta lacum sitis VI den. Item ad eandem curtem pertinet convallis quedam nomine sweicstat cuius terminus est a vertice collis sibi contigui qui respicit versus leimbach [10]) et extenditur usque in medium proxime convallis qui respicit versus friesonburch [11]) versus castrum vero quod dicitur Uotelenburh [12]) porrigitur usque ad rupem que dicitur berndefluo [13]), super qua sarcophago sanctorum martyrum felicis et regule quondam deportato ab honestis viris juratum est, terminos ut predictum est extendi; et eundem locum usque adéo esse legitimum, quod si forte aqua torrentis deficeret animalia ibidem commorantia per medias etiam fruges nullo prohibente semel in die in buosenbach esse adaquanda, his etiam animalibus hiemandis deputate sunt decime feni de wiedinchoven, et bubus etiam si qui forte dati fuerint ad val donec ad curtem aliquam ubi necessarii fuerint destinentur. Item ad eandem curtem pertinet piscatura citerior in lindemaco que dicitur vach, nam ulterior pertinet ad curtem in stadelhoven. Item ad curtem sancti petri pertinent quaedam frutecta altlismatte dicta. Item de quodam prato XII denarii. De terra que dicitur sellant et de decimis certi redditus non dantur, quia illi singulis annis prout expedit variantur, excepto quod ipse cellerarius quotannis quartale vini reddit in festo johannis evangeliste ad claraetum. De singulis territoriis ut predictum est citra lindemacum sitis dantur VI denarii, exceptis his que pertinent ad dotem sancti petri vel ad justicium lantgravii. Item de horto post ecclesiam sancti

petri sito olera coquine sanctimonialium ministrantur. (Item de manso in slirren[14]) VII modii tritici et XV solidi. Item de manso birboumesdorf[15]) C librae sepi.)[16])

[1]) Das Document ist nicht überschrieben; dem Hauptinhalte nach haben wir obigen Titel vorgestzt. [2]) Die Sihl bei Zürich. [3]) Wiedikon bei Zürich s. Beil. nr. 18. [4]) Enge bei Zürich. [5]) Die ehemalige St. Stephanskirche bei Zürich, gegenüber St. Anna. [6]) Siggingen, Kts. Aargau. (?) [7]) Zwillikon, Kts. Zürich. [8]) Wahrscheinlich ein Eigenname. Ungewiss, ob: iusule oder „wsule" zu lesen ist. [9]) Die Limmat in Zürich. [10]) Leimbach, s. Beilage nr. 27. [11]) Friesenberg, am Fusse des Uetliberges. [12]) Die ehemalige „Uetelenburg" auf dem Gipfel desselben. [13]) Oder: „borndefluo". [14]) Schlieren, und [15]) Birmensdorf, Kts. Zürich. [16]) Die eingeklammerten Worte sind von kleinerer, neuerer Hand beigeschrieben.

Stadtarchiv Zürich. (*Pergament ohne Siegel. Schrift aus dem Anfang des XIII. Jahrhunderts.*)

58.

Rechte des Meiers und Müllers der Abtei in Stadelhofen sowie des Meiers in Mur.

Hec sunt jura molendinarii villici in stadelhofen.

Ipse accipit primo de quolibet subdito suo, si accipit uxorem, II ciphos vini alsaciensis. Item de omnibus capris suorum subditorum preter cellerarii, de qualibet accipit in festo michaelis 1. d. vel per tres ferias sextas infra festum beati Johannis et festum penthecostes, accipit lac illarum caprarum omnium preter hoc, si aliqua hedum intempestive protulit. Item si habet porcos hi debent sibi custodiri a certo pastore villanorum si quem certum habent villani, et villicus tenetur propter hoc pastori precium inde acquirere. Item hec spectant ad suam collationem Scopossas et areas. Et domina abbatissa debet conferre curtim, et mansos et piscinam et feudum nemorarium et scopossam pastoris et molendinum et tabernam. Hec omnia debet conferre cum consensu ipsius villici. Item molendinarius accipit de qualibet scopossa in festo steffani. X. den., VI den. de manso, V. den. de area, V den. de dimidia scopossa que dicitur tagelen, de curti 1 quart. vini.

Hec accipit villicus in mure I quart. vini de curti, et II M. spelte, I mod. tritici et II mod. avene.

Stiftsarchiv Zürich. *Fraumünster-Regesten.* (*Msc.* 18.) *Die Notiz reicht in den Anfang des XIII. Jahrhunderts hinauf.*

59.

König Friedrich der Zweite nimmt Kloster und Kirche zu Zürich in seinen Schutz, und erklärt, dass die Vogtei über dieselben fortan nur dem Reiche unmittelbar zustehen solle.

Breisach, 17. März 1218.

Fridericus Secundus Dei Gratia Romanorum Rex et semper Augustus et Rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus tam presentibus quam futuris. quod nos de solita gratia et consueta benignitatis nostre clementia. monasterium et ecclesiam in Turego. Constantiensis diocesis; sub no-

stra speciali protectione et defensione recepimus. tam clerum quam ceteros homines suos. necnon et omnes possessiones et iura ad easdem ecclesias pertinentia. confirmantes eisdem omnes bonos usus. et bonas consuetudines. quibus olim tempore predecessorum nostrorum Imperatorum et Regum uti consueverunt. Insuper etiam advocatiam tam monasterii quam ecclesie predicte ad manus nostras recepimus; ut nulli de cetero nisi nobis teneantur de advocatia respondere. decernentes ut bona sua nulla necessitate incunbente possint ab imperio ullo modo alienari. Mandamus igitur firmiter statuentes, ut nullus amodo prefata loca super predictis omnibus offendere vel molestare presumat. Ad cuius nostre protectionis et confirmationis memoriam ac inviolabile firmamentum. presens scriptum fieri fecimus. sigillo nostre celsitudinis roboratum. Datum apud Brisacum. Anno dominice incarnationis M.CC.XVIII. XVI. kal. Aprilis. Indictione VI.

Stiftsarchiv Zürich. *Abgedruckt: Tschudi Chron. I.* 116. *(Auszug.) Hott. H. E. VIII.* 1192. *Sch. et L. X. (Auszug.) Schöpflin. Alsat. diplom. I.* 313. *Hisely Les Waldstetten. pag.* 141. — *Abschriften: Doc. Abb. I. pag.* 204. *Sch. C. D. nr.* 405.

60.

Aebtissinn Gisela von Spiegelberg und Convent übertragen ein ihnen aufgegebenes Eigen Eberhard Mülners in Ebersol auf die Johanniter in Hohenrein unter Vorbehalt eines Wachszinses.

(Zürich?) Jahr 1220.

In nomine sancte et individue trinitatis. Sciant tam presentes quam futuri, quod fratres religiose domus in Hohenrein servientes hospitali transmarino sancti iohannis a ministeriali turicensis abbatie, Eberhardo videlicet cognomine molendinario, liberum et emune allodium in ebersolo [1] cum uniuersitate sua sicut ipse possedisse uisus est ex elemosinis fidelium emerunt, ut eadem domus in Hohenrein in eadem emunitate absque omni aduocatia et angaria libere illud possideat, et prefato hospitali transmarino in perpetuum inde seruiatur. Ipse namque Eberhardus sicut idem allodium liberum et emune libere matri sue succedens hereditauerat, ita illud sanctis martiribus Felici et Regule legitime tradidit, et abbatissa illius temporis Gisela de spiegelberc cum assensu totius sui conuentus et ministerialium prefate domui in Hohenrein de cetero in omne tempus illud habendum concessit, ita tamen ut inde libra cere annuatim in festo predictorum martirum abbatie persoluatur. Actum est anno uerbi incarnati M.CC.XX. Indictione VIII. [2] et pro ueritatis assertione, tam prepositure quam abbatie turicensis, hec pagina sigillis insignitur. Testes sunt, Gisela Abbatissa Turicensis cum omni conuentu et abbatie familia, Ruodolfus [3] prepositus et concanonici sui, Ministeriales uero Tres fratres cognomine flores, Tres fratres filii ortliebi, Chuonradus albis et frater eius, Heinricus tunc turicensium scultetus, Volricus taschelare, Heinricus Zacho, Johannes, Hugo de lunchunft, et alii plures quorum nomina subticemus.

[1]) E. Mülner, aus Zürich. Ebersol u. Hohenrein, Kts. Luzern. [2]) Vor dem 24. Septbr. 1220. [3]) R. von Hottingen.

Staatsarchiv Luzern. *(Das Siegel der Abtei zeigt die Köpfe der Heiligen, einander zugewendet, mit der Umschrift: S..... FELICIS ET REGVLE. Vergl. seine Benennung in B.* 51.) — *Abgedruckt: Geschichtsfreund der V Orte. III.* 221. *Kopp. Eidg. Bünde II. B.* 5. *pag.* 715.

61.

Heinrich (VII.), Herzog in Schwaben, erwählter römischer König, nimmt die Abtei Zürich in seinen Schutz, und bestätigt insbesondere der Aebtissin das Recht, ihre untern Angestellten, Koch, Bäcker u. dgl. frei zu wählen.

Jahr 1220 oder 1221.

H. DEI GRATIA SWEVORUM DUX IN ROMANORUM REGEM ELECTUS. ABBATIE TURICENSI. INPERPETUUM. Per presens scriptum notum facimus tam presentibus quam futuris. quod nos de solita gratia et consueta benignitatis nostre clementia abbatiam et ecclesiam in Turego constantiensis dioceseos. sub nostra protectione et defensione recepimus tam personas ibidem divino servitio mancipatas, quam ceteros homines suos. nec non et omnia bona. tam fixa quam mobilia, et iura ad eandem abbatiam pertinentia. confirmantes ipsis omnes bonas consuetudines quibus uti hactenus consueuerant. Specialiter autem decernimus ut cuilibet abbatisse predicti loci que pro tempore fuerit in minoribus officiis. coci. pistoris. videlicet et carpentarii. ac reliquis instituendo officiales et destituendo prout sibi et ecclesie expediat absque contradictione qualibet disponere liceat et ordinare. Mandamus igitur firmiter statuentes; ut nullus ammodo prefata loca super aliquo predictorum presumat offendere vel molestare. Si quis autem quod absit huius nostri edicti transgressor exstiterit; penam proscriptionis se noverit incursurum. Dat. [1])

[1]) Das Datum fehlt. Nach dem Titel, den sich der König hier gibt, fällt die Urkunde in das Jahr 1220 oder 1221 vor September). S. *Böhmer. Reg. Heinr. (VII.) no.* 9. (*Ausg. Stuttg.* 1847. *S.* 213).

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Königs hängt. Sch. et L. XI.*) — *Abgedruckt: Hott. Specul. tig. pag.* 235. — *Abschriften: Haer. LVI. a. Doc. Abb. I.* 150. *Sch. C. D.* 414. *b.*

62.

Heinrich (VII.), Herzog in Schwaben, erwählter römischer König, beauftragt Richter und Rath in Zürich, die Aebtissinn bei dem Rechte, ihre Köche, Bäcker, Zimmerleute u. s. f. zu ändern, zu schützen.

Jahr 1220 oder 1221.

H. dei gratia suevorum dux in romanum regem electus. dilectis fidelibus suis. judicibus et consiliariis in turego gratiam suam et omne bonum. Causa ventilata in presentia nostra de iure abbatisse in turego procuratores predicte abbatisse obtinuerunt in sententia. quod ipsa de iure debeat mutare cocos. pistores et carpentarios et omnes officiales suos. si ipsa eos non utiles esse cognove-

rit. Inde est quod nos mandamus vobis et per gratiam nostram precipimus. ut vos predicte abbatisse ius suum conservantes in his eam non permittatis ulterius molestari [1]).

[1]) Das Datum fehlt. S. darüber nr. 61.

Staatsarchiv Zürich. (*Des Königs Siegel hängt. Sch. et L. XI.*). — *Abgedruckt: Hott. Spec. tig. pag.* 236. — *Abschriften: Haer. LVI. a. Doc. Abb. I.* 154. *Sch. C. D. nr.* 414. *a.*

63.

Exemtion der Capelle St. Jakob an der Sihl bei Zürich von allen Rechten der Pfarrkirche zu St. Peter.

Jahr 1221.

»Im Jahr 1221 hat die Aebtissinn [1]) in Zürich mit des Leutpriesters bei St. Peter, Conradi, Willen und Conradi des Bischofs von Constanz Rath die Capell der Aussäzigen an dem Flusse Sihl gelegen mit Einwilligung ihres Capituls von allem Recht der Pfarrkirche St. Peter befreit und einen eigenen Priester zu derselben verordnet, welcher den Gottesdienst in der Kirchen der Aussäzigen, an gewüssen Tagen, nach Verrichtung des Gottesdiensts bey Sct. Peter verrichten solle. Es wird auch gemeldet, dass die Aussäzigen daselbst, die Gesunden aber, welche bei denselben wohnen und ihnen abwarten, bey der Pfarrkirchen söllen vergraben werden.«

[1]) Gisela von Spiegelberg.

Müller Tuba Joëlis pag. 38. (*Joëls Straf- Buss- und Gnaden-Posaun. Von Johannes Müller, Diakon an der Sct. Peterkirche. Zürich.* 1666. *Müller citirt folgende Worte aus einem nun nicht mehr vorhandenen Urbar in der Sacristei zum Fraumünster:* „(*abbatissa*) *capellam leprosorum apud fluvium Sylam communicato sui consensu capituli eximit ab omni jure parochialis ecclesie Sancti Petri.*“) Stadtarchiv Zürich Abth. I. Gest. A. Fch 1. No 12

64.

Hugo und Rudolf Bruno von Zürich verkaufen ihr Allod in Uerzelikon, Hauptikon und Rossau an Abt und Convent von Capell. Nach alter Gewohnheit werden diese Güter am Altare der Abtei Zürich den Käufern übergeben, welche dieselben als Erblehen von der Aebtissinn Gisela um einen Wachszins empfangen. Eine darin begriffene, an die St. Peterskirche in Zürich zinspflichtige Hube bleibt auch ferner zinspflichtig.

Zürich. Jahr 1221.

Notum sit tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod Hugo Bruno, et Rudolfus, cives Turegenses, abbati de Capella et conventui ejus allodium suum in Urcelinkon,

in Houbtikon, in Rossowo [1]), cum omnibus pertinentiis suis vendiderunt. Ad habundantem igitur cautelam secundum consuetudinem predicti loci in manibus quinque civium contulerunt, scilicet, Wernheri Merzin, Heinrici Judemanni, Oulrici Dietiln, Oulrici nigri, Wernheri houterii, eo pacto ut idem cives super majus altare monasterii Sanctimonalium offerrent, a domina abbatissa [2]) predicti monasterii abbati de capella et conventui ejus sub annuali censu scilicet dimidia libra cere sub hereditario jure concedendum. Et quia infra predictum allodium houba una continetur, pro qua dicti heredes scilicet H. et R. ecclesie Sancti Petri tres solidos censuali jure persolvere tenebantur, predictus abbas de capella et conventus ipsius eosdem tres solidos annuatim in nativitate Petri apostoli reddere tenebuntur. Ita sane quod predictus census nec minui debeat nec augeri. Que ut rata sint et firma et perpetue memorie commendata sub incisione cyrographi diximus annotari et ipsas incisiones sigillis abbatis sepedicti et abbatisse sigillari, et in singulis monasteriis singulas ad perpetuam memoriam reservari. Facta sunt hec in Turego absque omni calumpnia. Anno ab incarnatione domini m.cc. vicesimo j. Testes sunt C. sancti petri plebanus, et R. [3]) plebanus monasterii sanctimonalium. F. et R. canonici ejusdem monasterii. Wernherus et Heinricus fratres de Curia. Cunradus et Wernherus filii Wernheri Merzin.

[1]) Uerzlikon, Hauptikon, Rossau, Kts. Zürich. [2]) Gisela von Spiegelberg. Burg Spiegelberg liegt im Thurgau. [3]) Rudolf Mula von Zürich. S. B. 69.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel des Abts von Capell und der Aebtissinn in Zürich hängen. Letzteres, verschieden von dem „sigillum abbatie“ an Urkunde B.* 60., *ist nicht rund wie jenes, sondern eiförmig, und zeigt in einer obern Abtheilung die Köpfe der beiden Heiligen, unten eine betende Nonne; die Umschrift: „S. Gisele abbatisse Turicensis.“*). — *Abgedruckt im Auszuge: Regesten der Archive der Schw. Eid. B. I. Heft* 3.

65.

Die Brüder Rudolf, Otto und Burchard de Platea in Zürich übergeben der Abtei ihren Hof im Neumarkte daselbst, um ihn als Erbe gegen einen Wachszins an Probst und Kapitel der Kirche Embrach zu Stiftung einer Jahrzeit für sie, ihre Geschwister und Eltern zu übertragen.

Zürich (?). 7. December 1221.

Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore. Litterarum debent ac testium memorie commendari. Noverint igitur tam presentes quam posteri quod Ruodolfus miles, et Otto diaconus et Burchardus subdiaconus fratres sui. dicti de platea. ministeriales abbatie thuricensis pro se ac pro suorum parentum remedio peccatorum et omnium fidelium salute curtim suam, in vico qui niuwinmargit dicitur sitam abbatie thuricensi contulerunt et abbatissa eandem curtim ad petitionem ipsorum preposito imbriacensi [1]) nomine capituli sui concessit in perpetuum tali pacto. ut imbriacensis ecclesia annuatim persolvat abatie thuricensi IIII^{or} libras cere in vigilia sanctorum martyrum Felicis et Regule ad parandum cereum qui semper accendatur ad majorem missam. Si autem contingat alte-

rationem abbatisse vel prepositi imbriacensis fieri. prepositus nomine capituli sui de manu abbatisse prefatam curtem recipiat sine omni contradictione. Tenetur autem imbriacense capitulum festum sanctorum martyrum Felicis et Regule ante altare quod in honore ipsorum in capella ibidem dedicatum est. et dedicationem altaris annuatim sollempniter celebrare. Item prepositus tenetur confratribus suis in prefato festo sanctorum martyrum de usufructu prefate curtis ministrare duo quartalia tritici ad similam. et pauperibus unum et in dedicatione tantundem. Tenetur autem capitulum imbriacense tam in vesperis quam in matutinis. antiphona cum collecta de prefatis martyribus decantare. Tenetur etiam octo dies anniversarios celebrare. videlicet. Ruodolfi militis. Uolrici militis. Wernheri militis. Ottonis clerici. Burchardi clerici. Machthildis sororis eorundem. et Adilheidis. et Ruodolfi militis. patris ac matris sex predictorum. ita quod in quolibet anniversariorum illorum prepositus debet ministrare fratribus II. quartalia tritici ad simila et unum pauperibus. Item tenetur prepositus de usufructu prefate curtis ministrare nocturnale lumen quod ante altare predictorum martyrum singulis noctibus accendatur. Si autem prepositus sive capitulum aliquem predictorum articulorum neglexerit, conventus a divinis abstineat. usque ad condignam satisfactionem. Actum anno ab incarnatione domini M.CC.XXI. VII. ydus decembris. Indictione III. [2]) Residente in sede apostolica. Honorio papa III. Regnante Friderico imperatore. Chuonrado [3]) constantiensi episcopo. Gisila turicensis ecclesie abbatissa [4]). Presentibus. R. [5]) turicense preposito. U. imbriacense preposito. C. custode. C. de gurthwil canonicis ejusdem ecclesie. C. plebano sancti petri turicensis. et omnibus canonicis abbatie turicensis. H. [6]) sculteto. U. et H. de hottingin. U. flore. O. manezzin. U. et H. et R. filiis Orthliebi. et B. amme rennewege. et aliis quampluribus. Ne autem id quod laudabiliter ordinatum est. quisquam presumat infringere. ego C. constantiensis episcopus presentem paginam sigilli mei munimine roboravi.

[1]) Den Namen dieses Probstes von Embrach (ehem. Chorherrenstift, Kts. Zürich) deutet die Urkunde mit U. an; das bei *Scheuchzer* abgebildete Siegel nennt: Wernher. [2]) Im December 1221 ist Indictio X, nicht III. [3]) Konrad von Tegerfeld, Bischof von Konstanz anno 1209–1233. [4]) Gisela von Spiegelberg. [5]) Rudolf von Hottingen. [6]) Heinricus Albus. S. B. 60.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel Bischofs Konrad hängt. Für zwei andere, abgerissene Siegel der Aebtissinn Gisela und des Probsts von Embrach: S. WERNHERI. PPOSITI. IMBRIACEN. ECC'E. ist das Pergament zu beiden Seiten durchstochen. Die Abbildungen derselben s. bei Sch. C. D. no. 416. a.*) — *Abgedruckt: N. C. D. no. 909.* — *Abschriften: Doc. Abb. I. 208. Sch. C. D. nr. 416 a.*

66.

Bestätigung der Jahrzeitstiftung der Gebrüder de Platea in der Kirche in Embrach durch den Probst daselbst nach Verkauf des Hofes im Neumarkt.

Zürich (?) 7. December 1221.

Ne labuntur cum tempore que geruntur in tempore. Litterarum debent ac testium memorie commendari. Noverint igitur tam presentes quam posteri quod Ruodolfus miles. et Otto diaconus

et Burchardus subdiaconus fratres sui. dicti de platea. ministeriales abbatie turicensis pro se ac pro suorum parentum remedio peccatorum et omnium fidelium salute. curtim suam. in vico qui niwinmargit dicitur sitam abbatie turicensi contulerunt. et abbatissia[1]) eandem curtim ad petitionem ipsorum prepositо imbriacensi nomine capituli sui concessit in perpetuum. Postmodum vero prepositus imbriacensis de consensu capituli sui ad meliorationem ecclesie sue. dictam curtim pro quadam summa pecunie vendidit. et de eadem pecunia predium Eggarthswile[2]) situm ecclesie sue. libere coemit. ita ut omnia ad que de donatione prefate curtis tenebatur. de proventibus etiam dicti predii in perpetuum persolvantur. Tenetur autem imbriacense capitulum festum sanctorum martyrum Felicis et Regule ante altare quod in honore ipsorum in capella ibidem dedicatum est. et dedicationem annuatim sollempniter celebrare. Item prepositus tenetur confratribus suis in prefato festo sanctorum martyrum de usufructu prefati predii ministrare duo quartalia tritici ad simulam. et pauperibus unum et in dedicatione tantumdem. Tenetur etiam capitulum imbriacense tam in vesperis quam in matutinis. antiphona cum collecta de prefatis martyribus decantare. et annuatim octo dies anniversarios celebrari. videlicet. Ruodolfi. Wolrici. Wernheri militum. Ottonis. Burchardi clericorum. Machthildis sororis eorundem. et Adilheidis. et Ruodolfi militis. patris ac matris sex predictorum. ita quod in quolibet anniversariorum illorum prepositus ministret fratribus. II. quartalia tritici ad simulam et unum pauperibus. Item tenetur prepositus de usufructibus prelibati predii ministrare nocturnale lumen quod ante altare predictorum martyrum singulis noctibus accendatur. Si autem prepositus sive capitulum aliquem predictorum articulorum neglexerit. conventus a divinis abstineat. usque ad condignam satisfactionem. Actum anno ab incarnatione domini M.CC.XXI. VII. ydus decembris. Indicione III.[3]) Residente in sede apostolica. Honorio papa. III. Regnante Friderico imperatore. Chuonrado[4]) constantiensi episcopo. Gisela[5]) turicensis ecclesie abbatissia. Presentibus. R.[6]) turicense preposito. U. imbriacense preposito. C. custode. C. de gurthwil canonicis eiusdem ecclesie. C. plebano sancti petri turicensis. et omnibus canonicis abbatie turicensis. H.[7]) sculteto. U. et H. de hottingin. U. flore. O. manezzin. U. et H. et R. filiis Orthliebi. et B. an demme rennewege. et aliis quam pluribus. Ne autem id quod laudabiliter ordinatum est. quisquam presumat infringere. ego. C. constanciensis episcopus presentem paginam sigilli mei munimine roboravi.

[1]) Sic. [2]) Eggetswil, Kg. Kloten Kts. Zürich. [3]) Im December 1221 ist Indictio X, nicht III. [4]) Konrad von Tegerfeld. [5]) Gisela von Spiegelberg. [6]) Rudolf von Hottingen. [7]) Heinricus Albus, s. B. 60.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel Bischofs Konrad und der Kirche Embrach: S. IMBRIAC. ECCLESIE hängen*). — *Abschrift*: *Doc. Abb. II.* 212.

67.

Abt Guido und Convent von Capell haben von Ritter Konrad Albus von Zürich und seiner Gattinn Judenta ein Stück Reben zu Küssnach erkauft und empfangen dasselbe durch Uebertragung von Aebtissinn Adelheid um einen Wachszins an die Abtei.

(Zürich.) 1222.

Quoniam humane mentis memoria multorum interlapsis temporum spaciis antique sue adversatricis oblivionis videlicet insidias interdum incurrere solet, harum earundem insidiarum jam dicte insecuticis [1]) nostre efugium petentes, gesta fidelium apicibus presentium comisimus literarum. Noverit igitur presens etas omnisque sibi vicissim successura posteritas, cunradum militem de turego cognominatum album una cum uxore sua judenta vineam quandam in Kussenacho [2]) quam ipsa jam dicta judenta jure paterne hereditatis acceptam una cum prefato conjuge suo inconcusse ac sine inpeticione cujusquam sub tuicione sui [3]) multo tempore detinuerant, cum omnibus pertinentiis suis fratribus in capella deo famulantibus pro denominata quadam a promemorato milite pecunia vendidisse. Et ne huius ejusdem vendicionis patratores antiquam concivium suorum juris sanctionem incrustare viderentur, hanc eandem vineam super altare turicensis monasterii ea videlicet condicione obtulerunt, ut prenominati fratres de capella eam de manu abbatisse predicti turicini monasterii proprietatis jure perpetualiter possidendam reciperent, adque in monimentum et confirmationem hujus emtionis sue dimidiam libram cere annuatim ibi persolverent. Igitur ut hec a fidelibus fideliter gesta fore credantur, utrorumque jam sepe dictorum abbatis widonis [4]) et abbatisse adelheidis [5]) sigillis roborantur appensis, et incisione quinque vocalium annotantur. Acta sunt hec anno incarnationis domini M.CC.XX.II. romanam ecclesiam nobiliter regentibus summo pontifice honorio, ac cesare friderico, constanciensem sedem tenente episcopo cunrado [6]). Hujus rei testes sunt ebrardus mojendinarius, hugo flos, cunradus de lunchunft, bertoldus de porta, cives turicenses, qui etiam obsides fuerunt pro pecunia a predictis fratribus persolvenda et pro querela si exorta fuerit consopienda. Insuper testes sunt cunradus plebanus de sancto petro, fridericus prebendarius, burchardus albus, hugo cognomine bruno.

[1]) Statt: *insecutricis.* [2]) Küssnach am Zürichsee. [3]) Fehlt hier ein Hauptwort? [4]) Guido, Abt von Capell, anno 1217–1232. [5]) Adelheid von Murghart. Die Burg Murghart lag im Thurgau an der Murg zwischen Frauenfeld und Mazingen. [6]) Konrad von Tegerfeld.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel des Abtes von Capell und der Aebtissinn in Zürich hängen. Letzteres, von dem zu Urkunde nr.* 60 *und* 68 *gebrauchten Abteisiegel verschieden, ist rund, zeigt die Köpfe beider Heiligen nach der gleichen Seite — dem Beschauer links — gewendet und die Umschrift: »Sigillum Turicensis Abbe.“*) — *Abgedruckt im Auszuge: Regesten der Archive der Schw. Eidg. B. I. Heft* 3.

68.

Aebtissinn Adelheid fertigt einen mit Bewilligung des Capitels der Abtei getroffenen Tausch von Aeckern zwischen den Leutpriestern Konrad von St. Peter und Otto von St. Stephan.

Zürich. Jahr 1222—1227. [1])

In nomine domini nostri Jesu Christi Adelheidis [2]) abbatissa turegensis. uniuersis has literas inspecturis salutem in domino. Notum sit omnibus tam futuris quam et presentibus. quod Chuonradus ecclesie sancti Petri. et Otto ecclesie beati Stephani [3]) plebani humiles duos agellos unum pro altero cum ipsis decimis commutantes; utriusque damnum ecclesie precauerunt. immo magis profectui studuerunt. Igitur ut hec commutatio cum assensu capituli nostri facta nunc et in posterum inconuulsa permaneat; presentem paginam sanctorum martirum Felicis et Regule sigillo iussimus roborari.

[1]) Diese Urkunde wird in den zürcherischen Geschichtswerken gewöhnlich zum Jahr 1221 angeführt; der Name der Aebtissinn zeigt, dass dieses Datum irrig angenommen ist, und die Urkunde in die Jahre 1222—1227 fallen muss. [2]) Adelheid von Murghart. [3]) Die St. Peterskirche und die St. Stephanskirche (gegenüber St. Anna) in Zürich. Ob der plebanus Otto derselbe wie der in B. 69 genannte Chorherr ist, steht dahin.

Stiftsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Abtei hängt; es ist das nämliche wie in B.* 60 *mit der Umschrift*: *S.... FELICIS ET REGULE. Vgl. seine Benennung in B.* 51 *u.* 60.) — *Abschriften: Stiftsarch. Mscr. H.* 93. *Wagner Chron. mscr.*

69.

Otto de Platea überträgt eine platea in Zürich der Abtei unter der Bedingung, dass solche dem Kloster Capell zu Erbe verliehen werde.

Zürich. Jahr 1223.

Notum sit tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis quod dominus otto de platea [1]) canonicus turicensis consilio parentum et amicorum suorum plateam unam quam habebat in eadem urbe iuxta pontem inferiorem [2]) contulit abbatisse turicensi [3]) sub tali conditione quod ipsa abbati [4]) de capella cisterciensis ordinis et fratribus ibidem deo servientibus conferret hereditario jure pro duobus denariis constantiensis monete [5]) annuatim persolvendis possidendam. que ut rata sint cirographi incisione duximus annotanda cuius cirographi partem unam ecclesia sanctimonialium in turego partem vero alteram ecclesia de capella reservabit. Testes sunt R. plebanus mula. Oul. sacerdos sancti Nicolai. Oul. sacerdos sancti Lazari [6]). E. molendinarius. C. de lunchunft hugo de lunchunft. C. de porta. facta sunt hec anno ab incarnatione domini MCCXXIII.

[1]) Siehe B. 65 und 66. [2]) Die jetzige „untere Brücke“ in Zürich. [3]) Adelheid von Murghart. [4]) Guidoni. Vergl. B. 67. [5]) Warum nicht: Turicensis monete? [6]) Die drei Erstgenannten sind Geistliche der Abtei Zürich. Den Leutpriester R. Mula s. B. 64.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel des Abts von Capell hängt.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 216. *Sch. C. D. nr.* 420 *a.*

70.

Die Aebtissinn in Zürich überträgt dem Kloster St. Blasien Güter in Stampfenbach zu Erbe, aus Auftrag C. Bürgers von Zürich, welcher dafür dreizehn Mark, lebenslänglichen Niessbrauch und für sich, seine Frau und Tochter Klosterpfründen in St. Blasien, Berau und Sitzenkirch erhält.

Zürich. Jahr 1224. [1])

IN NOMINE DOMINI AMEN. Universis Christi fidelibus. hanc paginam inspecturis..... [2]) miseratione divina Ancillarum Christi in ecclesia turicensi humilis Ancilla salutem in omnium salvatore. Quicumque heredibus carentes ecclesias conventuales in quibus perpetuo reficiuntur Christo militantes heredes sibi substituunt. illi se pro certo in celesti palatio Christi constituunt coheredes. Clareat igitur presentibus ac postfuturis omnibus bone voluntatis hominibus. quod. C. civis turicensis ad quem jure proprietario fundus predii in Stemphibach [3]) pertinebat. cum uxore sua G. cui idem predium iure dotali ab ipso collatum fuerat. cum omni iure quod habebant vel habere videbantur in domo Stemphebach et territorio circumiacenti et vinea adiacenti ac parte fundi in ripa Lindimaci huic predio spectanti ad principale altare Sanctorum martirum Felicis et Regule in abbacia turicensi contulerunt. ita tamen quod. H. [4]) reverendus in Christo abbas sancti Blasii supra dicto. C. prebendam in sancto Blasio. et uxori sue G. prebendam in Berowe [5]). et filie illius. G. prebendam in Sicichilche [6]) canonice contulit. et insuper sibi ad manum. XIII. marchas argenti puri publice persolvit. Hac concepta conditione. quod pretaxatus abbas et ecclesia sancti Blasii prefatum predium de manu nostra iure hereditario pro dimidia libra cere nomine perpetui census singulis annis in festo predictorum martirum persolvenda pretaxati predii perpetua gaudeant possessione. Sane memoratus abbas finitis sex septimanis et insuper trium dierum spatio elapso quibus ipse et ecclesia sua in possessione prius dicti predii fuerant. secundum quod iusticia vulgarisque consuetudo exigebant. sepedictum. C. cum uxore sua. G. communicato fratrum suorum consilio in eodem predio nisi sponte ad religionem se transferant usque ad terminum vite sue quiete residentiam facere permittebat. tali forma pactionis concepta. quod dictus abbas et fratres ecclesie eiusdem omnem commoditatem et utilitatem quam volunt et possunt ibidem habeant. prefatus vero. C. dictam vineam colat. et illius pro duobus serotiis bonis et magnis de Uren [7]). et una libra piperis et dimidia libra cere singulis annis censualiter in festo. S. Blasii persolvendis integre percipiat usufructum. Ut autem hoc factum tam salubriter ordinatum malignorum consilio nequeat nullatenus attemptari hanc cedulam inde fecimus conscribi. et sigilli duplicis tam nostri quam domini abbatis sancti Blasii munimine roborari. Acta sunt hec ante principale altare. sanctorum martirum Felicis et Regule in abbatia. Anno ab incarnatione domini. M.CC.XXIIII. Indictione. XII. Testes qui interfuerunt huic donationi sunt hii. Heinricus [Mulner] Huc (Brun) et Heinricus (Brun). Bertoldus [an dem Rennewege] Huc Fridericus. Olricus Burcmeier. Olricus (Bluomin) Huc. Rodolfus Wolrowe. Wernhere [Boneze]. Rodolfus Vinche. Luitolt Rodiger Maneze. Heinricus [a deme Graben]. Olricus Zolner. Burchart [Coch]. Chonrat Gebeine. Burkart a der hofstete et filii ejus. Ebirhart Mulner. Heinricus borsincon et alii quam plures [8])

feliciter Amen. Sub eadem quoque forma donationis eodemque tempore atque eorundem testimonio. H. in gemiûre cum uxore sua. L. vineam in Goltpach [9]) et territorium apud kecinsturli [10]) cum omnibus rebus tam mobilibus quam inmobilibus habitis et habendis. sine omni conditione ad usus ecclesie et fratrum. Sancti Blasii cum omni iure libere contulerunt se ipsos ad eandem ecclesiam personaliter transferentes.

[1]) Die Indictionszahl zeigt, dass die Urkunde vor den 24. September 1224 fällt. [2]) Der Name der Aebtissinn fehlt, der Raum für den Anfangsbuchstaben desselben ist leer gelassen. Das Siegel zeigt, dass Aebtissinn Adelheid von Murghart die Urkunde ausgestellt. [3]) Stampfenbach, zunächst unterhalb Zürich an der Limmat. [4]) Hermann II. Abt anno 1223—1237. (*Gerb. Hist. Nigr. Silv. II.* 51.) [5]) Berau und [6]) Sitzenkirch, zwei von St. Blasien abhängige Frauenklöster des Schwarzwaldes, (*Eod. I.* 394. 409.) [7]) Urnerkäse. [8]) Von den Geschlechtsnamen der Zeugen sind einige nicht fortlaufend im Texte, sondern in dem einen oder in den beiden vorhandenen Doppeln der Urkunde über und zwischen den Zeilen, doch von gleichzeitiger Hand, eingesetzt. Solche, für welche diess nur in dem einen Doppel der Fall ist, haben wir mit [ ], die in beiden Doppeln eingeschobenen in ( ) eingeschlossen. Die Stellung dieser Namen zeigt, dass der Name »*an dem Rennwege*« auch auf Huc. und Fridericus, der Name »*Bloumin*« auch auf Huc. (vgl. B. 72) bezüglich ist, die nach denselben folgen. Luitolt ist wie Rodiger ein »*Maneze*« (laut andern Urkunden). — Bertold an dem Rennewege war anno 1225 Schultheiss (*causidicus*). S. Beil. 72. [9]) Goldbach, Kgd. Küssnach am Zürichsee. [10]) Kezisthürli, das ehemalige kleine Stadtpförtchen an der Augustinergasse in Zürich. S. *V. Z.* nr. 347.

Antiquar. Sammlung in Zürich. (*Zwei Ausfertigungen. An beiden hängt das Siegel der Aebtissinn Adelheid von Murghart, gleich demjenigen an B.* 67. *Das Siegel des Abts von St. Blasien: S . . . . . RMANNUS DEI GRA S . . . . . L . . . ist nur noch an dem einen Doppel befindlich, am andern abgerissen.*)

71.

Erklärung der Bürger von Zürich, dass König Heinrich (VII.) mit ihrer Beistimmung allen jetzigen und künftigen Besitz des Klosters Capell in Zürich in seinen Schutz genommen, und namentlich das Haus des Klosters an der Limmatbrücke von aller Steuer frei gesprochen habe, vorbehalten den an die Abtei Zürich zu entrichtenden Grundzins.

(Zürich.) Jahr 1225. (Januar.)[1])

Sicut iniqua volentibus et injusta petentibus non est tribuendus effectus, sic equa cupientibus non est deneganda petitio. Ea propter ego H. Molendinarius et W. Flos et H. Judemann et C. de Lunkufth et fratres ejus et R. Manezo et L. frater ejus et B. de porta cives Thuricenses [2]) notificamus omnibus scire cupientibus, quod Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus tam ex consensu nostro, quam aliorum concivium nostrorum, ad petitionem venerandi Guidonis [3]) abbatis Capelle, Cistertiensis ordinis, ea, que fratres ejusdem coenobii in castro Thuricensi sive in dominio ejusdem [4]) nacti sunt vel nancisci canonice poterunt, eisdem fratribus libere et clementer indulsit et sub defensione regia fore perpetua sanctione decrevit. Igitur ea, que prelibavimus, esse rata decrevimus, maxime ut domum, quam sepedicti fratres juxta pontem super ripam fluminis construxerunt [5]), absque omni exactione ac sine collecta, salvo tamen jure censuali ecclesie loci ejus-

dem [6]), libertate perpetua statuimus esse mansuram, et ut hec rata sint atque inextricabili firmitate teneantur, sigillo beatorum Martirum Felicis et Regule [7]) munimine in aevum roborantur.

[1]) Das Datum dieser Urkunde bestimmt sich nach demjenigen des darin erwähnten Diploms König Heinrichs für Capell; letzteres ist vom Könige am 6. Januar 1225 bei Zürich selbst erlassen (*Urk. Staatsarch. Zürich. Böhmer. Reg. Heinrichs VII. nr.* 75. *Archiv für Schw. Gesch. I.* 90); mithin kann die Urkunde nicht später als aus dem Anfange dieses nämlichen Jahres sein. [2]) Die neun Bürger, welche sprechen, sind nach dem Inhalte der Urkunde Bevollmächtigte der ganzen Bürgerschaft, wahrscheinlich in Zürich selbst vor dem Könige erscheinend. Vermuthlich gehören mehrere derselben, oder alle, dem Rathe an; dass sie aber nicht den Rath bilden, geht aus dem Stillschweigen der Urkunde hierüber, sowie wohl auch aus der umschreibenden Art hervor, womit das der Urkunde angehängte Siegel des Rathes im Texte selbst bezeichnet wird. [3]) Vergl. B. 67. [4]) „*Dominium castri turicensis*“. Es gehörte also zur Reichsvogtei und Stadt Zürich ein gewisser Umkreis ausserhalb der eigentlichen Stadt, ein Weichbild. — So sagt auch das schon erwähnte Diplom von K. Heinrich: „*in turicensi villa et in dominio ipsius*“. [5]) Von diesem Hause des Klosters Capell an der untern Brücke in Zürich (B. 69) haben wir sonst keine andere Spur. [6]) Dass die Abtei unter diesem, sonst eher das Chorherrenstift bezeichnenden Ausdrucke gemeint ist, s. B. 69. [7]) Diese Bezeichnung wird sonst etwa vom Siegel der Abtei gebraucht (B. 51. 68 verglichen mit B. 60), hier ausnahmsweise von demjenigen des Rathes; denn als solches erweist es sich durch die vollständig erhaltene deutliche Umschrift.

Staatsarchiv Zürich. (*An der Urkunde hängt wohlerhalten das runde Siegel, darstellend die beiden Heiligen Felix und Regula, in ganzer Figur, mit der Umschrift: SIGILLUM. CONSILII. TVRICENS. Ganz das nämliche befindet sich an der bei Kopp Eidg. B. II. pg.* 716. *abgedruckten Urkunde vom* 2. *Juni* 1225 *und heisst in derselben: „Sigillum consiliariorum turicensium“.*)

72.

Urtheil und Schiedspruch zwischen Abt Ludwig, Namens des Klosters, von Pfävers und den Zürcherischen Bürgern, Ritter Hugo Blum und Schultheiss Bertold an dem Rennewege, über die Erbschaft des Zürcherischen Bürgers Arnold, Höri-gen von Pfävers, worunter ein der Abtei Zürich eigenthümliches, als Erblehen von ihr verliehenes Haus.

Zürich. 18. December 1225.

Noverint tam presentes quam futuri, quod quidam bone memorie Arnoldus servus monasterii Fabariensis et civis turicensis domum suam, quam habuit a monasterio Turicensi pro censu denarii unius, resignavit abbatisse Turicensi, petens eam concedi pro eodem censu Ludewico [1]) abbati sub nomine ecclesie Fabariensis. Post mortem vero ejusdem A., quidam, qui se pro heredibus ingerebant, jus hereditatis, quod videbantur habere, in Hugonem militem dictum Florem et Bertoldum dictum an dem Rennewege [2]), tunc temporis causidicum, transtulerunt, qui cum predicto abbate de domo et rebus mobilibus contendebant in judicio seculari, ubi sepedicta domus eidem abbati sententialiter fuit adjudicata. E. vero miles dictus Molendinarius [3]) et C. miles de Lungunft consilio prudentum virorum de rebus mobilibus, quas prefati H. et B. usurpaverant, in modum huiusmodi componebant, ut ipsi partem earum abbati redderent memorato, et ipsi sibi partem reliquam reti-

nerent; hac addita conditione, ut obligarent se abbati sepedicto pro vigintis marcis, ut si forte alii postmodum venirent, qui se dicerent heredes, quod ipsum ab impetitione omnium liberarent, alioquin proprias domos exirent, alia parte fluminis obsides remansuri [4], donec pretium persolverent memoratum, quod fide data promiserunt. Pari modo abbas se obligavit, quod si ipse vel aliqua alia persona monasterii sui contra predicta venirent. etiam eis in eadem summa peccunie teneretur. Et ut hec rata maneant et inconvulsa, sigillo sunt consiliariorum Turicensium roborata. Acta sunt hec in Turego, anno ab incarnatione domini MCCXXV. Indictione XIII. [5] XV Kal. Januarii. Testes: E. Molendinarius, C. de Lunguft, H. Judman, H. de Borsincon, H. Bruno, A. de Masswanden, A. de Ragatsch, milites. W. Boherli [6], H. filius comitis [7], F. dictus an dem Rennewege, R. filius Engildrudis. H. et F. aurifabri, F. filius Marquardi, Uol. de Wesin et alii quamplures viri honesti.

[1]) Ludwig (von St. Gallen), Abt von Pfävers von anno 1220—(13. März) 1233. [2]) Vergl. B. 70. Der »Renneweg«, eine Strasse am Fusse der Pfalz in Zürich. [3]) S. B. 60. [4]) Es ist die Limmat gemeint, die Zürich in zwei Theile scheidet. [5]) Im December 1225 ist die gewöhnliche (kaiserliche) Indictio XIV. [6]) Wilhelm Bokeli (?). Vergl. B. 79. [7]) Ein bürgerlicher Geschlechtsname, oder Hartmann (der jüngere) von Kiburg, Graf Werners noch junger Sohn?

Archiv Pfävers. (*An der Urkunde hängt ein rundes Siegel, das die Figuren dreier Heiligen, St. Felix, St. Regula und St. Exuperantius* (?) *— die Häupter in den Händen tragend, zeigt; die Umschrift leider ist nicht mehr lesbar. — Dieses, von dem Siegel des Rathes B.* 71 *verschiedene Siegel kömmt noch an einer Urkunde des Staatsarchivs Zürich, Amt Embrach, d. d.* 8. *December* 1225, *vor, in welcher es bezeichnet wird: „sigillum civium turicensium«. Leider ist auch dort die Umschrift des Siegels selbst nicht mehr erhalten. — Immerhin ist hier die früheste bekannte Spur eines dritten, neben St. Felix und Regula gestellten Schutzheiligen der Stadt. — Abdruck: Regest. der Arch. der Schw. Eidg. B. I. Heft* 4. *nr.* 68. (*Regesten von Pfävers und Sargans von* K. *Wegelin*).

73.

König Heinrich (VII.) bestätigt dem Probst und Capitel und sämmtlichem Clerus in Zürich ihre Rechte und Privilegien, besonders die Freiheit von Wachtgeldern und andern Abgaben.

Esslingen. 23. März 1228.

H. Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus Dilectis fidelibus suis preposito. et capitulo. totique clero thuricensi. Gratiam suam et omne bonum. Quoniam ex commisso nobis Regni gubernaculo tenemur ecclesiasticas personas fovere. et eorum indempnitatibus studiosius providere. Dilectam nobis universitatem vestram consulta delibera consilii nostri sub nostram et Imperii specialem recipimus protectionem. Volentes vobis in integrum conservare universas ecclesiasticas libertates et iura vestra et rationes privilegiorum vestrorum que a divis progenitoribus et predecessoribus nostris hactenus possedistis. reddentes vos immunes et penitus absolutos a vigiliis nominatim et ab omnibus aliis exactionibus que legibus vel canonibus videntur in aliquo obviare. non obstante aliqua con-

suetudine. vel statuto consulum vestrorum vel cuiuscumque potentie secularis, nullis literis obstantibus contra hanc nostram regalem indulgentiam impetratis. Mandantes et sub interminatione gratie nostre districte precipientes. ut nulla umquam persona humilis vel alta. ecclesiastica vel secularis contra hanc nostram indulgentiam venire audeat aut ipsam vobis ausu temerario perturbare. Quod qui facere presumserit. tremendi iudicis indignationem. nostreque celsitudinis gravem offensam. se noverit incurrisse. Ad huius etiam facti nostri Robur in posterum valiturum presentem vobis kartam conscribi et sigillo nostro iussimus insigniri. Datum apud Ezelingen. Anno dominice incarnationis M.CC.XXVIII. Decimo Kal. Aprilis. Indict. Secunda [1]).

[1]) Die Indictionszahl weist auf 1229. Nach bisheriger Annahme haben wir 1228 gesetzt.

Stiftsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Königs hängt*). — *Abgedruckt: Hott. Hist. Eccl. VIII.* 1214. *Sch. et L. Archiv f. Schw. Gesch. I.* 91. (*Auszug*). *Böhmer Reg. Heinrichs VII. nr.* 175.

74.

Aebtissinn Judenta siegelt einen Schiedspruch Zürcherischer Bürger und Landleute in einem Streite des Augustinerstifts auf dem Zürichberge mit den Bewohnern von Witinkon.

Adlisberg bei Zürich. 15. September 1228.

Hermannus humilis Prepositus totusque conventus montis Turicensis [1]) ordinis sancti Augustini universis Christi fidelibus . . . salutem in Domino . . . . . Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum quod, quum inter nos ex una et villanos de Wytinkon [2]) ex parte altera super quodam nemore in Adlosberg [3]) fuisset diutius litigatum, . . . tandem . . . de communi consensu partium fuit in Ulricum Tyam civem turicensem Ulricum ministrum domus nostre, H. pistorem de Walasellon [4]), H. de Ruvinon [5]). Pil. lapidicam de Fluntrein [6]), Waltherum et Ulricum dictos Leones de Wiedikon [7]) . . . . compromissum, qui . . . . . Ecclesie nostre nemus super quo questio vertebatur, adjudicarunt . . . . . Acta sunt hec in Adelsberg anno domini MCCXXVIII. XVII Kal. Octobris Indicionis primae. Ad firmiorem autem hujus facti evidenciam presens instrumentum sigillis Reverende in Christo J. [8]) abbatisse turicensis et meo videlicet prepositi quo et nos conventus utimur duximus roborandum. Testes autem sunt hii Chuono de Tuebelndorff. Hu. C. et Heinricus fratres de Lunkuft milites. . . . . Chuo. cellerarius de Stadelhoven etc.

[1]) Probst und Convent des Augustinerklosters St. Martin auf dem Zürichberge. [2]) – [7]) Witinkon, Adlisberg, Wallisellen, Ruvenen (ehemaliger Hof bei Witinkon), Fluntern, Wiedinkon, Ortschaften in der Nähe von Zürich. [8]) Judenta von Hagenbuch. — Die Burg Hagenbuch lag auf der Grenze der Landgrafschaft Thurgau und der Grafschaft Kiburg, beim heutigen Zürcherischen Dorfe jenes Namens. Vgl. *Pupikofer Gesch. des Thurg. I.* 133.

Stiftsarchiv Zürich. *Die Siegel hängen. Das der Aebtissinn, eiförmig, zeigt oben die Köpfe der beiden Heiligen, unten eine knieende, betende Nonne; die Umschrift: S. IVDENTE TVRICENSIS. ABBATISSE.*). – *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 451.

75.

Die Abtei tauscht an Ritter Heinrich Judemann ein zwischen ihnen streitiges Grundstück zu Hottingen gegen eines zu Höngg, oder ein von dem Ritter dafür anzuschaffendes.

(Zürich.) 10—17. März 1230.

J. [1]) Dei gratia turicen. abbatissa omnibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. notum sit universis qualiter nos agrum nostrum situm juxta hottingen [2]), qui propter inpetitiones et lites quas contra nostrum monasterium super eodem H. miles dictus iudemannus habebat, annis permansit pluribus incultus, in nostrum preiudicium et gravamen, volentes indempnitati ecclesie providere totius consensu capituli ac ministerialium nostrorum accedente consilio in bonum pacis pro predio sito in Houngo [3]) quod B. militis Brohundi erat commutavimus et eum concessimus H. militi memorato. hoc tamen pacto adhibito ut nobis de proxima pascha ventura infra biennium liberum conferat predium nullum habens advocatum situm a civitate infra miliare, quod annuatim reddat pro censu quatuor modios tritici tres videlicet pro commutatione agri predicti et unum pro censu vinee site in mulihaldum [4]). Et quod hec rite conveniant in predio empto sicut est predictum tam nos quam sepedictus H. miles estimationi. W. advocati dicti Biber et H. de lunkunft et C. albi militum comisimus discernendum. Si vero tale neglexerit qualitercumque emere vel dare predium ad terminum prefixum, predium de Houngo nobis in commutationem collatum sine omni contradictione et mutatione extunc ecclesia nostra omni integritate et iure quo B. miles Brohunt dictus dinoscitur habuisse in perpetuum possidebit. hec omnia tam nos quam sepedictus H. miles rata et firma in omnibus promisimus habitura. Insuper de predicto agro et vinea in mulihaltum et de decimis agrorum ad thelonium [5]) spectantibus idem H. miles monasterio libram piperis persolvat annuatim. Testes M. de wengi [6]) et alie consorores nostre omnes. C. plebanus Sancti Petri R. mula plebanus monasterii. Ru. marcius sacerdos. S. Schurcho diaconus. R. manezo subdiaconus. Wer. Flos R. marcius subdiaconus. Wer. Bibir advocatus [7]). Uo. et H. confratres de hotingin. H. de stege. Hu. de lunkunft. Lu. Vusci Bu. Vrouhunt [8]) C. albus milites. B. chocus. Uo. in litore et cet. hec autem acta sunt anno ab incarnatione domini MCCXXX in tercia ebdomadi quadragesime.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2])—[4]) Hottingen, Höngg, Mühlehalden bei Zürich. [5]) Das Zollamt der Aebtissin. [6]) Mechthild von Wengi (im Thurgau). S. B. 77. [7]) Der zweite bekannte Reichsvogt aus einem städtischen Geschlechte. Der erste (anno 1225) ist der Ritter Hugo Brun. Vergl. hiezu *Kopp Eidg. B. II.* 34. *Anmerk.* 7. [8]) Lies: Brouhunt.

Stadtarchiv Zürich. (*Siegel zerbrochen*). – *Abschriften: Doc. Abb. I.* 220.

76.

Konrad, Bischof von Konstanz, ermahnt die Bürger von Zürich, die gesammte Geistlichkeit daselbst von allen Steuern, Wachtgeldern, Beiträgen an die Veste frei zu lassen, hebt ihre Eide zu Vertreibung der Weiber der Geistlichen als ungültig auf, und behält sich selbst die Beurtheilung oder Bestrafung schuldiger Geistlicher oder deren Angehöriger vor.

Konstanz. 22. Mai 1230.

C. [1]) Dei gratia Constantiensis Episcopus, Civibus in Turego, Salutem in domino. Cum non liceat tam legitimis quam canonicis sanctionibus obviare, Universitati vestre de consilio Capituli nostri ac aliorum prudentum virorum, in virtute juramenti super obedientia commissorum nobis exhibiti, duximus injungendum, ut clerum turicensem, hoc est ibi natum sive benefitiatum, nullis umquam vel usquam Angariis, proangariis, vigiliis, collectis, muratis, fossatis, seu aliis quibuscumque exactionibus vel bonorum invasionibus perturbetis, sed potius ipsum ac familiam suam quieta possessione totius libertatis ecclesiastice gaudere permittatis. Absit enim ut divinis mancipati officiis in se vel suis quacumque servitutis specie opprimantur. Item juramenta quibus vos temere tam super expulsis, quam super expellendis quibusdam mulierculis in confusionem et ignominiam cleri mutuo obligastis, quia possumus et debemus, relaxamus, cassantes ea tamquam juri, rationi et consuetudini contraria, districteque vobis sub optentu supradicti juramenti inhibentes, ne occasione ipsorum cujuscumque sexus hominem dictis vel factis, in persona vel rebus, ledere vel confundere presumatis. Illa enim que nostre jurisdictionis rigorem contingunt, nostre voluntatis beneplacito volumus castigari. Nulli ergo omnino vestrum liceat hanc nostre diffinitionis seu ordinationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et nostram offensam, cum macula perjurii et infamie, se noverit incurrisse. Ad hujus etiam rei evidentiam, memoriam et robur in posterum valiturum presentem cartam conscribi et tam nostris, quam fratrum nostrorum et consilii turicensis sigillis jussimus insigniri. Datum apud Constantiam, Anno dominice incarnationis Millesimo CC XXX. XI Kal. Junij. Indictione III.

[1]) Konrad von Tegerfeld. Siehe B. 65.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel Bischof Konrads, des Rathes zu Zürich – das in B.* 71 *beschriebene „SIGILLUM. CONSILII. TVRICENS.“ – und der Domkirche Konstanz*). – *Abdruck*: *Hott. H. E. VIII.* 1212. *Tschudi Chron. I.* 123. (*deutsch*). – *Abschrift*: *Sch. C. D. nr.* 452.

77.

König Heinrich (VII.) nimmt die Leute im Thale Uri von der Gewalt des Grafen Rudolf von Habsburg aus und verspricht, sie niemals vom Reiche zu veräussern.

Hagenau. 26. Mai 1231.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex etc. Semper Augustus. Fidelibus suis universis hominibus

in valle Uraniae constitutis, quibus praesens litera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Volentes semper ea facere, quae ad vestrum commodum vergere poterunt et profectum, et ecce vos redemimus et exemimus de possessione comitis Rudolphi de Habspurc promittentes vobis, quod vos numquam a nobis vel per concessionem seu per obligationem alienamus, sed semper ad usus nostros et Imperii manutenere volumus et fovere. Monemus igitur universitatem vestram sincerissimo cum affectu, quatenus super requisitione nostrae precariae et solutionis credatis et faciatis, quae fidelis noster Arnoldus de Aquis [1]) vobis dixerit vel injunxerit faciendum ex parte nostri, ut promptam fidelitatem debeamus commendare, quia ipsum ad vos ex providentia consilii nostri duximus destinandum. Datum apud Haginow VII Kal. Juni Indictione quarta.

[1]) Vergl. hiezu *Kopp. Eidg. B. II.* 272. *Anmerk.* 4.

Tschudi Chron. I. 125. *Abgedruckt: Herrg. Gen. dipl. Prob. nr. CCXCI. Schweiz. Mus. für hist. Wiss. I.* 209. *Böhmer. Reg. Heinrichs (VII.) nr.* 240. — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 455.

78.

A. von Naglinkon übergibt die von ihrem Bruder erbsweise ihr zugefallenen Güter der Kirche der Abtei zu Eigen, diese belehnt damit den Ehemann der A. von Naglinkon, Ritter Hugo Brun, und Letzterer bestellt seiner Frau Leibding davon.

Kloster Zürich 9. September 1231.

J. [1]) Dei gratia Turicensis abbatissa universis presens scriptum intuentibus rei geste notitiam. Noverint universi, quod A. matrona de Naglinchon [2]), uxor hugonis militis dicti Brun [3]), universam hereditatem suam in qua successit fratri suo Arnoldo militi de Naglinchon felicis recordationis, ecclesie nostre contulit ea lege, ut nos nomine dicte ecclesie nostre prefatum maritum suum h. brun et ipsorum prolem eisdem bonis infeodaremus, et ipsi sive quicunque dictorum bonorum fuerint possessores de eisdem in perpetuum annualem censum, quatuor denarios videlicet, dare ecclesie teneantur. quod in presentia nostri, nobis ac tutore dicte A. matrone R. nobili de Wediswiler [4]) qui presens fuit consentientibus, plenarie et rite factum est. Ad hec prefatus H. Bruno dicte uxori sue A. coram nobis sepedicta bona eadem hora prole consenciente donavit. ita ut qualiscumque mutatio fiat in ipso et eorundem prole seu per mortem seu per alios casus, prememorata. A. nihilominus usufructum bonorum antedictorum usque ad terminum vite sue percipere teneatur. et postmodo eadem bona secundum morem redeant ad heredem. Testes qui huic facto interfuerunt sunt hii. Domine nostre de conventu etiam subscripte aderant. Kunza de loxingen [5]). Machthildis de Wengen [6]). Gepa de Burron [7]). Willeburgis de hagenbuoch [8]). Berchta de Tessen [9]). Chuonradus plebanus Sancti Petri. Chuonradus plebanus de Altorf. Ruodolfus de Wasserstelz. Waltherus de Wediswiler nobiles. Wernherus advocatus dictus Biber [10]). Heinricus filius Ortliebi. Kuonradus de littore. Heinricus Bruno. Riwinus de Klotun. milites. Otto manezo. Ruodolfus manezzo. Heinricus de vallo. Wernherus Bonezzo. Gerungus aurifaber. Burchardus de ponte. Uolricus et Chuonradus fratres de vico et alii quam plu-

res. Ut autem hec non effugiant noticiam posterorum predicta omnia huic pagine nostri sigilli munimine roborate secundum ordinem fecimus annotari. Acta sunt hec anno domini MCCXXXI. Inditione quarta. V. Id. Septembris.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Naglinkon, einstige Burg, jetzt Ortschaft, nahe bei Wediswil, Kts. Zürich. [3]) Vergl. B. 75. Anm. 7. [4]) Die Besitzer von Naglinkon waren Dienstmanne der Freien von Wediswil. [5]) Leuzingen, im Bernischen Amte Büren gelegen. (Vergl. den Namen: Löxingen, noch im XIV. Jahrh. *Sol. Woch.* 1827. *S.* 69—72.) [6]) Wengi, im Thurgau. Siehe B. 75. [7]) Büren, Kts. Bern. [8]) Eine Verwandte der Aebtissinn. [9]) Tessen, am Tessenberg, Kts. Bern. [10]) Vergl. B. 75.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn Judenta, wie in B. 74 beschaffen, hängt.*) — *Abdruck: Zapf. Monum. anecd. I.* 118. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 224.

79.

Der Abt von St. Blasien kauft ein Grundstück des Ritters H. von Hottingen in der Nähe von Stampfenbach, und erhält es von der Abtei Zürich unter den nämlichen Bedingungen zu Erbe, wie sieben Jahre früher einige andere Grundstücke.

Kloster Zürich. Jahr 1231.

IN DEI NOMINE AMEN. Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis. I. [1]) miseratione divina. Ancillarum Christi in ecclesia turicensi humilis ancilla. Salutem in omnium salvatore. Quicunque heredibus carentes ecclesias conventuales in quibus perpetuo reficiuntur Christo militantes heredes sibi substituunt. illi se pro certo in celesti palatio Christi constituunt coheredes. Clareat igitur tam presentibus quam post futuris omnibus bone voluntatis hominibus. quod. C. civis turicensis ad quem iure proprietario fundus predii in Stamphibach pertinebat. cum uxore sua G. cui idem predium iure dotali ab ipso collatum fuerat. cum omni iure quod habebant vel habere videbantur. in domibus territoriis circumiacentibus et vinea adiacenti ac parte fundi in ripa Lindimaci huic predio spectanti. ad principale altare. b. martirum Felicis et Regule in abbatia contulerunt. Ita tamen quod H. reverendus in Christo abbas sancti Blasii. supradicto C. XIII. marcas argenti puri ad manum publice persolvit. tali condicione. quod pretaxatus abbas et ecclesia sancti Blasii. eiusdem predii de manu nostra iure hereditario pro dimidia libra cere nomine perpetui census singulis annis in festo predictorum martirum persolvenda. perpetua gaudeant possessione. Sane memoratus abbas finitis VI. septimanis et insuper trium dierum spatio. quibus ipse et ecclesia sua in possessione eiusdem predii fuerant. secundum quod iusticia civilisque consuetudo exigebant. sepedictum C. cum uxore sua G. in eodem predio nisi sponte cedant usque ad terminum vite sue quiete residentiam facere permittebat. tali forma quod dictus abbas ac sui fratres. omnem commoditatem et utilitatem quam volunt vel possunt ibidem habeant. prefatus vero C. vineam colat et illius usufructum integre percipiat. pro duobus serociis bonis de Uren et una libra piperis et dimidia libra cere annuatim in purificatione ecclesie sancti Blasii persolvendis. — Sub eadem quoque donationis b. martiribus et reinfeodationis

ecclesie sancti Blasii forma. pro una libra cere. H. ingimuere cum uxore sua L. receptis a sepedicto abbate. XIII marcis argenti puri ad manum vineam in Goltpach et territorium apud Kazinsturli libere contulerunt. se ipsos ad eandem ecclesiam personaliter transferentes. Acta sunt hec ante principale altare sanctorum martirum F. et R. in abbatia. Anno domini M.CC.XXIIII. Indictione XII. [1]) Anno vero domini M.CC.XXXI. Epactis. XV. Concurrentibus II. Sepefatus abbas predium H. militis de Hottingin. supra scripto predio in Stamphibach contiguum et ab ipso quondam per terminos divisum. pro quadraginta marcis argenti puri. fratribus ipsius carnalibus presentibus et consentientibus. sue ecclesie comparavit et superiori ordine in omnibus plenarie servato duos tamen denarios ab hoc annuatim statuit persolvendos. Ut autem hec inconcussa permaneant. hanc paginam inde fecimus conscribi. et tam nostri quam domini abbatis sancti Blasii sigillorum munimine roborari. Testes autem qui his omnibus interfuerunt contractibus sunt hii. R. [2]) prepositus turicensis. C. prepositus Imbriacensis. B. plebanus prepositure. R. plebanus abbatie. C. plebanus sancti Petri. R. de Rumilanch. H. de Telliwilare. Wl. de Kilcdorf plebani. Wer. et R. fratres Bibere. Huc blumo. C. de Lunkunft. H. Judiman. H. Mulnare. Hugo et H. fratres Brunin. H. de Borsinchoven. milites. Ber. F. H. fratres in Renniwege. Wer. Bokili. F. filius eius. H. Gnursare. O. et L. Manezin. H. filius pistoris. C. de Stamphibac. C. Hendili et alii quam plures tam clerici quam laici in domino feliciter. AMEN.

[1]) Die Urkunde ist bis hieher genaue Wiederholung und Bestätigung derjenigen von anno 1224 oben, mit Ausnahme desjenigen, was dort über Pfründen in St. Blasien, Berau und Sitzenkirch für den Verkäufer C., seine Gattinn G. und Tochter G. ausbedungen wird. — Von hier an folgt erst der neue in der Ueberschrift gegebne Inhalt. [2]) Rudolf von Hottingen.

Staatsarchiv Zürich (*Das Siegel der Aebtissinn Judenta, wie in B. 74, hängt. Dasjenige des Abts von St. Blasien, Hermann (II.), fehlt.*)

80.

Heinrich (VII.), Römischer König, gebietet seinen Amtleuten und Getreuen in Uri, das Kloster Wettingen auf alle Weise zu schirmen, von dessen Besitzungen und Leuten keinerlei Abgaben zu verlangen und an den Orten, die zur Vogtei des Königs gehören, sie nicht schlimmer, als zur Zeit des Stifters, zu behandeln.

Esslingen. 5. Juni 1233.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Officiatis et Procuratoribus ceterisque fidelibus suis in Uren constitutis gratiam suam et omne bonum. Mandamus vobis quatenus monasterium de Wettingen quod sub nostram protectionem recipimus auctoritate nostra modis omnibus defensetis nec in possessiones seu in homines ejusdem monasterii exactiones seu tallias aliquas fa-

ciatis. In locis vero, que nostre attinent advocatie, de quibus nobis servitia fieri consueverunt, volumus, quod honeste atque modeste ipsos tractetis nec pejoris eos conditionis faciatis, quam temporibus fundatoris sui fuerint. Siquidem sub nostra dominatione ampliori eos volumus pace atque securitate gaudere. Datum apud Etzelingen. Nonas Junii. Indictione sexta.

Tschudi. Chron. helv. I. 128.

81.

Heinrich (VII.), Römischer König, befiehlt dem Ammann und den Leuten gemeinlich von Uri, von den dortigen Leuten des Klosters Wettingen durchaus keine Steuern oder Abgaben einzufordern.

Hagenau. 26. April 1234.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus fidelibus suis Ministro et universis hominibus Uraniae gratiam suam et omne bonum. Cum ex consueta benevolentia nostra Cisterciensem ordinem sincerius diligamus, jura et libertates fratrum ejus volumus inviolabiliter observari. Mandamus vobis sub poena gratie nostre districte precipientes, quatenus ab hominibus claustri de Wettingen in valle Uraniae constitutis nullam prorsus exactionem vel precariam requiratis, quoniam nolumus, ut fiat aliqua ratione; sed volumus, ut gaudeant omni libertate, qua ab antiquo ordo et fratres Cistertienses sunt gavisi. Indubitanter scituri, quod quicumque vestrum infringere mandatum nostrum presumpserit in hac parte, in rebus eum proinde et in corpore puniemus, quia dictum claustrum sub nostram protectionem et Imperii recipimus specialem. Datum apud Hagenowe. VI Kal. Maii. Indictione septima.

Tschudi. Chron. helv. I. 130.

82.

Heinrich (VII.), Römischer König, begwältigt die Aebtissinn in Zürich, die der Abtei gehörige Mühle zu Boncisbuel nebst den anliegenden Aeckern dem Kloster Capell zu Erbe zu übertragen.

Nürnberg. 4. Juni 1234.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus. dilecte sibi in Christo. Abbatisse Turicensi [1]) gratiam suam et omne bonum. Quemadmodum postulavit a nobis dilectus in Christo. Abbas de Cappella [2]) Cysterciensis ordinis et Constanciensis diocesis devotis suis precibus inclinati, duximus annuendum, ut molendina in boncispuel [3]) cum quibusdam agris juxta eadem molendina positis sibi et Ecclesie sue possis concedere perpetuo possidenda, sub annuo certo censu, secun-

dum quod inter vos duxeritis concordandum. Datum apud Nueremberg. II Nonas Junii. Indictione VII.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Guido, vergl. B. 67. [3]) Boncisbuel, eine Gegend dicht bei Zürich, wahrscheinlich bei der jetzigen äussern Mühle an der Sihl.

Staatsarchiv Zürich. (*Ohne Siegel.*) — — *Abgedruckt* (*im Auszuge*): *Arch. f. Schw. Gesch. I.* 91. *Reg. der Arch. d. Schw. Eidg. B. I. Heft.* 3. *nr.* 19. *Böhmer Reg. Heinrichs* (*VII.*) *nr.* 334.

83.

Urkunde König Heinrichs betreffend Heimfall von Jahr und Tag erledigten Lehen.

Hagenau. 6. October 1234.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus universis presentem literam visuris gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium notum esse volumus uniuersis quod ad requisitionem dilecte principis nostre [1]) venerabilis Abbatisse Thuricensis [2]) talis coram serenitate nostra lata est sententia et a principibus ac magnatibus Imperii approbata, quod quicunque feudum suum a domino feudi siue feudatario ad annum et diem recipere uel requirere neglexerit, ex tunc feudum ad dominum feudi reuertatur et de ipso habeat licentiam et liberam facultatem ordinandi siue disponendi pro sue arbitrio voluntatis. ut autem super huiusmodi sententia nulla dubitatio oriri possit, presentem cedulam sigillo nostre maiestatis fecimus roborari. Datum apud Hagnowe pridie non. Octobr. Indict. VIII.

[1]) Zum ersten Male erhält die Aebtissinn hier den Fürstentitel. [2]) Judenta von Hagenbuch.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt. Abbildung bei Sch. et L. XI.*) — *Abgedruckt: N. C. D. nr.* 908. *Pertz Mon. Germ. IV. pag.* 304. *Im Auszuge: Archiv f. Schw. Gesch. I.* 90 (*mit Jahr* 1220; *aber Titel, Siegel und Indiction weisen auf anno* 1234). *Böhmer Reg. Heinrichs* (*VII.*) *nr.* 356. — *Abschriften: Haer. fol. LXXIIII a. Doc. Abb. I.* 158. *Sch. C. D.* 472 *b.*

84.

Aebtissinn Judenta beurkundet, resp. stiftet einen Vergleich zwischen dem Kellner zu Stadelhofen nebst seinen Brüdern, an ihrer Statt, einerseits und dem Propst und Convent auf dem Zürichberg anderseits betreffend einen Weg über der Abtei zinsbares Land.

Adlisberg bei Zürich. Jahr 1234.

Universis tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Judenta [1]) Dei gratia Abbatissa Turicensis rei geste noticiam. Quoniam que in tempore aguntur, labuntur etiam cum tempore,

et quia vita hominum vapor est ad modicum parens, et defluens ad aque similitudinem decrescentis, antiquorum discreta prioritas hoc decrevit, ut per scripture presentiam retroacti gesta temporis ad futurorum successiones tamquam recencia perferantur. Notum sit igitur universis, quod cum inter nos et Cellarium [2]) nostrum de Stadilhovin et fratres eius loco nostri ex una parte, et Prepositum Hermannum [3]) et ejus fratres ex parte altera pro quadam via, que ducit a strata publica per predium, quod predicti a nobis pro censu possident, nam ejus proprietas ad nostrum noscitur monasterium pertinere, usque ad predium Ecclesie montis Turicini, quod situm est super Adlisperch [4]) questio verteretur, tandem partes ex communi consensu taliter in concordiam redierunt, quod antedictus Prepositus viam, pro qua erat contentio, alteri parti liberam relinqueret, et nos viam aliam XX pedum latitudinis per aliam proprietatem Ecclesie nostre pro annuo censu, duobus videlicet quartalibus tritici mensure Turicensis jure feodali Ecclesie sepedicti Prepositi assignaremus perpetuo, quod et fecimus cum jure predicto et omni diligencia qua debuimus et cautela. Et hec secunda via sicut et prior a strata publica usque ad supradictum predium in longitudine se protendit. Et ut prestita compositio amicabilis permaneat inviolabilis et rata perpetuo, neve ullatenus vetustate temporis elabatur memoria de predictis, testimonio scripture decernimus conservari. Hec etiam ut majoris robur obtineant firmitatis sigilli nostri munimine consignavimus et petivimus sigillo conventus Canonicorum Turicensium communiri. Acta sunt autem hec Anno ab incarnacione Domini MCCXXXIIII. supra viam novam, cujus supra fecimus mencionem, presentibus Heinrico Brunone advocato [5]). Heinrico Molendinario. Heinrico Judimanno · militibus Turicensibus. Cunone milite de Tubiladorft, Berchtoldo an deme Renniwege [6]), Heinrico qui dicitur Schwehart, civibus Turicensibus, Ulrico ministro de monte Turicino [7]) et aliis pluribus.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) I. e. „*cellerarius*“, der Kellner der Abtei. Er hiess: Chuonrad. Vergl. B. 74. [3]) und [4]) Vergl. B. 74. 5) Der dritte, bekannte Reichsvogt aus städtischem Geschlechte. Vergl. B. 75. 78. [6]) Der hultheiss? Vergl. B. 72. [7]) Ein Beamter des Chorherrenstiftes Zürich, der Abtei oder des Klosters Zürichberg.

Sch. C. D. nr. 465. *Abschrift: Doc. Abb. I.* 228.

85.

Aebtissinn Judenta bittet den Bischof von Konstanz um Bestätigung der Verleihung einer zur Kirche Cham gehörigen Hofstatt an das Kloster Engelberg.

(Kloster Zürich). 16. Januar 1235.

Venerabili in Christo patri Heinrico [1]) Dei gratia Constantiensi episcopo Judenta [2]), divina providentia monasterii Thuricensis abbatissa devotam in Christo obedientiam. — Paternitati vestrae — presentibus declaramus, quod nos ad petitionem et instantiam venerabilis in Christo H. [3]) abbatis Montis Angelorum eidem ac suis successoribus in cimiterio ecclesiae in Kamo [4]), uis patronatus cuius ad nos dinoscitur spectare, aream sive curtile, super quo domus granarii est edificata, voluntate Rodolfi ipsius ecclesie plebani accedente, concessimus in perpetuum, ita quod annuatim dicte ecclesie de ipso granario Turicensis denarius in censu persolvatur. Rogamus ergo, ut huic facto assen-

sum prebeatis, ipsumque confirmetis, ad maiorem firmitatem vestrum sigillum presenti cedule apponendo. Acta sunt hec anno Dominicae incarnationis MCCXXXV. XVII. Kalendis Februarii. indict. septima [5]).

[1]) Heinrich von Tanne, Bischof von Konstanz anno 1233—1248; Erbauer der Burg Tanegg im Thurgau um 1240. (*Pupikofer Gesch. des Thurg. I.* 135). [2]) Judenta von Hagenbuch. [3]) Heinrich II., Abt von Engelberg anno 1224—1241. Aus dem Geschlechte »Arnold« von Spiringen im Lande Uri. (Vergl. *Versuch e. urk. Darstellg. des reichsfr. Stiftes Engelberg. Luzern* 1846. *S.* 65. 66.) [4]) Cham am Zugersee. Vergl. B. 4. [5]) Anno 1235 ist Indictio VIII.

Neug. Cod. dipl. nr. DCCCCXXV.

86.

Aebtissinn Judenta belehnt das Kloster Oetenbach mit einem Acker nächst dessen Hause, welcher von Ritter Konrad von Kloten, seiner Gattinn Elisabeth und ihren Söhnen aufgegeben worden.

(Kloster Zürich.) Jahr 1238.

J. [1]) miseratione divina Turicensis Abbatissa. omnibus presentem paginam inspecturis rei geste noticiam. Notum facimus universis qualiter Chounradus miles dictus de Chlotun [2]) et Elizabeta uxor eius. Chounradus. Reinhardus. Heinricus. Roudegerus. Roudolfus filii eorum. omni iure quod eis competebat vel competere potuisset in agro sito iuxta domum Sororum de Otinbac [3]) in manus nostras renunciarunt et libere cesserunt. quoniam eundem agrum a nobis cum aliis possessionibus pro annuo censu trium solidorum in feudum hactenus habuerunt. promittentes quod deinceps eundem censum sine diminutione nobis de ceteris persolvant. Ad hec nobis humiliter supplicarunt quatinus iam dictum agrum . . Priorisse et Sororibus de Otinbach in hereditarium feodum sub perpetue infeodationis titulo pro censu Constantiensis denarii [4]) in festo Sanctorum Felicis et Regule. annuatim persolvendo. concedere dignaremur. cum ipsi pro salute anime sue hac ocasione ut eisdem sororibus dictus concederetur ager. a iure suo recessissent. Nos igitur iuris equitate et precibus eorum devicte eisdem sororibus sicut supradictum est eundem agrum duximus concedendum. et eis in testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine tradimus roboratum. Acta sunt hec Anno incarnationis domini. M.CC.XXXVIII. Indictione XI. Interfuerunt isti. Uol. Canonicus turicensis. Hu. de Affoltrangen [5]). H. de Masinanc [6]) plebani. Hc. de Lunchunft. R. de Chlotun milites. C. filius eius. Wer. Bochilinus senior et alii quam plures.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) »Von Kloten«, ein städtisches Geschlecht in Zürich. [3]) Die Augustinerinnen am ehemaligen Oedenbach, jetzigen Riesbach bei Zürich. Ihr Kloster stand nahe beim Ausflusse dieses Baches in den Zürichsee, bis zu seiner Verlegung in die Stadt um anno 1285. [4]) Warum nicht Turicensis denarii? [5]) Affeltrangen im Thurgau. [6]) Mosnang im Toggenburg.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn, wie in B.* 74, *hängt.*)

87.

Die beiden Grafen Hartmann von Kiburg übertragen die Hälfte ihres Rechtes an J. von Bonstetten auf die Schutzheiligen der Abtei: Protus, Hiacintus, Felix und Regula.

Kiburg. 11. April 1240.

Reverende et in Christo dilecte domine. J. [1]) abbatisse Turicensi totique eiusdem loci capitulo. H. et H. Comites de kiburch [2]) salutem in salvatore omnium. et debitum cum reverentia famulatum. Cum illorum precipue peticio qui affectuose diliguntur. cum affectu exaudienda sit. Tenore presentium reverentiam vestram certificamus. quod ad peticionem. O. predicatoris dilecti nostri de ordine minorum fratrum. ius nostrum in J. de bounsteten. huc usque habitum pro dimidia parte in sanctos martires Prothum. Jacinctum. Felicem. et Regulam patronos vestros libere transferimus. conditionem suam et liberorum ipsius. sub tali spe commutantes. ut rebus patris ab ecclesia vestra quocumque jure possessis. vel possidendis. hereditario jure post mortem ipsius succedere non inpediantur. datum apud kiburch. Anno M.CC.XL. III. Idus aprilis.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Hartmann, der ältere, und sein Neffe, Hartmann, der jüngere, Grafen von Kiburg.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des ältern Grafen hängt*). — *Abgedruckt: Herrg. Gen. dipl. Prob. nr.* 314. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 236. *Sch. C. D. nr.* 418 *a.*

88.

Rudolf Manezze, Subdiacon der Abtei, anerkennt, einen Acker in Riesbach behufs Anpflanzung von Reben und zu lebenslänglicher Benutzung von der Abtei erhalten zu haben.

(Kloster Zürich). Jahr 1240. [1])

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Anno incarnationis domini MCCXL. indictione tercia decima Ego Ruodolfus dictus Manezze Abbatie subdiaconus et prepositure Turicensis canonicus [2]) omnibus presentem paginam inspecturis notitiam rei geste. Noverint tam presentes quam futuri quod ego apud Reverendam in Christo J. [3]) Dei gratia Abbatissam et Conventum Turicensem agrum situm in Riespach [4]) contiguum agro aureo mihi obtinui concedi in hunc modum ut ibidem vineam plantarem tempore vite mee possidendam. Post obitum vero meum sine contradictione qualibet heredum vel successorum meorum libere ad communes usus cenobii revertatur. Et ego protestor predicta vera esse et fide data promisi ea firmiter observare. Insuper statui ut nulli heredum sive successorum meorum liceat a dicto monasterio post meum decessum de vinea iam dicta melioracionis conpensationem vel expensarum refusionem petere. sed ut iam dictum est cum omni utilitate sine quolibet onere cedat cenobio memorato. Ne autem predicta ab aliqua persona valeant ir-

ritari oblivionis causa aliave occasione sumta presentem paginam cum nominibus testium qui huic facto interfuerunt conscribi petii et sigillis reverende iam dicte Abbatisse et de Turego et de monte Turicino prepositorum [5]) nec non prioris fratrum predicatorum Turicens. procuravi communiri. Testes autem sunt hi Magister C. et C. Sancti Petri in Turego plebani. Magister H. de Masenang et B. de Svenningen [6]) plebani R. Martius Canon. Turicen. Rudegerus Manezze advocatus [7]) C. et Hu. de Lunchuft. Ul. scultetus. H. Martius, H. bruno milites. Lütoldus manezze C. et H. filius eius Manezzen. C. de Gazen. H. de vallo. Fr. filius Marquardi. H. Milcheli. Ul. Trembelli. et alii quam plures cives Turicen.

[1]) Die Indiction zeigt, dass die Urkunde vor den 24. Sept. 1240 fällt. [2]) Pfründen an der Abtei und am Chorherrenstift Zürich vereinigt, wie in vielen spätern Beispielen. [3]) Judenta von Hagenbuch. [4]) Riesbach bei Zürich. [5]) Der Probst des Chorherrenstifts Zürich: Wernher Blum († 29. Januar 1258), und der Probst der Augustiner auf dem Zürichberg. [6]) Swenningen bei Villingen im Schwarzwalde. Die Collatur daselbst stand dem Chorherrenstift Zürich zu. [7]) Der vierte bekannte Reichsvogt aus städtischem Geschlechte. Vergl. B. 75. 78. 84.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn Judenta, wie in B. 74, des Probsts Werner, des Probstes von Zürichberg und des Priors der Prediger in Zürich hängen; letztere beide ohne Andeutung der Namen*). — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 232.

89.

Schutzbrief König Konrads IV. für das Münzrecht der Aebtissinn in Zürich.

Schaffhausen. 11. October 1241.

Cuonradus diui Augusti Imperatoris Friderici filius Dei gratia Romanorum in Regem electus semper Augustus et heres regni Jerosolymitani [1]), aduocato et uniuersis ciuibus Thuricensibus fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Significavit celsitudini nostre dilecta princeps et fidelis nostra venerabilis Thuricensis Abbatissa [2]), quia in moneta sua quam tenet a nobis et a culmine imperiali ratione feudi et in ceteris juribus suis derogetur, in tantum quod in debitis pensionibus et consuetis sibi et sue ecclesie persoluendis defectum intollerabilem paciatur. cum ergo huiusmodi injuriis et grauaminibus obuiare debeamus, mandamus vobis per obtentum gratie domini et patris nostri ac nostre firmiter et districte precipientes, quatinus in vestro districtu nullos permittatis denarios dari in preiudicium et grauamen dicte fidelis nostre ac monete sue, nisi sub cambio competenti, in ceteris quoque juribus ipsam abbatissam et ecclesiam suam teneatis in debitis usibus et honorificentiis, ut deinceps in hac parte de vobis non possit habere materiam conquerendi. Datum apud Scafh. XI Octobris XV Indict. [3]).

[1]) Aus diesem in der Urkunde abgekürzten Worte haben (nach *Härings* Abschrift) Manche den Namen des Zürcherischen Reichsvogts gemacht. *Hottinger* schreibt: *Serlin advocato* etc., *Neugart*: *Terlin advocato* etc. [2]) Judenta von Hagenbuch. [3]) Bei dem Briefe liegt folgendes Pergament (zufolge der Schrift und der vorkommenden Namen gleichzeitig):

„*Moneta concessa est R. de Munsterhove, Jacobo Tutin, fratribus dictis Tye, F. de ponte, H. Milchelino, H. derrere, et H. pravo, sub hac forma ut quinquaginta solidi et XVIII denarii ponderent unam marcam, triginta vero dn. debent consti-*

tuere puram marcam argenti et expediant omnia jura, et domine mee persolvent IIII marcas. Annus eorum incepit in festo crucis et quilibet ipsorum pro altero fidejussit.

Istis presentibus renuntiavit petrus dictus holtzman in manus domine mee abbatisse jure quod sibi competebat in vinea stadelhovin, Uol. sculteto Wern. Castore, Hugone de lunchuft, F. et Uol. fratribus in foro, Heinrico Shuhardo et C. burdinere et aliis compluribus.«

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Königs ist abgerissen. Häring sah es noch.*) — *Abgedruckt: Hott. Spec. tig. pag.* 25. *N. C. D. nr.* 931. (*Irrig:* 1242). *Archiv f. Schw. Gesch. I.* 91. (*Irrig:* 1242.) *Böhm. Reg. Conrads IV. nr.* 39. — *Abschriften: Haer. fol. LXXIII a. Doc. Abb. I.* 162. *XII.* 1029.

90.

Aebtissinn Judenta überträgt dem Kloster Oetenbach ein Grundstück im Riesbach, mit Einwilligung des Convents, Jacob Mülners, des Meiers von Stadelhofen und Bischofs Heinrich von Konstanz.

(Kloster Zürich.) 13. Februar 1243.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. J.[1]) divina providentia Abbatissa. Totusque Conventus Monasterii Turicensis Constanciensis dioceseos. Omnibus presentem literam inspecturis inperpetuum. Novercari solet rerum noticie. processus temporis. nisi scripti memoria perhennetur. Innotescat igitur presentibus et futuris. quod nos deliberato consilio et unanimi consensu conventus. nec non voluntate Jacobi Molendinarii villici de Stadelhoven etiam accedente. agrum quendam apud Riespach situm. piscationis officio pertinentem. Religiosis feminis . . Priorisse ac Conventui de Oetenbach. ordinis sancti sixti de Urbe. de omni iure. quo et nos ipsum. vel piscatores nostri monasterii noscimur hactenus possedisse; iusto venditionis titulo pro. XI. Marcis puri et legalis Argenti videlicet. omni solempnitate iuris et consuetudinis que in hiis fieri consuevit adhibita; libere donamus. tranquilla pace perpetuo possidendum. et hanc pecuniam recepisse. et in utilitatem Monasterii majorem. conversam esse. presentibus confitemur. omni iure canonico civili et consuetudinario. nec non petitioni beneficii restitutionis in integrum. exceptioni non numerate pecunie. ac quibuslibet aliis exceptionibus nobis super dicta possessione contra dictum conventum nunc aut in futurum competentibus. sine dolo quolibet renunciantes. Ut autem predicta. bona fide facta. omni tempore rata permaneant et firma. nec super ipsa donatione valeat inposterum aliqua calumpnia suboriri; nos presentes literas. venerabilis domini. H.[2]) Constantiensis Episcopi facto huiusmodi assensum prebente. ac nostri et dicti Jacobi villici sigillorum munimine roboratas, dictis Priorisse suoque Conventui duximus concedendas. Nos Conventus Monasterii Turicensis. quia sigillo uti non consuevimus. Abbatisse nostre sigillo hic appenso. fruimur. et id nobis sufficere profitemur[3]). Nos. H. Dei gratia Constantiensis Ecclesie Episcopus. de unanimi Consensu. Capituli nostri. ad preces Reverende. J. Abbatisse ac predicti Conventus. nec non villici prefati. presenti donationi benignum prebentes assensum, ipsam auctoritate confirmamus ordinaria per presentem literam. nostri sigilli munimine consignitam. Testes qui huic facto intererant sunt hii. de Lucila. de Paris et de Sancto Urbano Abbates.[4]) Cisterciensis ordinis. frater Burchardus lector. frater Hugo Argentinen. de ordine predicatorum in Tu-

rego. Magister Thomas. Otto Manez. Can. Turicen. Magister H. Sancti Petri. H. de Eshenze [5]) et. H. de Sarmanstorf [6]) plebani. C. H. et. H. fratres de Lunchuft milites turicenses et alii quam plures. Acta sunt hec Anno dominice Incarnationis. M.CC.XL.III. Idus Febr. Indict. prima.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Heinrich von Tanne. Vergl. B. 85. [3]) Bemerkenswerth. [4]) Die Aebte von Lücel, Päris (im Elsass) und St. Urban. [5]) Eschenz, Kts. Thurgau. [6]) Sarmansdorf, Kts. Aargau.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel des Bischofs, der Aebtissinn Judenta, wie in B. 74, und Jacob Mülners hängen.*)

91.

Jacob und Burkhard, Gebrüder von Muoringen, übergeben ihren Hörigen, Heinrich, von Muoringen, der Abtei in Zürich für zehn Mark.

Im Mai 1243.

Laudabilis est scripture thesaurus. memoriam enim suscitat et emergentibus occurrens calumniis acciorum [1]) seriem sua incommutabili loquitur veritate. huius itaque rationis provectu. Ego. Jacobus et. B. dicti de Muoringun [2]) presentis pagine testimonio presentibus et posteris notum fieri volumus, quod nos hominem unum henricum nomine de Muoringun qui iure proprietatis ad nos spectabat. uxoribus et filiis et filiabus nostris approbantibus et de consensu. Ruodolfi. comitis et fratrum suorum de novocastro dominorum nostrorum contulimus pro Dei amore ecclesie sanctorum martirum. Felicis et Regule Turicen. et resignavimus eundem libere cum omnibus suis successoribus eidem ecclesie. in perpetuum. Maxime quia contractus decem marcarum pro eadem donacione inter nos et eandem ecclesiam intervenit. Testes dominus. Burchardus de Tesson. [3]) Uolricus. de Buhceccha [4]). Uolricus. de Nidowa [5]). Gerardus. de Ins [6]). Berchtoldus de Belle [7]). henricus braban. Ut autem hec donacio firma habeatur sigillis predictorum dominorum nostrorum. Ruodolfi. comitis et Ottonis prepositi Solodorensis. et. Henrici. Archidiaconi Basiliensis. Berchtoldi domini de Vallenthis. Uolrici. domini de Strazberch. fratrum suorum [8]). presens est pagina sigillata. Facta sunt hec anno domini. M.CC.XL.III. Mense. Maio.

[1]) *Actorum?* [2]) Möringen, Kgd. Teufelen im Bernischen Amte Nidau. [3]) Tessen, Kts. Bern. [4]) Buchegg, Kts. Solothurn. [5]) Nidau und [6]) Ins oder Anet, Amt Erlach, Kts. Bern. [7]) Bellach, Amt Läbern, Kts. Solothurn. [8]) Die fünf Brüder vom Hause Neuenburg: Rudolf (III.) Graf von N.; Otto, Domprobst zu Solothurn; Berchtold von Valangin, nachmals von Strassberg genannt; Heinrich, Archidiaconus, Domprobst, und endlich Bischof zu Basel; und Ulrich von Strassberg. Vergl. *Kopp. Eidg. B. III.* 61.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel Graf Rudolfs fehlt, diejenigen der Brüder Otto, Heinrich und Berchtold hängen; vom einstigen Dasein eines fünften ist keine Spur.*) — *Abgedruckt: N. C. D. nr.* 932. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 240. *Sch. C. D. nr.* 485. *a.*

92.

Jacob und Burkhard, Gebrüder von Muoringen, entlassen Heinrich von Muoringen der Leibeigenschaft und übergeben ihn der Abtei Zürich.

(Zürich.) 20. Juni 1243.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Evanescunt simul cum tempore. que geruntur in tempore. nisi recipiant aut testimonium. aut a scripti memoria firmamentum. Innotescet igitur presentibus et futuris. quod Nos Jacobus et Burchardus fratres dicti de Moringen. servum nostrum. Heinricum dictum de Moringen. ad nos jure proprietatis pertinentem. ad peticionem amicorum nostrorum quorundam. et pro. X. Marcarum argenti precio. nobis datis ab eodem. cum universis heredibus. nunc aut in futurum sibi nascituris. ab omni debito relaxavimus servitutis. omni juri nobis aut uxoribus vel etiam heredibus competenti in eo. accedente etiam voluntate et assensu domini nostri. R. Comitis de Niwenburg. penitus renunciantes. ipsum cum tota successione sua. Sanctis Martiribus Felici et Regule apud abbaciam Monasterii Turicensis libere donavimus. in presentia testium subscriptorum. Et ne super hiis. a nobis vel a natis aut uxoribus nostris. huic donationi assensum prebentibus. vel etiam a dicto domino nostro Comite. R. de Niuenburg aliqua postmodum calumpnia valeat suboriri. dicte relaxationis ac donationis titulum. mandari literis fecimus presentibus. sigillo dicti comitis cum non utamur sigillis propriis communitis. Testes qui intererant hiis. H. et C. Judemanni. Wer. Biber. H. de Lunchuft. Oul. et B. shaflini. C. de vico. H. de Mulimat. E. de Tellinkon. Oul. sancti Nicolai [1]). et. O. Manez. can. Turicen. Acta sunt hec. Anno ab incarnatione domini. Millesimo. CC.XL. tercio XX Junii [2]).

[1]) Der Caplan des St. Nicolaus Altars in der Abtei Zürich. [2]) Die Urkunde ist nach den Zeugen zu schliessen in Zürich ausgestellt.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel Graf Rudolfs hängt.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 244. *Sch. C. D. nr.* 285 *b.*

93.

Die Universitas de Urania besiegelt eine Vergabung Konrads von Engelberg an das dortige Kloster. — Aelteste Erwähnung des Landsiegels von Uri. —

Luzern. 24. August 1243.

Conradus de monte Angelorum, Tilia cum uxore. filiisque H. et Walthero, Wernhero abbati [1]) montis Angelorum feoda resignat. Monasterium Lucernense, Universitasque de Urania sigillant.

Testes: Wilhelmus prepositus, Wernherus monachus, Magister Cuno plebanus de lucerna. Waltherus plebanus de Stannes. Waltherus miles de Lutowa. Wernh. miles de Wugelislo. Walth. mini-

ster de Lucerna. Cuonradus de Swingruoben. Joh. de Hiltisrieden. Nicl. villicus de Adelgeswil. Ruodeger..... Wernherus miles de Silenon. Walth. et Burch. Schuopfere et alii quamplures [2]).

[1]) Wernher Stauffacher, Abt von Engelberg, anno 1241—1250. *Versuch Engelberg pag.* 78. [2]) Ueber diese älteste Spur eines Landessiegels von Uri s. *Kopp. Eid. B. II.* 219, 1. 253, 4 und 271, 2. Eine Abbildung desselben und Aufzählung von Urkunden, an denen es sich noch findet, s. *Geschichtsfreund B. VIII. S.* 15. 290. *Tafel I.* 2. — (Was sich auf Uri bezieht, haben wir durch gesperrte Schrift herausgehoben.)

Versuch Engelberg. S. 144.

94.

Aebtissinn Judenta siegelt den Verzicht Konrads Alber, Bürgers von Zürich, auf das feudum panni des Klosters Pfävers.

Zürich. Jahr 1243.

Cuon. dictus Alber [1]), civis thuricensis, feudum panni, quo ab ecclesia Fabariensi jam longis temporibus fuerat infeudatus domino suo H.[2]) Fabariensi abbati vendit atque resignat pro XII marcis argenti, renuntians idcirco omni accioni seu exaccioni seu omni vicio litigiosi contractus quem ipse vel heredes sui in posterum super eodem feudo habere possent. Actum Thuregi anno incarnationis domini MCCXLIII. Regnante excellentissimo F. Romanorum imperatore et filio suo Cuon. rege Suevie. sub Henrico Constantiensi Episcopo. Testes: W. prepositus Turicensis [3]). dom. C. de Vilingen. H. plebanus in Walastadi. Burch. plebanus in Eschans. clerici. H. dictus Judeman. dom. de Schoninwert. H. dictus de Lunchuft. dom. C. de Lunchuft. dom. C. Wallo. dom. H. de Curia. dom. Uol. de Schoniwert milites. Uol. Shaphili dom. H. dictus Merho [4]) et alii quamplures. Sig. Hugo abbas Fabariensis. Judenta, abbatissa Turicensis et cives Turicenses.

[1]) Albus? [2]) Hugo (II.) von Villingen, Abt von Pfävers von anno 1233 – (10. April) 1245. [3]) Wernher Blum; s. B. 88. [4]) Merzo? (Ein altes Zürcherisches Geschlecht hiess so. S. unten Urk. 9. Juli 1262 und März 1265.)

Regesten der Archive der Schw. Eidg. B. I. Heft 4. nr. 35.

95.

Schutzbrief Pabsts Innocenz IV. für die Personen und Güter der Abtei, und insbesondere Bestätigung der Rechte an der Kirche zu Altorf in Uri und deren Pertinenzen.

Rom. 30. Januar 1244.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus . . Abbatisse [1]) et Contui Monasterii sanctorum Felicis et Regule ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facile prebere consensum.

et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecte in domino filia vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu. personas vestras et Monasterium sanctorum Felicis et Regule in quo divino estis obsequio mancipate cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscepimus. Specialiter autem ecclesiam de Altdorf in Huren cum pertinentiis suis terras et alia bona vostra sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit indignationem omnipotentis Dei. et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Lateran III. kal. Februar. Pontificatus nostri Anno primo.

[1]) Judenta von Hagenbuch.

Stiftsarchiv Zürich. (*Bleierne Bulle an gelb und roth seidener Schnur. S. Sch. et L. VII.*) — *Abgedruckt: Geschichtsfrd. VIII.* 8. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 241. *Sch. C. D. nr.* 483 *a.*

96.

Der Bischof von Konstanz tauscht mit Aebtissinn und Convent in Zürich die ihm zustehende Quart an den Zehnten zu Altorf und Bürglen gegen den Kirchensatz zu Cham.

Konstanz. 19. Juni 1244.

Henricus [1]) Dei gratia Constantiensis Episcopus universis Christi fidelibus salutem in domino. cum notitia rei gestae. Quoniam in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus ut alter alterius onera supportemus taliter obligamur ut hinc inde nichilominus ecclesiarum indempnitatibus caveatur. Noverint igitur tam posteri quam praesentes. quod cum reverenda in Christo Judinta [2]) Abbatissa. totusque conventus monasterii Turicensis in decimis, quibus dictum monasterium in Altorf et in Burgelun. annis singulis sustentatur. de quarto in quartum annum ratione decimarum quarte nostre nobis debitis et solvendis defectum non modicum pateretur, nobis humiliter supplicarunt, ut super dispendio hujusmodi. quem pro nostris viribus requirendis in prebendis suis cosueverant sustinere, paterno affectu eisdem conpati dignaremur. Communicato itaque hinc inde consilio sapientum talis permutatio tam ad nostre ecclesie quam ad ipsius monasterii commodum intercessit. Abbatissa cenobii memorata jus patronatus ecclesie kamo [3]), quod ad ipsam de jure dinoscitur pertinere, nobis nostrisque successoribus pleno jure de consensu conventus sui contulit perpetuo possidendum, ita quod proventus ipsius ecclesie ad nostram nostrorumque successorum mensam decetero pertineant aliquo contradictionis obstaculo non obstante. Nos quoque consensu nostri capituli accedente abbatisse sepedicte et eidem succedentibus in posterum ac ipsi monasterio decimas ecclesiarum in Altorf et in Burgelun ad nos ratione circuitus pertinentes remisimus concessimus et donavimus pleno

jure permutationis titulo perpetuo possidendas prout illas hactenus percepimus vel percipere poteramus. Ad hec ex parte nostra nostreque ecclesie, abbatisse suique monasterii, omni iuri sive actioni hinc inde extitit renunciatum quo permutatio huius posset aliquatenus irritari. Ut autem permutatio concepta in posterum maneat inconcussa duo paria conscribi placuit litterarum et tribus sigillis nostri nostrique capituli ac prelibate abbatisse munimine roborari, quorum unum in nostro secretario alterum in monasterio sepedicto decrevimus reponendum. Acta sunt hec in secretario Constantiensi Anno gratie MCCXLIIII, tercio decimo Kal. Julii Indictione prima, multis presentibus quorum nomina subnotantur. Peregrinus Prepositus. Burchardus decanus Uolricus thezaurius [4]). Eberardus prepositus sancti Stephani. Chuonradus scolasticus. Chuonradus prepositus Ymbriacensis [5]). Otteno. Albertus. Ruodolfus sacerdotes. Hainricus diaconus. Hilteboldus. Waltherus. Waltherus. Lutoldus subdiaconi. canonici nostrae eeclesiae et confratres. Nomina sanctimonialium in cenobio Turicensi assensum prebentium in hoc facto sunt ista. Chunza de loxingen. Mechtildis de wengen. Adilheidis de petirlo. Willebirch de hagenbuoch Gepa de wazzerburon. Berchta de thessen. Elisabeta de Schneggenburch. Hediwigis et Mectildis de wnnenberch. Berchta de Kemptun. Berchta de tuffen [6]) et alii quam plures feliciter. Amen.

[1]) Heinrich von Tanne; s. B. 85. [2]) Judenta von Hagenbuch. [3]) Cham; vergl. B. 4. 85. [4]) Thesaurarius. [5]) Konrad, Probst von Embrach; vgl. B. 84. 99. 100. [6]) Mehrere dieser Namen vgl. B. 78. – Pieterlo ist Pieterlen (Perles) im Bernischen Amte Büren. Wasserbüren wohl soviel als Büren (B. 78). Schnekenburg bei Weinfelden, Kts. Thurgau (s. *Pupikofer Gesch. des Thurg. I.* 124). Wunnenberg, nach *Stumpf* ebenfalls im Thurgau gelegen. (Wo? — Es gibt auch ein Wunnenberg im Elsass). Kempten und Tüfen im jetzigen Kt. Zürich.

Stadtarchiv Zürich. *Die Siegel des Bischofs, des Domkapitels Konstanz und der Aebtissinn Judenta — wie in B. 74 — hängen*). — *Abgedruckt: Zapf Monum. anecd. I.* 121. *Geschichtsfrd. VIII.* 8. — *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 260. *XI.* 958.

97.

Bischof Heinrich von Konstanz bewilligt der Aebtissinn in Zürich die Einkünfte der ihrem Patronat unterworfenen Kirche zu Altorf, so jedoch, dass sie daselbst einen beständigen Vicar halte.

Konstanz. 8. Juli 1244.

Henricus [1]) Dei gratia Constantiensis episcopus universis Christi fidelibus salutem in domino et notitiam rei geste. Cum superhabundavit iniquitas et refriguerit caritas multorum propter adinventiones hominum captiosas et malicias multiplices, dies non solum mali sed etiam pessimi appareant, manifestissimis argumentis secundum varietatem morborum medicinam congruam convenit adhiberi ut sic aliquatenus malicia temporis redimatur. Licet autem sapientibus et insipientibus debitores simus, loca tamen religiosa que diversis diversorum principum donationibus largitionibus privilegiis fundatorum seu quorumcumque munificentia dotata noscuntur, diligere fovere et in prospero conservare. quantum cum Deo possumus paterno affectu propensius intendimus ut debemus. Noverint igi-

tur tam posteri quam praesentes quod cum monasterium in Turego magnificentia regia sit fundatum, propter defectus tamen cottidianos advocatorum injurias et pressuras quas cottidie quasi sustinent minus juste, reverenda in Christo J.[2] Abbatissa et conventus ipsius monasterii nobis humiliter supplicarunt ut super his eisdem conpati dignaremur, aliquod eisdem remedium adhibentes quo in disciplina monastica possent commodius sustentari. Nos igitur super huiusmodi negotio tractatu habito diligenti earundem precibus inclinati reditus ecclesie Altorf cuius jus patronatus ad dicti monasterii Abbatissam noscitur pertinere memorate Abbatisse eidemque successoribus[3] capituli nostri accedente consensu pleno iure concessimus perpetuo possidendos. taliter decernentes ut in prelibata ecclesia perpetuus vicarius ordinetur. assignata eidem honesta portione qui domino et populo in divinis et ecclesiasticis sacramentis valeat deservire et nobis in spiritualibus debeat respondere. Ut autem hec nostra concessio seu donatio in posterum maneat inconcussa presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis fecimus roborari. Acta sunt hec anno gratie MCCXLIIII. Octavo Idus Julii. indictione prima. in capitulo nostro multis presentibus quorum nomina subnotantur. Peregrinus prepositus Burchardus Decanus. Uolricus custos. Eberardus prepositus sancti Stephani. Chuonradus Scolasticus. Chuonradus prepositus embriacensis.[4] Otteno. Ruodolfus. Albertus sacerdotes. Hainricus diaconus Waltherus. Hitteboldus. Waltherus. Lutholdus subdiaconus. Waltherus acolitus. et alii quamplures.

[1]) Heinrich von Tanne; s. B. 85. [2]) Judenta von Hagenbuch. [3]) Statt: „*succedentibus*“. [4]) s. B. 84. 96. 99. 100.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel des Bischofs und des Domkapitels hängen.*) — *Abgedruckt: Zapf. Mon. anecd. I.* 123. *Geschichtsfrd. VIII.* 10. — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 256.

98.

Graf Rudolf von Habsburg, der ältere, überträgt der Abtei den ihm eigenthümlichen Hügel Ramsfluh am Luzernersee mit der darauf stehenden Burg Neuhabsburg, und empfängt denselben wieder zu erblichem Lehen gegen drei Pfund Wachs jährlichen Zinses.

Kloster Zürich. 7. November 1244.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Vita brevis. hominum memoria labilis. malicia temporis. que adinventiones multiplicat captiosas. persuadent ea que geruntur in tempore sub scripture testimonio. ad noticiam seu memoriam transmitti posterorum. Notum sit igitur omnibus presentium inspectoribus. qualiter nobilis dominus. Ruodolfus Senior comes de habeburch[1]. Lantgravius alsatie. collem qui dicitur Ramesflue. cum appendiciis circumiacentibus clausis duobus rivulis ab utroque latere sibi proximis. usque ad ripam lacus qui dicitur Lucernensis. iure proprietario ad ipsum spectantem. in manus Reverende in Christo. Judente[2] Abbatisse Turicensis cum omni iure quo ad ipsum pertinere dinoscebatur libere resignavit. et iam dicta Abbatissa ipsum Comitem pre-

dicto colle cum suis appendiciis ut dictum est. insuper quibusdam aliis suis possessionibus infra prescriptos terminos sitis ad suum Monasterium spectantibus unanimi consilio et consensu sui conventus et omnium quorum intererat accedente. maxime cum sue ecclesie in hoc prospiceret utiliora. iure hereditario quod sibi suisque successoribus inconcussum maneret infeodavit. Ita videlicet quod de castro quod dicitur Novahabesburch in premisso colle constructo. et aliis prenotatis possessionibus tres libras cere. Ponderis Turicensis. In vigilia sanctorum Felicis et Regule ipsi monasterio sepedictus comes et sui posteri nomine census persolvant annuatim. Ut autem premissa debitam obtineant firmitatem presens pagina rogatu partium est conscripta. et sigillis ipsarum videlicet prenominate Abbatisse nomine suo et sui conventus qui proprium non habet sigillum. et ipsius. R. comitis. et Wer.[3]) prepositi turicensis. qui istis omnibus cum multis aliis probis et honestis interfuit in testimonium est legittime communita. Acta sunt hec in claustro ex parte dominarum in turego. Anno ab incarnatione domini. M.CC.XLIIII. VII. idus Novembris. Indictionis tercie. Innocentio papa quarto ecclesiam gubernante. Testes autem sunt hii. Wer. prepositus. Burchardus pleb. turicen. Henr. plebanus sancti petri in turego. Magister chuonr. de Mure dictus scolasticus[4]). Milites. Uol. de Shonenwert. Petrus de Stoufin. Wer. et Ruodolfus dicti castores. Diethelmus pincerna de habesburch. et frater suus Ber. et alii plures Amen.

[1]) Graf Rudolf, der ältere, von Habsburg, Oheim des nachmaligen Königs Rudolf I., Stifter des Hauses Habsburg-Laufenburg. Vermuthlich hatte er um 1240 Neu-Habsburg erbaut. Vergl. *Kopp. Eidg. B. II.* 582. [2]) Judenta von Hagenbuch. [3]) Werner Blum; s. B. 88. [4]) Konrad von Mure, nachmals Kantor des Stifts. Vergl. *Kopp Eidg. B. II.* 14.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn und des Probstes Werner hängen, dasjenige des Grafen fehlt.*) — *Abgedruckt*: *Herrg. Gen. Habsb. II.* 278. — *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 252. *Sch. C. D. nr.* 490 *a.*

99.

Vollmacht Graf Rudolfs von Habsburg für seinen Bruder Albert in einem Streite mit der Abtei betreffend die Kirche zu Schlieren.

Basel. 24. April 1245.

Discreto viro . . [1]) preposito Imbriacensi et magistro. C. plebano Lucernensi et eorum collegiis necnon omnibus presentium inspectoribus. R. Dei gratia Comes de Habspurch[2]) langravius Alsacie cum reverentia salutem. Vobis ac universis presentibus notum fieri cupimus quod nos dilectum fratrem nostrum. Al.[3]) Canonicum Basiliensem nostrum constituimus procuratorem. in causa que vertitur inter nos ex una et reverendam in Christo Abbatissam Turicensem[4]) ex altera parte super Capella sive ecclesia in Slierun[5]) ad omnia faciendum que si nos presentes essemus. facere possemus. de iure. producendo testes. vel renunciando pluribus testium productionibus. sive vestram recipiendam sententiam. sub ypoteca rerum nostrarum firmiter promittentes. quicquid idem nomine procuratorio in causa predicta ordinaverit. vel ordinari consenserit ratum et firmum habituros. Et hanc

procurationem fecimus tam nostro quam fratrum nostrorum nomine quorum tutor existimus. Damus etiam ei potestatem transiendi vel amicabiliter componendi et alium substituendi procuratorem in negotio predicto. si sibi [7]) fuerit expedire. Dat. Basilee. Anno domini. M.CC.XL. Quinto. VIII. Kal. Magi. indictionis tercie.

[1]) Der Name: „*Conrado*« (s. B. 100) fehlt. [2]) Graf Rudolf, der jüngere, von Habsburg, der nachmalige König. [3]) Des Grafen Rudolf zweiter Bruder, Albert. [4]) Judenta von Hagenbuch. [5]) Schlieren bei Zürich. [6]) Sic. [7]) „*visum*“ ist ausgelassen.

Urk. bei Lindinner. (*Das Siegel des Grafen hängt.*)

100.

Schiedspruch, dass die Kapelle bei Schlieren Filial von St. Peter in Zürich sei und den Grafen von Habsburg nur die Vogtei darüber zustehe.

Mellingen. 13. Mai 1245.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Anno incarnationis domini MCCXLV Tertio Idus Maii Indictionis III. Nos videlicet Otto prepositus santi Leonhardi in Basilea Augustini ordinis et C. prepositus Imbriacensis et Magister C. plebanus Sancti Stephani in Constantia et Magister H. plebanus in Sarmanstorff [1]) et Magister C. plebanus in Gozelinkon [2]) Judices a venerabili patre et domino H. [3]) Dei gratia Constantiensi Episcopo delegati et arbitri electi ab jllustribus dominis Comitibus de Habesburc videlicet Rudolpho Juniore et Alberto Canonico Basiliensi et Hartmanno fratribus, et Cuonrado Basiliensi Canonico et Camerario ad ecclesiam Slierron ab eisdem comitibus presentato ex una et J. [4]) Religiosa provida et discreta Abbatissa Thuricensi et magistro H. plebano scti Petri in Turego qui predictam ecclesiam in Slierron filiam ecclesie scti Petri esse contendebat ex parte altera auditis et intellectis testibus ab utraque parte productis et diligenter examinatis et aliis circumstantiis consideratis super lite mota de capella in Slierron sententiando proferimus partibus presentibus per se et per procuratores sufficientes in ecclesia Mellingen sepe nominatam capellam de Slierron esse filiam ecclesie sancti Petri in Turego et antedictos comites habere jus advocacie super nominatam capellam ratione proprietatis quam sententiam sigillorum nostrorum munimine roboramus.

[1]) Sarmansdorf und [2]) Göslikon, Kts. Aargau. [3]) Heinrich von Tanne. s. B. 85. [4]) Judenta von Hagenbnch.

Haering fol. XVII. — *Abgedruckt: Hott. Spec. helv. tig. pag.* 240. *Herrg. Gen. Habsb. II.* 280. (*Auszug*). — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 266. *Sch. C. D.* 491.

101.

Aebtissinn Judenta überträgt auf Begehren Konrads in Gassen dessen Erblehen an einem Weingarten in Wollishofen auf das Kloster Oetenbach.

(Zürich.) 14. März 1246.

Universis presentem literam inspecturis. J. [1]) abbatissa Monasterii Thuricensis eterne vite bravium post laborem. Vita brevis. hominum memoria labilis. malicia temporis ammonent, que geruntur scriptis commendari. ut litigatoribus procedente tempore omnis litis materia precludatur. Noverint igitur tam presentis etatis homines quam future. quod Chuonradus Civis Thuricensis dictus de Gazzen. cum uxore sua Sophia et tribus eius filiabus. Vineam suam in Woloshoven [2]) quam hactenus iure proprietario possedit nobis ea contulit conditione. ut ipsam vineam Monasterio Sancte Marie in Oetembach [3]) conferremus sub annuo censu Turicensis denarii iure hereditario possidendam. Renunciaverunt autem coram nobis pro se et successoribus suis. Juri. consuetudini. legi constitutioni facte vel faciende. In integrum restitutioni et generaliter exceptioni vel defensioni qualibet. que de repetenda vinea sibi in posterum competere videretur. Nos igitur iustis et rationabilibus precibus civis predicti et dilectarum nobis in Christo sororum in Otinbach benigno favore annuentes ipsis vineam prefatam sub forma prescripta nobis collatam. sub annuo censu Turicensis denarii contulimus in perpetuum libere possidendam. In cuius evidentiam rei et roboris firmitatem. sub testimonio sigilli nostri et sigilli Prioris fratrum predicatorum in Turego premissa omnia in ista litera sunt redacta. Testes. O. Manez. can. H. Gnurser. H. de Vallo. Ou. de Munsterhof. Oul. Kuogat. et alii quam plures. Act. anno domini M.CC.XLVI. pridie Idus Marcii.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Wollishofen bei Zürich. [3]) Vergl. B. 86.

Staatsarchiv Zürich (*Das Siegel der Aebtissinn und des Priors der Predigermönche in Zürich hängen.*)

102.

Aebtissinn Judenta verleiht dem Kloster Oetenbach einen Weinberg in Riesbach und einen Acker am Oetenbach, den ihr Elisabeth von Kloten und deren Söhne zu diesem Zwecke aufgegeben.

(Zürich.) 4. April 1246.

Universis presentem literam inspecturis. J. [1]) Abbatissa Monasterii Turicensis, eterne vite bravium post laborem. Ne rerum gestarum veritas cadat in oblivionem. necesse est ea que geruntur. scripturarum et testium robore perhennari. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri quod Elizabet vidua dicta de Kloten [2]). cum filiis suis Heinrico. Reinhero et Ruodegero vineam suam in Ries-

bach et Agrum prope ripam Otenbach [3]). que hactenus iure censualis predii possedit a nobis ea conditione resignavit ut ipsam vineam et Agrum. Monasterio Sancte Marie in Otenbach conferremus sub annuo censu duorum denariorum Turicensis monete sine omni alio onere iure censualis predii inperpetuum libere possidenda. Renunciaverunt autem coram nobis tam ipsa quam filii pro se et suis successoribus. Juri. Consuetudini. Legi Constitutioni facte vel faciende. In integrum restitutioni. et generaliter exceptioni vel defensioni qualibet que de repetenda vinea et agro sibi in posterum conpetere videretur. Nos igitur iustis et rationabilibus vidue predicte et dilectarum nobis in Christo Sororum in Otenbach precibus benigno favore annuentes ipsis vineam prefatam et agrum sub forma prescripta nobis collata. sub annuo censu duorum denariorum absque omni alio onere contulimus iure censualis predii inperpetuum libere possidenda. In cuius rei evidentiam et roboris firmitatem sub testimonio sigilli nostri et sigilli prioris fratrum predicatorum in Turego premissa omnia in ista littera sunt redacta. Testes autem horum sunt Fratres. Cuonr. de Aquis et Hugo iunior de Argentina ordinis fratrum predicatorum. Dominus Johannes dictus Goltslehere et dominus. Heinricus de Glarona milites. Cuonradus dictus Goltstein Burcardus scriba noster. et Magister Cuonradus minister noster et alii quam plures.,. Acta sunt hec Anno domini M.CC.XL. Sexto. Pridie Non. Aprilis.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Vergl. B. 86. [3]) Dass hier die beiden Namen „Riesbach“ und „Oetenbach“ neben einander vorkommen, zeigt, dass der letztere (zumal seit Erbauung des Klosters, B. 86) mehr nur auf die Gegend am Ausflusse des Baches, jener dagegen mehr auf die obere, noch heute „im Riesbach“ genannte Gegend bezogen wurde. *V. A. Z. Anm.* 379.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Priors der Predigermönche in Zürich häng en.*)

103.

Lütold von Regensberg, der ältere, lässt sich für sein Erblehenrecht an einem Hause in Zürich, am Stad genannt, von der Abtei mit fünfunddreissig Mark Silber auskaufen.

Fahr. 27. October 1246.

Lütoldus senior de Reginsberg universis presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit opportunum quod ego et uxor mea Berchta [1]) domum nostram in Turego que dicitur in littore quam a monasterio turicensi pro annuo censu videlicet pro dimidia libra cere possedimus iure hereditario. vendidimus venerabili domine Judente [2]) eiusdem Monasterii Abbatisse. pro triginta quinque Marcis argenti. renunciantes omni iuri quod nobis in eadem domo competebat vel competere videbatur. presente et expresse consentiente. Uol. filio nostro. consentiente etiam filio nostro Lütoldo sicut patet in ipsius litteris [3]) evidenter. Acta sunt hec in ecclesia de Vare [4]). Anno domini M.CC.XL.VI. In vigilia apostolorum Symonis et jude presentibus hiis testibus.. preposito et omnibus dominabus eiusdem ecclesie de Vare. H. de Steinmure [5]) et Ar. de Legirn [6]) militibus. Magistro. Ber. procuratore. Magistro Bur. phisico [7]). de sancto Petro et monasterii turicensis plebanis. Bur. notario dicte domine Abbatisse. H. Flore. Ruo. dicto Manezzen. C. Wellin. Uol. Sculteto. et Hu. trembellino et. H. dicto

clave. et aliis quam pluribus. In testimonium premissorum presentem cedulam dicte domine Abbatisse sigillo meo tradidi roboratam.

[1]) Berchta, Tochter Graf Ulrichs von Neuenburg. Vergl. *Kopp. Eidg. B. II.* 366. [2]) Judenta von Hagenbuch. [3]) Dieser Brief des Sohnes Lütold fehlt. [4]) Das Benedictiner-Frauenkloster Fahr an der Limmat, am 22. Januar 1130 von Lütold von Regensberg, dem Grossvater des hier urkundenden gleichnamigen Enkels, gestiftet. [5]) Steinmaur und [6]) Lägern (Hohenlägern? Altenlägern?), Kts. Zürich. [7]) „Artzat« (hier übersetzt: phisicus), ein alter Zürcherischer Geschlechtsname.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel fehlt*). — *Abgedruckt: Zapf. Monum. anecd. I.* 125. *Regest. d. Arch. der Schw. Eidg. I.* 1. *nr.* 62. (*Regest. v. Einsiedeln von P. Gallus Morell*). — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 274. *Sch. C. D. nr.* 492. *a.*

104.

Herr Jacob Mülner, Ritter, verkauft verschiedene Rechtsamen, die er als Meier von Stadelhofen besessen, an die Abtei um acht Mark Silber.

Kloster Zürich. Jahr 1246. [1])

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Jacobus miles. dictus Molendinarius. Civis Turicensis. Villicus in Stadelhovin. Omnibus presentium inspectoribus, noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum. quod ego quasdam functiones sive perceptiones. quas de consuetudine quasi ratione villicationis percepi sive percipere debebam, videlicet decem sportas sive canistra botrorum in vineis stadelhovin [2]) et mulihaldun [3]). ad proprietatem Monasterii Turicensis spectantibus, et servitium duorum prandiorum pro octo Marcis Argenti quas fateor me recepisse. pure et voluntarie et deliberato consilio vendo et resigno et renuntio eisdem iuribus supradictis in manus Reverende domine. Judente [4]). Turicensis Abbatisse. et promitto fide data ut nunquam contra huiusmodi venditionem veniam vel faciam vel faciam vel consentiam quod quis nomine meo contra veniat. sed ratum tenebo et observabo tam istam venditionem et contractum quam alios contractus quos cum eadem domina ordinavi vel ordinari consensi. Et ut hec rata permaneant et firma presentes litteras in testimonium sigillo meo sigillatas, trado monasterio memorato. Acta sunt hec Anno domini. M.CC.XLVI. Indictione quinta. In domo dicte domine Abbatisse in presentia conventus dominarum. et subscriptorum in testimonium ad hoc vocatorum. C. Monasterii. Magistri. H. sancti Petri in Turego. R. de Rumelang [5]) et Bur. de Svenningen [6]) plebanorum. Bur. notarii dicte domine. C. He. et Hu. fratrum dictorum de Lunchuft. et. Uol. sculteto. Militibus. C. de Vico. C. albo. O. et C. fratrum dictorum de porta. Hu. dicti Milchelini. He. Shuhardi. Civium Turicensium et aliorum quam plurium.

[1]) Die Indiction V zeigt, dass die Urkunde nach dem 24. September ausgestellt ist. Wegen des Meieramts in Stadelhofen vergl. B. 90. [2]) und [3]) Stadelhofen und Mühlehalden bei Zürich. [4]) Judenta von Hagenbuch. [5]) Rümlang bei Zürich. [6]) Swenningen bei Villingen, Grh. Baden.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel fehlt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 278.

105.

Aebtissinn Judenta verleiht den bisher von den Freien von Schnabelburg gegen jährlichen Zins besessenen Zehnten in Chamau dem Kloster Frauenthal ebenfalls um fünf Schillinge jährlichen Zinses.

(Zürich.) Jahr 1246. [1])

In nomine Domini. Judenta [2]) Dei gratia abbatissa, totusque conventus monasterii Turicensis omnibus praesens scriptum inspecturis noticiam subscriptorum Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum. quod nos decimas nostras in Kamowe [3]), quas a nobis nobilis vir Uolricus dictus de Snabelburg [4]), et sui progenitores longis retroactis temporibus pro annuo censu tenebant, ad preces predicti Uolrici nobilis, uxore sua et liberis suis consentientibus, utilitati etiam nostri monasterii providentes, eiusdem decimas pio loco de Valle beate Marie [5]), cum omni iure et integritate, quo ad nos spectabant et a predicto nobile usque ad illam diem noscuntur habite et detente, pro annuo censu quinque videlicet solidorum Turicensis monete usualis in festo Felicis et Regule nostro monasterio a dicto cenobio singulis annis persolvendis concessimus possidendas. Quod etiam eedem abbatissa et conventus predicti pii loci gratum habentes promiserunt nomine suo et monasterii sui censum predictum tempore statuto sine difficultate qualibet se soluturas. In cuius rei testimonium presentes literas nostro et dicti nobilis sigillis dicto cenobio contulimus roboratas. Testes qui hiis intererant sunt hii: H. Prior de Capella [6]). H. plebanus sancti Petri in Turego. R. miles dictus de Arne [7]). B. de Porta. Ws. dictus Wolfleibscha cives Turicenses. H. ministerialis de Snabelburg. et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M.CC.XLVI. indictionis quinte.

[1]) Nach der Indiction fällt die Urkunde nach dem 24. September 1246. [2]) Judenta von Hagenbuch. [3]) Chamau, Kgd. Cham, Kts. Zug. [4]) Ulrich (I.) von Schnabelburg (am Albis), Stifter des Klosters Frauenthal im Jahr 1231, starb bald nach dem 14. Dec. 1254. Seine (erste) Gemahlinn, der hier gedacht ist, war Agnes von Eschenbach; sie starb am 9. April 1249. Vgl. *Kopp. Eidg. Bünde II.* 376. 377. [5]) Das Cistertienser-Nonnenkloster Frauenthal, Kts. Zug. [6]) Capell, Kts. Zürich. [7]) Arni bei Lunkhofen, Kts. Aargau.

Neug. Cod. dipl. nr. 938.

106.

Die Aebtissinn von Frauenthal für sich und ihr Kloster verspricht, der Abtei Zürich jährlich fünf Schillinge für den ihr überlassenen Zehnten in Chamau zu bezahlen.

(Frauenthal.) Jahr 1246. [1])

. . Abbatissa et Conuentus de valle beate Marie omnibus presens scriptum inspecturis, noticiam rei geste. Cum Reverenda in Christo. J. Dei gratia Abbatissa et Conuentus Monasterii Turicensis ad petitionem et consensum nobilis uiri. Uol. dicti de Snabelburg et uxoris sue suorumque

liberorum nobis decimas in Kamowe ad monasterium suum de jure spectantes cum tota juris integritate, sicut eas idem nobilis et sui progenitores longis retroactis temporibus a dicto monasterio detinuisse dinoscuntur, nostro monasterio titulo perpetue concessionis pro annuo censu. V. videlicet solidorum turicensis monete usualis singulis annis in festo Felicis et Regule ejus[2]) monasterio persoluendis concessisset. nos illud gratum et ratum habentes, eundem censum sicut dictum est et ad diem memoratum nomine nostro et nostri monasterii sine difficultate uel diminutione promittimus soluturas. In cuius rei testimonium presentes litteras . . abbatis de Capella et nostro sigillis predictis dominabus Abbatisse et Conuentu Monasterii turicensis tradimus roboratas. Acta sunt Anno domini MCCXLVI. Indictione. V.

[1]) Zu dieser Urkunde vergl. B. 105. [2]) Sic!

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel des Abts von Capell und der Aebtissinn von Frauenthal hängen.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 270.

107.

Pabst Innocentius IV. gestattet der Abtei, in Zeiten des Interdicts bei geschlossenen Thüren ohne Geläute und Gesang mit Ausschliessung der im Banne Befindlichen Gottesdienst zu halten.

Lion. 21. Januar 1247.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus . . Abbatisse et Conventui Sanctorum Felicis et Regule de Turego ordinis sancti Benedicti Constantiensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem. Ut eo libentius divinis insistatis officiis quo in hiis a sede apostolica gratiam receperitis potiorem. Nos devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus. ut cum generale interdictum terre fuerit liceat vobis et Capellanis vestris in monasterio vestro clausis ianuis non pulsatis campanis excommunicatis et interdictis exclusis submissa voce divina officia celebrare dummodo causam non dederitis interdicto et id vobis non contingat specialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni XII Kal. Februarii. Pontificatus nostri Anno Quarto.[1]).

[1]) Vergl. zu diesem Erlasse B. 112.

Staatsarchiv Zürich. (*Das päbstliche Siegel: INNOCENTIVS. P.P. IIII. hängt*). — *Abschriften: Haer. fol. XVIII. Doc. Abb. I.* 282. *Sch. C. D. nr.* 495.

108.

Aebtissinn Judenta verleiht ein von Konrad Burdiner in Folge Kaufs ihr hiefür übertragenes Grundstück in Riesbach dem Kloster Oetenbach.

(Zürich.) 2. Februar 1247.

Universis presentem literam inspecturis. J.[1]) abbatissa. Monasterii Turicensis noticiam rei geste, ea que sub tempore geruntur ne ab hominum memoriis elabantur litterarum solent testimonio confirmari. Ut contentiosis procedente tempore omnis litis occasio decindatur. Noverint igitur tam presentes quam futuri quod Chuonradus dictus Burdiner civis Turicensis cum Guota uxore sua et tribus pueris suis tunc viventibus scilicet Hugone. Wolricho. et Elizabeth. predium suum quod situm est circa ripam in Riespach Sororibus Monasterii. Sancte Marie in Otembach[2]) vendidit quod ipse et sui predecessores hactenus iure proprietario possederunt. Sed quia sine manu nostra hoc facere non poterat iam dictum predium ad manus nostras resignavit nosque ad preces illius humiliter postulantis prefatum predium Monasterio supradicto sub annuo censu Turicensis denarii contulimus inperpetuum libere possidendum. In cuius evidentiam rei et roboris firmitatem sub testimonio sigilli nostri et sigilli Prioris Fratrum ordinis predicatorum in Turego premissa omnia in ista littera sunt redacta. Testes sunt hii Domini Hugo de Luncuft. Heinricus de curia Milites. Wol. de Munsterhove et Rodolfus filius eius. Chuonradus de vico. Heinricus de Vallo. Hugo de Horlinchon[3]). Acta sunt Anno domini. M.CC.XLVII. in die purificationis beate Virginis.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) s. B. 86 und 104. [3]) Oerlinkon bei Zürich.

Stiftsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Priors der Predigermönche in Zürich hängen.*)

109.

Probst Wernher und Capitel in Zürich verleihen dem Leutpriester Heinrich von St. Peter einen Weinberg zu Erbe und eine Schuppose in Meilen auf Lebenszeit.

(Zürich.) Jahr 1247. (17. März).[1])

Wernherus[2]) prepositus Thuricensis totumque capitulum thuricense. Omnibus presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. que aguntur in tempore ne labantur cum tempore. scripture testimonio solent perennari. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum. quod nos dilecti nostri. H. plebani sancti Petri. in Thurego. assiduis precibus devicti. et pro servitiis ecclesie nostre inpensis et adhuc inpendendis. unanimi consensu permittimus et concedimus eidem vineam que fuerat heinrici de Rusinchon[3]). Jure hereditario pro annuo censu. videlicet pro sex quartalibus tritici. que prius tantum duo quartalia solvebat de cetero persolvendis. sibi et suis heredibus possidendam. in

huiusmodi census augmento ecclesie nostre prout melius potuimus providendo. preterea schoposam sitam in Meilan [4]) que dicitur Bumannes cum vineis et suis appenditiis. que. H. filius suus possidebat. cuius meliorationes sive ius quod ei competebat. idem plebanus a predicto. H. emit. pro certa pecunie quantitate. Ita quod ipse. H. uxor sua. et filius suus Bur. libere et sine omni conditione. in manus nostras iuri omni quod sibi in predictis bonis competebat vel competere videretur resignarunt. renunciantes insuper omni beneficio iuris canonici et civilis. et precipue beneficio restitutionis in integrum. et privilegio dotis. et omnibus quibus predictus contractus sive resignatio posset aliquatenus impediri. Nos igitur attendentes servitium quod nobis et ecclesie nostre dictus plebanus inpendit. et adhuc paratus est inpendere. eandam schoposam ut supradictum est cum suis appenditiis. concedimus memorato plebano pro tempore vite sue possidendam. Itaque nullus suorum heredum post mortem suam aliquod sibi ius in eisdem bonis audeat usurpare. sed libere et sine omni conditione ad usus nostre ecclesie revertatur. nec ipse censum. videlicet tria maltera avene pro tempore vite sue persolvat, que actenus de eisdem bonis nostre ecclesie solvebantur. Quartale tamen boni vini. Camerario nostro in festo innocentum persolvat. contradictione qualibet non obstante. Et ut hec hinc inde observentur, presentem cartam. sigillis nostris et domine abbatisse [5]). et sepedicti plebani. duximus communiri. Acta sunt hec. Anno domini. M.CC.XL.VII. Indictionis quinte.

[1]) Ort und Datum bestimmt näher die folgende B. 110. [2]) Wernher Blum, siehe B. 88. [3]) Russikon, Kts. Zürich. Das betreffende Rebgut lag übrigens wohl in Meilen. [4]) Meilen am Zürichsee. [5]) Judenta von Hagenbuch.

Stiftsarchiv Zürich. (*Die Siegel des Probst Wernher, des Capitels der Chorherrenstift, der Aebtissinn Judenta und des Leutpriesters bei St. Peter hängen.*)

110.

Heinrich, Leutpriester von St. Peter, anerkennt von der Probstei Zürich eine Schuppose in Meilen erhalten zu haben und zwar nur auf Lebenszeit und gegen den jährlichen Zins von ein Viertel des besten Elsasser-Weines.

Zürich. 17. März 1247.

Universis presens scriptum intuentibus. Heinricus Plebanus Sancti Petri in Turego rei geste uoticiam. Ad noticiam universorum tenore presentium cupio devenire. quod Reverendi in Christo. Wernherus [1]) Prepositus et Capitulum Turicensis Ecclesie. assiduis meis precibus inclinati et ut ad universitatis sue et singulorum obsequia me sibi propensuis obligarent. Schupuozam unam sitam in villa Meilan [2]). dictam Bumannis. Ecclesie sue in annuo censu tria Maltra Avene et unum quartale obtimi vini de alsacia solventem, que extra suam conparitatem nulli hominum concedi consuevit, cum omnibus suis appendiciis, michi pro vite mee tantum tempore possidendam liberaliter concesserunt. Specialem honorem michi super hoc et gratiam exhibentes. ut a persolutione census avene predicte. dum vixero sim exemptus. vinum prefatum Ecclesie Camerario. annuo prout est institutum in-

tegritaliter persolvendo hac conditione adiecta. quam et ego in multorum presentia, in concessione mihi facta fideliter adprobavi. et presentium serie confiteor sic actum esse. quod nullus heredum aut successorum meorum. post mortem meam. in predictis bonis vel quicquid in ipsis plantatum vel desuper fuerit edificatum. seu quocumque meliorationis nomine censeatur, aliquod jus sibi valeat usurpare. sed ipsa bona cum omni jure et usufructu libere ad communes usus Ecclesie transeant. contradictione cuiuslibet non obstante. Renuncio etiam in hac parte pro heredibus et successoribus meis. omni juri canonico et civili. consuetudini. et quocumque statuto quod eisdem posset competere adversus Ecclesiam. et precipue super recompensationis meliorationis converse in possessiones prenotatas. Et ut predicta rata permaneant et inconcussa. in ipsius rei evidentiam pleniorem. hoc scriptum sepedicte Ecclesie tradidi. et ad interventum meum. venerabilis domina. J. [3]) Dei gratia Turicensis abbatissa. suo sigillo, meo etiam apposito, ipsum fideliter communivit. Testes qui aderant sunt hii. Fr. Hugo Subprior. et Fr. Burchardus de ordine predicatorum in Turego. R. de Rumelang. B. de Swenningen [4]). G. de Tossinbach [5]) et Fr. W. de Oetenbach Plebani. Fridericus Sacerdos dictus Rasor. H. de curia miles. R. de Munsterhof. R. dictus Manez. Cives Turicenses et alii quam plures Acta sunt hec in Capitulo Turicensi [6]). Anno. M.CC.XLVII. XVI. Kal. Aprilis. Indit. quinte.

[1]) Wernher Blum, siehe B. 88. [2]) Meilen am Zürichsee. [3]) Judenta von Hagenbuch. [4]) Swenningen bei Villingen, und [5]) Dossenbach, Grhm. Baden. [6]) Die Capitelstube der Chorherren.

Stiftsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und Heinrich des Leutpriesters bei St. Peter hängen*).

111.

Schutz- und Freiheitsbrief Pabst Innocentius IV. für die Abtei Zürich.

Lyon. 26. April 1247.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatisse monasterii Turicensis eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. In perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis, incursus, aut eas a proposito revocet, aut robur quod absit sacre religionis enervet. Eapropter dilecte in Christo filie uestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium Turicense Constantiensis dioceseos in quo divino estis obsequio mancipate sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis et eis que vobis successerint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Sancti Petri de Turego, de Mure, de Horgin [1]), de Chonshen [2]),

de Altorf, de Buirgelon, et de Silennum [3]) ecclesias, cum Capellis ab eis dependentibus, decimis et aliis pertinentiis earundem. de Stadelhovin, de Rumelanch, de Sabach, de Teninchon, de Wibkingin, de Vellanden [4]). de Mure, de Horgin, de Chamo [5]), de Capella [6]), de Chonsen, de Buirgelon, et de Silentium [7]) curtes, cum piscariis, molendinis, nemoribus et aliis pertinentiis earumdem. cum terris, pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum que propriis sumtibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis, personas liberas et absolutas et seculo fugientes ad conversionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestrarum post factam in monasterio vestro professionem, fas sit sine Abbatisse sue licentia, nisi artioris religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis voce suppressa, divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, benedictiones monialium, a diocesano suscipietis Episcopo siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit, et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parrochie vestre nullus sine assensu diocesani Episcopi et vestro Capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab Archiepiscopis et Episcopis, Archidiaconis seu decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, et eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati, vel interdicti sint aut etiam publice usurarii, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi, de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertineat revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbatissa [8]) vel earum qualibet que tibi successerit, nulla ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam sorores communi consensu, vel sororum maior pars consilii sanioris, secundum Deum et beati benedicti regulam providerint eligendam. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu Grangiarum vestrarum, nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere sanguinem fundere hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemtiones secularium exactionum, a Regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere. minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. et diocesani Episcopi canonica justitia. et in predictis decimis modera-

tione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate. reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hinc fructum bone actionis percipiant et apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen A . . . Amen.

[L. Orbiculi pontificalis.] Umschrift: *Notas fac michi dne vias vitae.*

† Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus. (Monogramm.)
† Ego petrus sancti marcelli presbyter cardinalis.
† Ego Willelmus basilice duodecim Apostolorum presbyter cardinalis.
† Ego frater Johannes sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis.
† Ego frater hugo sancte sabine presbyter cardinalis.
† Ego Oto portuensis et Sancte Rufine Episcopus.
† Ego Petrus Albanensis episcopus.
† Ego Octavianus sancte Marie in via lata diaconus Cardinalis.
† Ego Johannes sancti Nicolai in Carcere tulliano diaconus Cardinalis.
† Ego Willelmus sancti Eustachii diaconus Cardinalis.

Datum Lugduni per manum magistri Marini sancte Romane Ecclesie Vicecancellarii VI kal. Maii Indict. V. Incarnationis dominice anno MCCXLVII. Pontificatus vero donni Innocentii pape IIII. anno quarto.

[1]) Zürich, Mur, Horgen, Kts. Zürich. [2]) Kiensheim bei Schlettstadt im Elsass. Siehe B. 11. [3]) Altorf, Bürglen, Silenen, Kts. Uri. [4]) Stadelhofen, Rümlang, Seebach, Dänikon, Wipkingen und Fällanden, Kts. Zürich. [5]) Cham, Kts. Zug. [6]) Capell, Kts. Zürich. [7]) Sic, statt: Silennun. [8]) Judenta von Hagenbuch.

Staatsarchiv Zürich. (*Das bleierne Siegel Pabsts Innocenz IV. hängt.*) *Die Abbildung s. bei Sch. et L. XII.* — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 286. *Sch. C. D. nr.* 497.

112.

Der päbstliche Legat Petrus, Diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum, ertheilt dem Clerus in Zürich die Erlaubniss, Solchen, welche das Kreuz wider Kaiser Friedrich II. nehmen werden, die Sacramente zu spenden.

Koblenz. 14. Juni 1247.

Petrus miseratione divina S. Georgii ad velum aureum [1]) Diaconus Cardinalis, Apostolicae Sedis legatus, universo clero castri Thuricensis Constantiensis dyoecesis salutem in Domino. Cum vestrum castrum pro eo quod ipsius homines favent contra Romanam Ecclesiam Friderico quondam Impera-

tori, suppositum sit ecclesiastico interdicto, quid de poenitentiis morientium et baptismate parvulorum vobis sit faciendum, a nobis edoceri humiliter postulastis, ad quae duximus respondendum, quod in mortis articulo constitutis, si vere poenitentes et confessi exstiterint, et idoneam praestiterint cautionem, quod, cum restituti fuerint pristinae sanitati, signo vivificae crucis assumpto Romanae assistant Ecclesie, juxta Ecclesiae formam absolutionis beneficium impendatis et, eorum confessione audita, injungatis eis poenitentiam salutarem et baptismum parvulorum concedatis. Ceterum, qui devoti et fideles in Ecclesie devotione libentius perseverent, volumus et mandamus, ut contra dictum Fridericum crucis assumpto signaculo, per aliquos Vestrum discretos et idoneos confessiones audiantur eorum, et imposita eis poenitentia salutari concedantur ipsis ecclesiastica sacramenta. Datum apud Confluentiam. II. Idus Augusti. Anno domini MCCXLVII [2]).

[1]) Die Kirche St. Giorgio in Velabro in Rom. [2]) Vergl. zu diesem Erlass des Legaten seinen Befehl zur Kreuzpredigt wider Friedrich II. an Ulrich den Custos der Minderbrüder in Ueberlingen d. d. Strassburg. 31. März 1248. *Geschichtsfr. I.* 376.

Hott. Hist. Eccl. VIII. 1200.

113.

Heinrich, Bischof von Konstanz, ertheilt dem Clerus in Zürich die Bewilligung, im castrum Zürich zu bleiben, ungeachtet dasselbe zu Kaiser Friedrich II. sich hält.

Meersburg. 9. Februar 1248.

Henricus [1]), Dei gratia Constantiensis Episcopus, unisersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Cum Prepositus et capitulum una cum toto clero Thuricensi Romae Ecclesiae, matri nostrae, in ipsius adversitatibus et afflictione presenti digna compassionis consolatione ac supportationis auxilio studuerunt hactenus, tamquam membra unita suo corpori, deservire, Apostolicis suorumque legatorum et nostris mandatis in observatione sententiarum contra faventes et adhaerentes Friderico quondam Imperatori, tamquam devoti Ecclesiae, obedientes quam plurimum existendo. et propter hoc dictus Fridericus inimicus Ecclesiae, per literas suas et nuntios multotiens ipsos de castro Thuricensi exterminari fecerit et expelli, tamquam proditores et negotii sui perturbatores, bona ipsorum faciens etiam confiscari. Hinc est, quod nos, nequitiae prefati Friderici et nephandis mandatis ipsius volentes quantum possumus obviare, nihilominus tamen Ecclesiae Romanae utilitati in hac parte prospicere cupientes, de consilio prudentum predicto clero, cujus presentiam speramus in eodem castro quam plurimum profuturam, utpote qui suos parentes et amicos, quantum possunt, student ad Ecclesie gremium revocare, auctoritate qua fungimur, de speciali gratia concedimus, ut hactenus predictis usi rationibus, nisi de ipsis aliud duximus ordinandum, sine periculo ordinis et honoris, sub honesta conversatione valeant ibidem conversari. Scientes, quod predictum clerum nolumus illi sententiae subjacere, quae contra communicantes excommunicatis a

nobis noviter est prolata, et de hac ipsis praesentes literas concedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Merspurg. Anno Domini MCCXLVIII. V Idus. Febr.

[1]) Heinrich von Tanne; siehe B. 85.

Hott. Hist. Eccl. VIII. 1202. *Abgedruckt: Tschudi Chron. I. 144. (Auszug). — Abschrift: Sch. C. D. nr. 499. (mit Abbildung des Siegels.)*

114.

Heinrich, Bischof von Konstanz, meldet der Aebtissinn Judenta und ihrem Convente in Zürich, dass Pabst Innocentius IV. die Incorporation der Kirche zu Altorf gut geheissen und ihn zur Bestätigung beauftragt habe, was er anmit thue.

Konstanz. 6. Juli 1248.

Henricus [1]) Dei gratia Constantiensis Episcopus. Reverendis in Christo filiabus Judente [2]) Abbatisse et conventui monasterii Turicensis ejusdem diocesis salutem in auctore salutis. Litteras domini pape in hunc modum nobis cognovimus destinatas. Innocentius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri. Episcopo Constantiensi salutem et apostolicam benedictionem. In praesentia nostra dilecti filii nobiles viri. C. comes de Toggenburg et H. dominus de Wartinberg. devoti nobis et sedi apostolice retulerunt, quod, cum monasterium Turicense ordinis sancti benedicti. Constantiensis diocesis olim in temporibus habundare solitum per hostes ecclesie ad gravem penuriam sit redactum. ita ut dilecte in Christo filie . . Abbatissa et Conventus ipsius monasterii de bonis ejusdem vix valeant sustentari. tu circa eas pie dirigens benignitatis affectum ecclesiam de Altorf dicte dioecesis in qua ipsae jus patronatus habent, eis in usus proprios perpetuo retinendam de tui consensu capituli liberaliter contulisti. portione congrua proventuum ipsius ecclesie reservata vicario qui pro tempore fuerit in eadem. Cum autem nos in hac parte personas predictorum nobilium honorare velimus, quorum due neptes in eodem monasterio sub religionis habitu dicuntur domino deservire. Nos ad preces eorum collationem hujusmodi sicut pie ac provide facta est gratam habentes presentium tibi auctoritate committimus ut Abbatisse et conventui memoratis ecclesiam ipsam si non habet collegium clericorum auctoritate nostra confirmes. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni. III Idus Febr. Pontificatus nostri anno quinto. Hujus igitur auctoritate mandati quod veritate suggesta dinoscitur impetratum nobis predictam ecclesiam de Altorf cum omnibus juribus suis sicut in litteris nostre donationis ex hoc confectis de consensu capituli nostri plenius continetur sententialiter confirmamus. et confirmando ejusdem ecclesie donationem robur volumus habere perpetue firmitatis. Nulli igitur hominem liceat hanc nostre confirmationis paginam auctoritate sedis apostolice factam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem attemptare presumpserit omnipotentis Dei indignationem et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sedis apostolice et nostram se noverit incursurum. et nos auctoritate nobis commissa non

dimittimus inpunitum. In hujus rei testimonium presentem paginam vobis tradimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Constantiae. Anno Domini MCCXLVIII. secundo Non. Julii.

[1]) Heinrich von Tanne; siehe B. 85. [2]) Judenta von Hagenbuch.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel fehlt. Dagegen ist eine zweite Ausfertigung dieses Diploms d. d. Meersburg, 10. Juli 1848 mit dem bischöflichen Siegel versehen. In derselben fehlen die Worte: „quod veritate suggesta dinoscitur impetratum“. — Die päbstliche Bulle selbst ist ebenfalls vorhanden, mit dem wohlerhaltenem Bleisiegel des Pabstes. Die Abbildung siehe Sch. et L. XII.*) — *Abgedruckt: Hott. Spec. helv. tig. pag.* 221. – *Abschriften: Haer. fol. XV. b. Doc. Abb. I.* 294. *XI.* 962. (*An letzterem Orte bloss die Bulle.*) *Sch. C. D. nr.* 583.

115.

Eberhard, erwählter Bischof von Konstanz, publicirt: 1) Die Erlaubniss Pabsts Innozentius IV. für den zürcherischen Clerus, in dem mit Interdict belegten castrum Zürich zu bleiben; 2) die Erlaubniss des Legaten, Cardinals Petrus, für ebendenselben Clerus, einmal in der Woche bei geschlossenen Thüren u. s. w. Gottesdienst zu halten.

Jahr 1248. (Im October.) [1])

E. [2]) Dei gratia Constantiensis Electus. Universis Christi fidelibus salutem in domino. Universitati vestre tenore presentium significamus. Venerabiles in Christo patres. J. Dei gratia sacrosancte Romane sedis summum pontificem. ac eius Legatum. dominum. P. ad Velum aureum Sancti Georgii Cardinalem. bone memorie predecessori nostro [3]) et nobis sub hac forma suas literas destinasse. Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri . . Episcopo Constantiensi salutem et apostolicam benedictionem. Castrum Turicense tue dyoceseos pro eo quod habitatores eiusdem sicut accepimus. Fr. quondam Imperatori prestant auxilium et favorem est ecclesiastico suppositum interdicto. Cum autem dilecti filii . . Prepositus et Clerus Turicenses sicut asserunt de tua licentia [4]) morentur ibidem. persistentes in devotione sedis apostolice ac etiam pro viribus laborantes ut dicti habitatores ad gremium ecclesie revertantur. Nos dictorum . . Prepositi et cleri supplicationibus annuentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus. quatinus si expedire videris eisdem quod in castro ipso remaneant auctoritate nostra licentiam largiaris. Dat. Lugduni. III. Idus febr. Pontificatus nostri anno quinto.

Venerabili viro . . Dei gratia Electo Constantiensi. Petrus miseratione divina Sancti Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis apostolice sedis Legatus salutem in domino. Pervenit ad nos quod bone memorie predecessor vester in Castro Turicensi vestre dyoceseos fecit divina officia baptismum parvulorum eucharistiam et poenitentias morientium inhiberi. ac . . Abbatissam et Conventum . . Prepositum et Capitulum et alios clericos tam seculares quam religiosos loci eiusdem morari non permisit ibidem. pro eo quod homines ipsius Castri favent manifeste contra Romanam Ecclesiam domino Friderico. Unde nobis humiliter supplicarunt, ut, cum eorum presentia magis quam absentia pos-

sit prodesse ad conversionem hominum predictorum, redeundi ad loca propria semel quoque in Ebdomada januis clausis non pulsatis campanis interdictis et excommunicatis exclusis summissa voce divina officia celebrandi eis licentiam largiremur. sacramenta predicta ipsis nichilominus concedentes. Nos autem de vestra circumspectione confisi presentium vobis auctoritate committimus. ut super hiis providere curetis. prout vobis videbitur expedire. Dat. in Castris coram Aquis [5]. Non. Octobr. Anno domini M.CC.XLVIII.

[1]) Dass dieses Schreiben Bischofs Eberhard, dessen Datum fehlt, frühestens im October 1248 erlassen sein kann, geht aus dem Inhalt hervor. [2]) Eberhard von Waldburg, Bischof von Konstanz, anno 1248—(August) 1274, und [3]) Heinrich von Tanne; siehe B. 85. [4]) Vergl. B. 113. Bischof Heinrich muss übrigens seinen Erlass an Zürich erst nach seiner Mittheilung an den Pabst ausgefertigt haben, wie aus der Vergleichung des Datums von B. 113 mit demjenigen der hier eingerückten, bestätigenden Bulle (11. Febr. 1248) hervorgeht. [5]) Aachen, im Lager des Gegenkönigs, Wilhelm von Holland, der damals diese Stadt belagerte und sie am 18. October 1248 einnahm. Vergl. die Urkunde des Legaten vom 29. Sept. 1248. *Soloth. Woch.* 1828. S. 336.

Stiftsarchiv Zürich. (*Ein Schluss und das bischöfliche Siegel fehlen.*) — *Abgedruckt: Hott. Hist. Eccl. VIII.* 1203. *Tschudi Chron. I.* 144. (*Nur die päbstlische Bulle.*)

116.

Pabst Innocentius IV. beauftragt den Abt und den Prior von Wettingen und den Probst von Fahr, der Aebtissinn von Zürich gegen einen zürcherischen Chorherrn, der sich in die Kirche von Altorf eingedrängt hatte, zum Rechte zu verhelfen.

Lyon. 19. October 1248.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis. Abbati et . . priori de Wettingen Cistertiensis et . . preposito ecclesie de Vare [1]) sancti Benedicti ordinem Constantiensis dioceseos salutem et apostolicam benedictionem. Paupertatem dilectarum in Christo filiarum . . [2]) Abbatisse ac conventus monasterii Turicensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis dioc. . . . . [3]) bone memorie. Constantiensis episcopus prout accepimus affectu benivolo considerans, eisdem ecclesiam de Altorf eiusdem dioc. de consensu capituli sui in qua eedem ius obtinent patronatus concessit in usus proprios retinendum. Postmodum autem nos ad preces dilectorum filiorum. C. nati quondam . . comitis de Toggenburc et . . domini de Wattenberc existentium personaliter coram nobis, concessionem huiusmodi ratam habentes, Episcopo predicto comisimus, ut concessionem eandem auctoritate apostolica confirmaret. contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Verum licet idem Episcopus mandatum nostrum iuxta tenorem ipsius compleverit in hac parte, sicut in litteris inde confectis plenius dicitur contineri, tamen Johannes de Ernon [4]) canonicus ecclesie Turicensis falso nobis suggerens, quod eadem vacabat ecclesia, et nullam de premissis faciens mentionem, ad . . priorem de Castellion. [5]) Sedunensis dioc., ut sibi dictam conferret ecclesiam, nostras litteras impetravit. Cum autem ipse pretextu litterarum huiusmodi dictas Abbatissam et conventum prout

asseritur super ipsa ecclesia indebite aggravet et molestet, nec intentionis nostre fuerit aut existat, quod sibi dicta ecclesia vel quecumque alia contra iustitiam conferretur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus. quatinus si vobis constiterit de premissis, eundem canonicum, ut a dictarum Abbatisse et conventus super hoc indebita molestatione desistat, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam aliquis extra suam diocesim auctoritate presentium ad iudicium non trahatur. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Lugduni. XIIII. kalendas. novembr. pontificatus anno sexto.

[1]) Vergl. B. 103. [2]) und [3]) Vergl. B. 114. [4]) Aernen und [5]) Gestelen (Castellio superior) im Zehnten Gombs. Kts. Wallis.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel fehlt.*) – *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 1.

117.

Aebtissinn Judenta überträgt die Güter in Wollishofen und in Geginhuilo, welche H. Chunde, Bürger in Zürich, an das Kloster Capell geschenkt hat, an dieses letztere als Erbe um einen Wachszins.

Kloster Zürich. 3. Juni 1249.

J.[1]) Dei gratia abbatissa et conventus Monasterii Turicensis omnibus presens scriptum inspecturis notitiam rei geste. Noverint quos nosse fuerit oportunum quod H. dictus Chunde civis Turicensis omne predium suum domos videlicet agros et vineas situm in Woloshoven[2]) et in Geginhuilo[3]) cum omni jure et integritate sicut ad eum pertinebat contulit monasterio de Capella in presentia nostra et nobis consentientibus perpetuo possidendum. Ita tamen quod monasterium de Capella nobis et nostro monasterio in festo Felicis et Regule unam libram cere persolvere debeat annuatim. Testes qui hiis intererant sunt hii. R. prior. Bur. cellerarius major dicti monasterii de Capella. Magister P. phisicus. Bur. notarius noster. Villicus de Horgin. H. Shiuhart. Ber. filius suus. R. clericus magistri Petri. et alii quamplures. In cujus rei testimonium nostro et nobilis domini de Snabelburg[4]) sigillis sunt presentes littere roborate. Acta sunt hec anno domini MCCXLVIIII. III. Non. Junii. Indictione VII.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Wollishofen bei Zürich. [3]) Ghey, Kgde. Kirchberg (oder Gegelen, Kgde. Uster?), Kts. Zürich. [4]) Der in B. 105 genannte Ulrich I.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn, wie in B.* 74, *und Ulrichs von Snabelburg hängen.*) — *Abgedruckt* (*im Auszuge*): *Regest. d. Arch. der Schw. Eidg. B. I. H.* 3. *nr.* 53.

118.

Vorladung an die Aebtissinn in Zürich nach Konstanz, zu Anhörung des schiedsgerichtlichen Urtheils in ihrem Streite mit den Pfarrern zu Altorf und Bürglen betreffend Zehntenquart.

(Jahr 1249. Vor dem 24. Juni.) [1]

Reverende in Christo, domine Abbatisse in turego, O.[2] scolasticus Constantiensis ecclesie et frater M. dictus prior fratrum in Constantia orationes in domino. Habito longo tractatu super causa que vertitur inter vos et dominos plebanos in Altorf et in burgelon super solutione quarte in qua nos constituistis arbitros. tandem convenimus ad ferendam diffinitivam sententiam et tractutui finem dandum quam quidem per litteras destinare placuerat; sed usi saniori consilio magis placet, ut eam in octava beati Johannis baptiste vobis presentibus proferamus. Mandamus ergo discretioni vestre, quatenus die prescripto veniatis in Constantiam super causa predicta humilitatis nostre judicium auditura.

[1]) Die Bestimmung des Datums ergibt sich aus dem Inhalte verglichen mit B. 120. [2]) Die hier stehende Initiale des Namens des Scolasticus, undeutlich geschrieben, ergibt sich aus dem Siegel von B. 120.

Stadtarchiv Zürich. (*Ohne Siegel.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 302. *XII.* 1034.

119.

Pabst Innocentius IV. ermächtigt den Bischof von Konstanz, dem ausgewanderten Zürcherischen Clerus die Rückkehr, sowie die Ertheilung von viaticum und Taufe bis auf weitere Verfügung zu gestatten.

Lyon. 23. Juni 1249.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri . .[1]) Episcopo Constantiensi Salutem et apostolicam benedictionem. Ut oves dispersas temporis malitia faciente ad ovile reduci, et devotionis filiis quietis et pacis commoda procuremus, suscepti cura regiminis nos hortatur. Cum igitur dilecti filii universus clerus et religiose persone de Turego tue dioceseos propter imminentem discordiam a Castro recesserunt Turicensi. Nos eorum in hac parte quieti et hominum Castri eiusdem saluti providere volentes. fraternitati tua per apostolica scripta mandamus. quatinus Clero predicto si tibi videbitur expedire redeundi ad Castrum prefatum et morandi inibi usque ad nostre beneplacitum voluntatis. nec non et conferendi penitentibus loci eiusdem viaticum et battismum parvulis liberam auctoritate nostra licentiam largiaris. Non obstantibus aliquibus literis super huiusmodi nego-

tio, a sede apostolica impetratis vel etiam impetrandis. Dat. Lugduni VIIII Kal. Julii. Pontificatus nostri Anno Sexto [1]).

[1]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [2]) Zu dieser Urkunde vergl. B. 121.

Stiftsarchiv Zürich. (*Das päbstliche Bleisiegel hängt.*) — – *Abgedruckt: Tschudi Chron. I.* 145 (*wo irrig das Jahr* 1248 *angegeben und der Name des damaligen Bischofs, Heinrich von Tanne, supplirt ist.*) – *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 506.

120.

Schiedspruch des Scolasticus O. und des Priors der Predigermönche M. in Konstanz zwischen der Aebtissinn von Zürich und den Pfarrern von Altorf und Bürglen betreffend Zehntenquart.

Konstanz. 10. Juli 1249.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Vertebatur quaestio inter blebanos de Altorph et de Burgulon ex una parte et Abbatissam thuricensem ex altera. super quarta solvenda domino Episcopo Constantiensi. petebant enim dicti plebani Abbatissam condempnari integraliter. tam pro parte decimarum quam ipsi possidebant sive possident tam pro parte quam possidet Abbatissa. super hoc autem lite contestata coram diocesano. in nos scolasticum Constantiensem et fratrem M. priorem fratrum praedicatorum Const. sup pena XV marcarum fuit de communi consensu parcium compromissum. Nos autem accedentes ad locum thur. [1]) receptis testibus utriusque partis renunciatione facta super productione testium ulteriorum citatis partibus in Const. [2]) et presentibus. Abbatissam absolvimus ab inpeticione dictorum plebanorum. Datum in Coro Const. MCCXXXXIX. VI. Idus Julii. praesentibus custode. praeposito Episcopatiscellae. Domino H. de Rapreswilre [3]). domino O. canonicis Constant. et aliis quampluribus.

[1]) Thuregum. [2]) Constantiam. [3]) Wenn „de Rapreswiler" hier ein Geschlechtsname ist, so wäre diess ein sonst nicht bekannter Sprosse des gräflichen Hauses.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die beiden Sieget: S. ORTOL..... STAICIEN. und S. P'ORIS FRM.... ICATOR.... TAN.*) – *Abschrift: Doc. Abb. I.* 298.

121.

Eberhard, Bischof von Konstanz, gestattet, in Folge päbstlicher Ermächtigung, die Rückkehr des Clerus von Zürich in das dortige Castrum und bestätigt die Uebereinkunft, welche seine Bevollmächtigten mit den Bürgern in Zürich selbst abgeschlossen haben.

Zürich. 20. Juli 1249.

Eberhardus [1]), Dei gratia Constantiensis Episcopus, universis praesens scriptum inspecturis salutem in eo qui est vera salus. Literas Domini Papae recepimus sub hac forma: Innocentius etc.

(Hier folgt die Bulle vom 23. Juni 1249. Siehe B. 119.)

Sane nos qui circumstantias castri memorati et devotionem cleri in magnis miseriis humiliter tolerantis veraciter cognovimus, ipsis compati et subvenire in hac parte cura suscepti regiminis frequenter admonet et hortatur; plus tamen utilitas negotii generalis nos compellit et conducit, quod nos curam et solicitudinem tam cleri quam civium et negotii universalis Ecclesie in quantum possumus volumus adhibere. Quia vero licet pro magna parte cognoverimus, utile esse et valde necessarium ipsi clero misericorditer provideri, tamen secundum formam nobis traditam, ubi dicitur „si tibi videtur expedire«, habito prudentum consilio, quia propter multas occupationes personaliter ad locum accedere non potuimus. de latere nostro viros honorandos, Abbatem de Salem Cisterciensis Ordinis, fratrem Ulricum [2]) custodem ordinis Fratrum Minorum, et C. prepositum Imbriacensem [3]) et Waltherum dictum Tichtelerium, concanonicos nostros, personaliter ad locum transmisimus, dantes eis in mandatis, ut auctoritate Sedis Apostolicae nobis injuncta et nostra omnibus circumstantiis inspectis super animas ipsorum, si clero, si negotio universalis Ecclesie, si saluti civium videretur expedire, procederent in negotio secundum traditam nobis formam. Ipsi vero, cum dictum locum personaliter accessissent, invenerunt cum diligenti inquisitione et cleri et civium, quod utile erat, et multum posset expedire negotio universalis Ecclesie, si dictus clerus moram faceret cum ipsis civibus, quia tam per manifestam quam per secretam eorum collocutionem aliquos ex ipsius castri habitatoribus a suo errore possent ad unitatem Ecclesie revocare. Praeterea quia universitas civium, tam virorum quam mulierum. cum tanta humilitate ac devotione sacramenta necessitatis videlicet viaticum sibi, si vere poeniterent, et baptismum parvulis petiverunt exhiberi; in tantum etiam, quod poterant sperare quod procedente tempore per Dei gratiam et suggestionem dicti cleri assiduam possent ad ulteriorem obedientiam revocari. Quare predicti nuntii nostri ad requisitionem tam cleri quam civium humilem et devotam, auctoritate Apostolica et nostra sub forma certa eisdem a nobis tradita, clero et aliis religiosis personis introitum et moram faciendi viaticum poenitentibus et baptismum parvulis habito prudentum virorum consilio indulserunt. Dicti etiam nuntii nostri apud cives ad petitionem nostram obtinuerunt, quod licet fratres predicatores ipsos, secundum quod ipsi retulerunt, in fama et in rebus intolerabiliter laeserunt, tamen ob reverentiam nostram duos fratres laicos de ordine predicatorum in domo ipsorum, ut ipsam custodiant, permiserunt. Nos vero videntes ipsorum diligentiam factum ipsorum nostra et auctoritate Apostolica confirmamus et sigilli nostri cum sigillis ipsorum munimine roboramus. Datum Turegi. Anno domini MCCXLVIIII. XIII Kal. Aug. Indict. VII.

[1]) Eberhard von Waldburg; siehe B. 115. [2]) Siehe denselben B. 112. Anmerk. 2. [3]) Siehe B. 96.

Hott. Hist. Eccl. VIII. 1206. — *Abschrift*: *Sch. C. D. nr.* 507. (*Mit Abbildung der Siegel.*)

122.

Eberhard, Bischof von Konstanz, gestattet der Aebtissinn und ihrem Convente, dem Probste und Capitel und aller Geistlichkeit in Zürich, ungeachtet des Interdicts daselbst zu bleiben.

Konstanz. 27. November 1249.

Eberhardus [1]), Dei gratia Constantiensis episcopus, dilectis in Christo Abbatisse et conventui, Preposito et capitulo totique clero Thuricensi salutem in Domino. Universalis ecclesiae negotio prospicere cupientes, vobis, sicut a sede Apostolica habuimus in mandatis et sicut per dilectos nostros nuntios [2]), Abbatem de Salem, fratrem Ulricum custodem fratrum minorum in partibus Sueviae, C. prepositum Imbriacensem, W. Tichtelerum canonicum Constantiensis ecclesie, ad castrum Thuricense destinatos, a nobis ibidem fuit ordinatum, auctoritate sedis Apostolice et nostra duximus indulgendum, ut in eodem castro non obstante interdicto, quod contra communicantes Thuricensis ecclesie est prolatum, stare possitis ac eisdem ovibus communicetis sine salutis animarum vestrarum periculo, maxime cum hoc credamus predicto universalis Ecclesie negotio expedire potius quam nocere. Datum Constantiae. V. Kal. Decembris. Indict. VIII.

[1]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [2]) Siehe B. 121.

Scheuchzer. Cod. dipl. nr. 508. b. (*Mit Abbildung des Siegels.*)

123.

Abt Wernher und Convent von Capell schliessen mit Heinrich dem Meier von Horgen, der mit Bewilligung der Aebtissinn Judenta ihnen seine Güter geschenkt hat, einen Vergleich hinsichtlich dessen, was ihm und seiner Frau zur Nutzniessung überlassen bleiben, und wie es nach beider Tode mit der Fahrhabe gehalten werden soll.

Zürich. 6. März 1250.

Wernherus Abbas totusque conventus de Capella. Cisterciensis ordinis. omnibus presentium inspectoribus noticiam geste rei cum salute. Super controversia quam nostro monasterio H. villicus de Horgen frequenter movebat de diversis pactis interpositis in donacione bonorum suorum que nobis dederat liberaliter et legitime. cum auctoritate Reverende domine J. [1]) Dei gratia Turicensis Abbatisse, et consensu fratris sui. O. de Horgen. videlicet predium suum in Oberereiden [2]). et Roupegarten [3]). et Roshenmatta [4]). et Wolfesbuol [5]). et Buccunbach [6]) sita in parrochia de Horgen. et predium suum in Urenia [7]) cum omni diligencia que secundum consuetudinem terre in hujusmodi dona-

cione consuevit observari. tandem in hunc modum exstitit ordinatum. quod nos singulis annis debemus sibi presentare in festo Sanctorum Felicis et Regule. ubicumque residens fuerit juxta lacum Thuricinum XVIII modios tritici mensure Thuricensis. Decimum nonum vero modium remisit nobis pro remedio anime sue. et patris et matris. quorum anniversaria in festo Gervasii et Prothasii apud nos debent celebrari. Nos etiam sibi curiam nostram in Chussenacho [8]). in qua residet. sine vitibus. pro tribus modiis. pro tempore vite sibi concessimus. et predium quod dicitur in Breitingen [9]). pro duobus modiis. qui quinque modii debent extrahi de summa XVIII modiorum. Post mortem vero predicti villici media pars predicti census nobis vacabit. et altera medietas uxori sue quamdiu vixerit a nobis persolvetur. post cujus mortem ab omnibus erimus absoluti. Item vineam in Zeltenbuol [10]). sitam in Chussenacho. quam idem villicus plantavit, ipse et uxor sua ad tempus vite sue. pro I urna vini. nomine nostro possidebunt. post mortem vero ipsorum ad nos libere revertetur. Item in morte sua mobilia in tres partes debent dividi. una pars nobis remanebit. altera uxori. de tercia vult ordinare ad sui arbitrii voluntatem. De uxoris autem ejus vestibus et quatuor lectis nulla debet fieri divisio, sed ei integre remanebunt. Lorica sua debetur hospitalariis [11]). si ante ipsam non distraxerit. domine Abbatisse Thuricensi debetur mortuale, ante rerum mobilium divisionem. Hec singula et universa tam a predicto villico, quam a nobis approbata sunt et collaudata, ut in omnibus sine cujuslibet fraudis scrupulo diligentius observentur. In cujus rei testimonium duo paria litterarum conscripta sunt, unum sibi, aliud nobis retinendo. Sigillis videlicet Reverende domine Abbatisse Thuricensis. et nostro. et nobilis viri domini Uol. de Snabelburch. [12]) et H. plebani sancti Petri in Thurego sigillatas. Acta sunt hec in Thurego. Anno domini. MCCL. II Nonas Marcii Indictionis VIII.

[1]) Judenta von Hagenbnch. [2]) Oberrieden am Zürichsee. [3]) ? [4]) Rosengarten, Kgde. Oberrieden? [5]) ? [6]) Bocken, Kgde. Horgen? [7]) Uri. [8]) Küssnach am Zürichsee. [9]) ? [10]) ? [11]) Den Rittern des Ordens St. Johann zum Spital von Jerusalem. Ein Haus derselben in Küssnach, wo H. der Meier wohnte, wird freilich erst im XIV. Jahrhundert zum ersten Male urkundlich erwähnt. [12]) Ulrich (I.) von Schnabelburg. B. 105.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn, wie in B. 74, des Abts von Capell, Ulrichs von von Schnabelburg und des Leutpriesters bei St. Peter. — Abgedruckt (im Auszuge): Regest. d. Arch. d. Schw. Eidg. B. I. Heft* 3. *nr.* 58. (*Irrig: anno* 1252.)

124.

Rudolf Schwarz verkauft ein Gut zu Rüti an das Kloster Oetenbach und stellt Bürgen und Geiseln wegen Eviction, unter Siegel der Aebtissinn und des Rathes.

Zürich. (Obere Brücke.) 28. Juni 1251.

Allen die disen brief sehent, chunde ich Rudolf der Swarze. daz ich daz gut ze Ruti [1]). daz min len was von minen Herren von Tengen. do ich des selbin gutis eigenschaft an mich geledegete, umbe sechs March silbers von minem Hern Chunrate. und mirs ouch der verburgete. daz sines bruder sun ouch daz han sol stete. swanne er ze sinen tagen kumet, als es mit sinem brieve den er mir darüber gab ist bescheiden. do gab ichs ze choufen. der samenunge an Oetinbach. umbe vier und zwenzig march silbers. und han in gelobet und verburget mit minen friunden sechsen. Heinrich

von Borsinchon [2]). Heinrich Revil. Chunrat an dem Renneweg. Len. Churlebuz. Ulrich und Willehelme Schaflin. swenne mins Hern Heinrichs sun von Tengen. zwelfierig wirt. dar nah in dem iare sol ich frumen. daz er sich des selbin gutis Eigenschaft ze Ruti lidiclich enzihe. als es hat getan ouch min Her Chunrat. swie er des nit tut. swanne michs danne ald min burgen diu samenunge gemant. so suln wir uns giseln darumbe. uz unsern husern umbe veil gut ze ezinne. und niemer wider hein ze kominne. e wir daz gefriumen. ald wir aber der samenunge gebin sibin und zwenzig march silbers. ob ich nit erwerbin mag. und swie ich daz silber gewer so suln si mir daz gut ze Ruti lidig lan. in dem nuzze und in der gelegenheit alsiz lazent. Swie aber min gisel die mir umb daz selbe ding. ald zwelf march silbers ze gebinne gelobit hant. ligent. die wile suln min gisel nith ligen. swie aber die daz brechin. ald ich darumbe tag gebe. so sol ich und min gisel ligen. swie ich stirbe so suln min erben diz vol fürin. swie miner gisel einer stirbit so sol ich inwendig acht tagen in ein andirn gebin. ald ich und die burgen suln uns dar umbe giseln als e. An disen dingen was. Otte Manez [3]). Heinrich sin bruder [4]). Her Heinrich und Her Hug von Lunchuft. Her Walther der Liutpriester und bruder Rudolf an Oetinbach. Ze einer gehugede und vestenunge dirre dinge. so wart dirre brief besigelt. mit unser frowen dir ebbetischen ingesigel und der burger von Zurich. Diz beshach in dem Jare do von unsers Herrin geburt warin. zwelf hundert und eins und funzeg iar an sant Petirs abende. vor dem Munsterhof. an der oberen brugge [5]).

[1]) Rüti, Kgde. Bülach, Kts. Zürich. [2]) Borsikon, Kgde. Aügst, Kgde. Zürich. [3]) und [4]) die beiden Brüder O. und H. Maness, Chorherren und nachmals Pröbste des Stifts Zürich. [5]) Diese Urkunde ist einer der ältesten in deutscher Sprache abgefassten Briefe in Schweizerischen Archiven. Vergl. *Kopp. Urk. zur Gesch. der Eidg. B. I. pag.* 2.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn Judenta, wie in B.* 74, *und des Rathes von Zürich hängen. Das letztere zeigt die beiden Heiligen, unter Bogenstellungen stehend, die Umschrift aber: S. CIVIVM TVRICENSIVM. vergl. B.* 71. 72.) — *Abgedruckt: Kopp. Eidg. Bünde. II.* 720. *Beil.* 10.

125.

Abt und Convent von Einsiedeln übertragen der Abtei das Eigenthum an einem von Herrn Roedeger Manez, Ritter, zu Lehen besessenen Gehölze zwischen Käferholz und Affoltern.

Jahr 1251. [1])

Reverendis in Christo. J. [2]) Dei gratia Abbatisse et Conventui Monasterii Turicensis. A. [3]) eadem gratia Abbas et suus conventus Heremitarum. orationes in domino cum salute. Ad preces dilecti nostri. Roedegeri Manezen Militis Civis Turicensis, quoddam nemusculum quod pocius vulgariter dicitur Stude situm inter keverholz [4]) et affoltre [5]). jure proprietario (ad nos). ad eundem vero. R. infeodationis titulo spectantem. vestro Monasterio liberaliter conferimus et donamus. Utilitati nostri Monasterii in hoc nichilominus prospicientes. quia idem. R. miles de vestro consensu et suorum liberorum expressa accedente voluntate. quedam prata et agellos empta a fratribus. A. et. B. de Hottingen. et

Heinrico dicto Reuil. sita in dem Harde [6]), in reconpensationem dicti nemusculi, nostro contulit Monasterio in proprietatem. et ipse predicta bona in feodum a nobis recepit. et ex hiis bonis se recognoscit. ad fidelitatem et servitia prestanda nostro Monasterio obligatum. Testes. Magister. R. scolasticus [7]) et Wernherus de Obrunchilche [8]). R. Marcius et. O. Manez. canon. turicen. H. spichwart et. H. Tesheler Cives Turicenses. Act. Anno domini MCCLI. Indict. VIIII.

[1]) Die Indictionszahl der Urkunde zeigt, dass das Datum vor den 24. September des Jahres fällt. [2]) Judenta von Hagenbuch. [3]) Anshelm von Schwanden, Abt von Einsiedeln von 1234 – (31. December) 1267. [4]) Käferholz bei Zürich. [5]) Affoltern bei Höngg, Kts. Zürich. [6]) Das Hard bei Zürich. [7]) Scolasticus in Einsiedeln, siehe *Reg. Eins. nr.* 81 und B. 208. [8]) Oberkirch, Kts. St. Gallen.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Abts hängt*). — *Abgedruckt: Neujahrsstück der Stadtbibl. Z.* 1848. *S.* 20. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 310. *Sch. C. D. nr.* 910 *b.*

126.

Roedeger Manez anerkennt einen zwischen ihm und den Leuten von Wipkingen getroffenen Tausch von Grundstücken, und verspricht von dem eingetauschten, der untern Au beim Hard, als Erblehen der Abtei jährlich ein halbes Pfund Wachs zu zinsen.

(Zürich.) Jahr 1251. [1])

Omnibus presentem paginam inspectoribus. Ego Roedegerus dictus Manez Civis Turicensis significo presentium tenore. quod permutationem factam ex parte hominum de Wibechingen [2]) ex una. et me ex parte altera. super area sita in flumime Lindemaci dicta Augia inferior juxta curiam que dicitur in dem harde ad monasterium abbacie Turicensis proprietario. ad ipsos homines vero hereditario jure spectante. et super quodam nemusculo sito inter keverholz et affoltre. iure proprietario ad monasterium heremitarum. ad me autem jure feodatorio pertinente, voluntate et consensu domini Abbatis et sui conventus. et domine Abbatisse predictorum accedente, sicut per eorum apparet instrumenta, meis etiam heredibus in id ipsum expresse consentientibus ratam habere in omnibus et pregratam. Addendo et presentibus protestando. quod in memoriam juris proprietatis et respectum, quem dicta Augia ad monasterium Turicense habuit et habere debet, nomine census ego et mei heredes singulis annis festo Felicis et Regule dimidiam libram cere ponderis usualis dicto Monasterio persolvamus. ad id nos firmiter obligando. Testes qui aderant hii sunt. Heinricus plebanus sancti Petri. Otto Manez Canonicus Turicensis. Heinricus de Huomelinken [3]). Uuolricus Scultetus. et Burkardus scriba. Ad maiorem huius firmitatem presentes literas meo sigillo communivi. Act. Anno domini MCCL primo. Indict. VIIII.

[1]) Der Ausstellungsort ist unzweifelhaft Zürich. Für das Datum und die meisten genannten Orte siehe B. 125. [2]) Wipkingen bei Zürich. B. 15. [3]) Humlikon, Kgde. Andelfingen, Kts. Zürich. Vergl. B. 196.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel Rüdgers Manessen hängt.*) — *Abgedruckt: Neujahrsstück der Stadtbibl. Z.* 1849. *S.* 20. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 306. *Sch. C. D. nr.* 510 *a.*

127.

Aebtissinn Judenta verleiht, mit Zustimmung des Conventes, dem Rudolf Bucher und dessen Söhnen ein Grundstück in Zollikon in der Bünt genannt zu Erbe.

(Kloster Zürich.) Jahr 1251.

J. [1]) Dei gratia Turicensis Abbatissa universis presentium inspectoribus salutem et notitiam rei geste. Cum facta notabilia processu temporis de cordibus hominum per oblivionem velut aque currentes defluant et recedant; antiquorum sollertia discreta hoc invenit. ut gesta preterita eis qui nascentur et novi exurgent, scripturarum testimonio publicentur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum. quod nos de communi consensu nostri Conventus agrum situm in Zollinkon [2]) dictum in der Bünte. qui ad nostrum monasterium cum omni integritate iuris proprietarii spectare dinoscitur. accedente etiam voluntate domini Jacobi dicti Molendinarii villici de Stadelhovin concessimus. R. dicto Buochere. et filiis suis. Heinrico. Bertoldo. Chunrado et Ruodolfo. eorumque heredibus cum omni integritate iuris hereditarii sub hac conditionis forma in perpetuum possidendum. videlicet ut annuatim in festo Galli ad cellarium nostrum unum modium tritici. et piscatoribus in Stadilhovin quibus tunc pro tempore piscinam nostram commiserimus. LX. quartalia tritici. nomine nostro persolvere non omittant. Acta sunt hec Anno domini. M.CC.Lmo. primo. presente nostro Conventu et aliis. videlicet. Ja. molendinario. Hug. et Heinr. fratribus dictis de Lunkuft. militibus. Plebano sancti petri. Bur. scriba nostro. H. dicto Gnursere. Hug. dicto Milcheli. H. dicto Shuhardo. et. Ber. filio suo. Cellerario de Stadelhovin. piscatoribus nostris de Stadilhovin qui tunc fuerunt. Ber. de Goltbach. et aliis quam pluribus ydoneis et honestis. Ne quis autem huiusmodi concessionis nostre violator temerarius existat, predictis Buochario. filiis suis. eorumque heredibus presentem paginam sigilli nostri munimine concedimus roboratam. Ad maiorem dicte rei firmitatem et evidentiam pleniorem, petivimus presens scriptum sigillo Capituli Turicensis etiam communiri.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Zollikon und [3]) Stadelhofen bei Zürich.

Stiftsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Capitels der Chorherren zum Grossmünster hängen.*)

128.

Aebtissinn Judenta verleiht dem Kloster Oetenbach einen zu diesem Behuf von Konrad Blum von Zürich, dessen Frau und Kindern aufgegebenen Weinberg in Goldbach.

(Kloster Zürich.) Jahr 1252. Um den 11. November.

Universis presentem literam inspecturis. J. [1]) abbatissa Monasterii Turicensis. rei geste noticiam. Noverint tam presentis etatis homines quam future. quod. Cunradus dictus Flos Civis Turicensis.

cum uxore sua Anna et duobus filiis suis et tribus filiabus tunc viventibus. vineam suam in Goltpach [2]). ad ipsos iure proprietario pertinentem. Conventui Sancte Marie in Oetinbach pro. XV. marcis Argenti puri. et. XV. solidis Turicensibus vendiderunt. Resignantes autem predicti. C. et uxor cum prole sua. dictam vineam. sicut moris est in huiusmodi [3]) in manus Johannis de Basilea Civis Turicensis. Idem Johannes ipsam vineam in manus nostras resignans. eandem predicto Conventu concedi pro annuo censu unius denarii postulavit. Nos igitur predictam vineam sub predicta forma receptam a Johanne prenotato. ipsam predicto Conventui in Otinbach sub annuo censu unius denarii videlicet contulimus inperpetuum libere possidendam. In cuius rei evidentiam et roboris firmitatem presentem literam dicto Conventui donamus. nostri sigilli munimine communitam. Testes qui aderant. Burchardus plebanus in Swaningen [4]). Burchardus scriba. Hugo de Lunkuft Miles. H. Milcheli. et Heinricus Shuhart. et alii quamplures. Acta sunt hec Anno domini. MCCLII. circa festum Sancti Martini.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Goldbach, Kgde. Küssnach am Zürichsee. [3]) Hier fehlt ein Wort. [4]) Swenningen bei Villingen, Grhm. Baden.

Staatsarchiv Zürich (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

129.

Der Rath von Zürich urkundet, dass laut Urtheil des Probstes, als Richters über Fluntern und St. Leonhard, die Bebauer der von dem Stift um bestimmten Zins verliehenen Reben diese nicht veräussern und auch nur auf ihre Descendenten vererben können.

Zürich. 27. März 1253.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Decisiones litium et controversiarum scripturis publicis expedit commendari. ut eo difficilius in causis iam recisis resumi valeat materia litigandi. Nos igitur Consules Castri Turicensis quorum nomina subscribuntur. notum facimus presentibus et futuris. quod cum Ruodolfus dictus Wölflinus de Sancto Leonhardo extra muros nostri castri, sine legitime natis decessisset; Mechtildis mulier soror eiusdem, vineam quam C. bone memorie quondam plebanus in altdorf [1]) dictus flos ratione prebende sue possederat. cuius etiam vinee cultor fuerat frater suus antedictus. sibi jure hereditario competere proponebat. Honorabilibus in Christo Canonicis ecclesie prepositure Turicensis, ad quorum manus eadem vinea secundum annum gratie de prebendis vacantibus fuerat devoluta, contradicentibus eidem mulieri. Tandem venerabilis in Christo Wernherus Prepositus Turicensis, qui Judex per totam villam seu suburbium Vluontrein [2]) et sanctum Leonhardum [3]) jurisdictionem ordinariam in temporalibus bonis seu possessionibus ipsius ecclesie Turicensis prepositure dinoscitur habere, tam partibus quam aliis ecclesie hominibus seu servis ad suam presentiam in termino peremptorio ad hoc legitime assignato comparentibus et auditis hinc inde pro-

positis. Singulis etiam ecclesie hominibus quorum intererat sub debito fidelitatis et juramenti super huiusmodi iure et consuetudine examinatis diligenter. per sententiam et consensum universorum et singulorum sententiando decrevit. quod cultores vinearum iamdicte ecclesie Turicensis prepositure ipsas vineas ad excolendum sub certis pensionibus sibi commissas seu concessas nullo modo possunt vel debent alienare. Maxime cum soli eorundem cultorum legitime nati huiusmodi vineas jure successionis seu hereditario debeant possidere. omnibus aliis heredibus quocumque nomine censeantur ab huiusmodi vinearum successione ammotis penitus et exclusis. Nos itaque qui huiusmodi iuris seu consuetudinis in contradictorio judicio evicti seu obtenti noticiam habemus pleniorem, presens instrumentum de consensu et rogatu subscriptorum tam cultorum quam aliorum hominum seu servorum ecclesie. videlicet. C. Cellerarii de Suamindingen [4]). C. de Witinkon [5]). R. Amzen. Ruo. Vinchen. et Hugonis filii sui. Wal. Chamerers. C. Cementatoris. Wer. fratris sui. C. de Turbatton. H. Rêmi. Ruo. Phanthengist. P. Wirbels. H. Ubelsakkes . . Vrien. Mangoldi. C. de Valtersbach [6]), confectum et conscriptum tradimus Canonicis memoratis. Sigillis venerabilis in Christo. Ju. [7]) Turicensis abbatisse et nostro patenter communitum. Nomina autem nostra qui ad presens in consules Castri Turicensis vocati sumus et assumpti sunt hec. H. de Lunkuft. H. Frigellus. H. de Curia. R. de Clarona. Fr. Bokkelinus. Milites. Wer. Monachus. C. Theoloniator. C. de Vico. H. Sendere. R. in Munsterhove. Uol. Trembilli. B. Trueber. Acta sunt hec in Turego. Anno domini Millesimo CCLIII. VI Kal. Apr. Indictionis undecime.

[1]) ? [2])—[5]) Fluntern, St. Leonhard, Schwamendingen und Witikon bei Zürich. [6]) Vergl. B. 135. [7]) Judenta von Hagenbuch.

Stiftsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn, wie an B. 74 beschaffen, und dasjenige des Rathes hängt. Letzteres wie in B.* 124.) – *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 518 *c.*

130.

Aebtissinn Judenta verleiht ein zur Pfründe von St. Stephan bei Zürich gehöriges Grundstück auf Boncisbuel an Werner Brosima, Bürger in Zürich, als Erbe.

Kloster Zürich. 15. Juli 1253.

(S. unten B. 143)

131.

Aebtissinn Judenta verleiht dem Kloster Wettingen ein von Otto, Decan in Kilchberg, ihr übertragenes Haus in Zürich zu Erbe.

Kloster Zürich. 19. März 1254.

Judinta [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis presentium inspectoribus universis noticiam subscriptorum. Quoniam hominum memoria labilis est et ad modum umbre preterit nec revertitur, antiquo-

rum industria premonite, modernorum coram nobis gesta ad futurorum noticiam scripture testimonio cupimus pervenire. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, qualiter Sacerdos. Otto. Decanus et Plebanus in Kilchberc [2]) domum suam iure proprietatis ad eum spectantem quam iusto titulo emptionis emerat a filiis R. Manessen [3]) in manus nostras cum omnibus suppellectilibus et utensilibus videlicet duobus torcularibus vasis doliis et simul omnibus continentiis suis. excepto argento vino et frumento. libere tradidit et contulit, expresse accedente coniventia et consensu R. filii sororis sue, advocati sui, dicti an dem Herwege de Zollinchon, iuxta consuetudinem et ius terre nostre. Quam nos incontinenti. Reverendo viro. Domino. C. Abbati nomine suo et Monasterii de Wettingen et successoribus suis concessimus pro annuo censu videlicet unius denarii monete Constantiensis [4]) in festo Sanctorum Felicis et Regule solvendo cum premissis utensilibus et continentiis suis iure hereditario perpetuo possidendam. Acta sunt autem hec Anno Domini MCCLIIII. XIIII Kal. Aprilis Ind. duodecima. In Curia monasterii nostri. Coram Hein. de Lunchuft. H. Vinken. R. de Glarus. H. in Curia. F. Bochelin. C. in platea. H. de Orlinkon. R. in munsterhove. Uol. Dremelin. Wer. Monacho. Bur. Versenon. C. Theloneario consulibus tunc temporis existentibus. Testes autem qui rogati premissis interfuerunt sunt hii quorum nomina subscribuntur. Magister H. Sancti Petri plebanus. C. plebanus de Tellewile [5]). H. Sacerdos et Vicarius ad Sanctum Petrum. Bur. Notarius. Jac. Molendinarius. Hugo de Lunchuft. Uolricus Scultetus an dem Orte. H. Milchelin. Jacobus Tuto. Joh. Pistor. Joh. Schelin. Bawarus. R. Villicus de Riedirn [6]). Wer. et Uol. fratres Wolfleibizch. C. ab dorf. H. Schuhart. C. pfisterlin. A. Heideman. Fr. H. prior de Lucela [7]). Diocesis Basiliensis. Fr. Joh. Cantor. Ber. Vestiarius. H. Cellerarius. W. Sacerdos et monachus dictus de Horgin. Fr. Wer. Conversus Magister in Riehein. professi omnes monasterii antedicti. Ad maiorem premissorum omnium firmitatem et evidentiam pleniorem et ne aliquis in posterum Posteris dubitationis scrupulus vel questionis materia super premissis valeat suboriri presens scriptum nostro et nominatorum Consulum predicti quoque Decani et plebani de Kilchberc et Magistri H. plebani Sci. Petri Sigillis fecimus communiri. Concedentes sepedictis abbati et conventui de Wettingin perpetuo valiturum feliciter.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Dieser Decan in Kilchberg (am Zürichsee), Otto, gehörte dem Geschlechte der: von Hottingen an; siehe *Vögelin Gesch. der Wasserkirche. S.* 6. [3]) Das jetzt noch so genannte „Wettingerhaus« hatte Rüdger Maness I. gehört. Vergl. *Neujahrsstück der Stadtbibl. Z.* 1849. *S.* 4. [4]) Die gesperrt gedruckten Silben sind von neuerer Hand geschrieben. [5]) Tallwil am Zürichsee. [6]) Albisrieden bei Zürich. [7]) Lützel (in der Nähe von Pruntrut) im französischen Departement Haut-Rhin.

Archiv Wettingen. (*Die vier benannten Siegel hängen. Dasjenige des Rathes von Zürich wie in B.* 124. *Das Siegel der Aebtissinn ist von dem in B.* 74 *und allen frühern Urkunden, als die gegenwärtige, gebrauchten verschieden. Es zeigt die Gestalt einer Nonne, stehend, mit wallendem Schleier, in der Linken ein Buch haltend; darum die Umschrift: S. IV. TVRICENSIS. ABBATISSE.*)

132.

Schiedspruch des Magister Heinricus, Leutpriesters bei St. Peter, und des Ritter Hugo von Lunkunft, zwischen Ritter Burchard von Hottingen nebst seinem Neffen Ulrich und der Abtei Zürich betreffend ein Gut der letztern in Seebach.

(Zürich. 1254. Vor dem 20 April) [1].

Universis presentium inspectoribus Magister Heinricus plebanus sancti Petri Turego, et Hugo Miles dictus de Lunkuft civis Turicensis, noticiam subscriptorum. Recte agitur cum rei geste pro tempore noticia, scripture testimonio, ad noticiam transmittitur futurorum. ex hoc enim rei veritas conservatur, et universa tollitur occasio calumpniandi. Noverint igitur universi, quod cum Burchardus miles dictus de Hottingen civis Turicensis a solutione census annui, videlicet quinque modiorum tritici minus uno quartali et XXX denariorum, que debebat singulis annis Monasterio abbatie Turicensis de quodam predio sito in Sebach [2]) tamdiu cessasset, et censum eundem persolvere neglexisset, sicut idem publice recognovit, quod recta facta computatione in XIV modiis tritici obnoxius et debitor extitisset, et propter hoc domina abbatissa [3]) et suo conventu conquerentibus, divinum officium sibi sueque familie rationabiliter fuisse interdictum, et ob id inter predictam dominam abbatissam et eundem militem dissensionis materia fuisset suborta, tandem nos ab ipsis partibus arbitratores sive compositores electi, de consilio prudentum virorum non solum presentem dissensionem inter eos concordare, sed etiam futuram dissensionem amputare cupientes, et quantum possumus providere, ne inter ipsos ulterius questionis scintilla oriretur, arbitrando ordinamus, et ordinando arbitramur et diffinimus, quod dictus miles de Hottingen et Ulricus fratruelis suus jus hereditarium sive emphiteoticum, quod sibi in dicto predio competebat vel competere videbatur, in manus predicte domine resignent et publice tradant, jure advocatie sibi tantummodo in hunc modum reservato, quod ipsi sive sui successores nihil plus ullo umquam tempore de dicti predii advocatia nisi duo quartalia tritici quocunque nomine debeant percipere, et si forte contra hoc ex aliqua industria vel ex ignorantia per se vel suos nuntios minus majusve extorserint, vel amplius quidam sibi nomine servitii usurpaverint, postquam a dicta domina vel a suo Conventu moniti fuerint, infra mensem unum hoc debent emendare et restituere integraliter, et si hoc emendare et restituere neglexerint, tunc pro pena dimidiam marcam argenti debent persolvere domine memorate, et nihilominus rem restituere usurpatam, et domina abbatissa nomine suo et Monasterii sui debet ipsos a debito census absolvere et dimittere penitus absolutos. Hec omnia et singula ut dictum est, et a nobis diffinitum, partes ambe facto perfecerunt, et utique compleverunt, promittentes publice in presentia multorum ad hoc se litteris presentibus firmiter obligando, quod contra predictam ordinationem nullo umquam tempore facto vel verbo venient, vel venire molientur. In testimonium premissorum predictas litteras [4]) Reverende domine abbatisse Turicensis, Consulum Turicensium, predicti Burchardi militis dicti de Hottingen et meo plebani Sancti Petri obtinuerunt communiri. Presentibus hiis C. plebano monasterii abbacie. R. plebano de Rumlang. Burcardo Martio. O. Decano in Kilchberg [5]). Magistro

Ulrico dicto Wolfleibscha. Burchardo scriba nostro. domino H. de Werdegge [6]). H. de Schoenenwert. Bertoldo Bruhundo. Ar. de Maswanden [7]). Militibus et aliis quampluribus.

[1]) Die Zeit, in welche die gegenwärtige Urkunde fällt, zeigt B. 134, woselbst ihrer erwähnt ist. [2]) Seebach bei Zürich. [3]) Judenta von Hagenbuch. [4]) „*sigillis*" ist ausgefallen. [5]) Vergl. B. 131. [6]) Werdegg und [7]) Maschwanden, Kts. Zürich.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel des Rathes, wie in B.* 124, *und Ritter Burchards hängen; dasjenige des Leutpriesters von St. Peter fehlt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 314. *VII.* 685.

133.

Elisabetha von Gerzinsee, Gattinn Burchards von Belpo, entsagt allem Anspruch an die Güter in Uri, welche Aebtissinn Judenta und Convent in Zürich von demselben gekauft haben.

(Jahr 1254. Vor dem 20. April.) [1])

Reverendis in Christo J. [2]) Dei gratia Abbatisse et Conventui Monasterii turicensis Elisabeth dicta de Gerzinse [3]) uxor Burchardi de Belpo [4]) reverentiam cum obsequii voluntate. Dubitastis an maritus meus, predictus Burchardus in prediis suis Uranie, que legittimo titulo emptionis comparastis, aliquid erga me nomine donationis, propter nuptias, vel dotalitii, in rebus vel hominibus eiusdem vallis donando vel obligando sive promittendo ordinaverit vel promiserit ordinari, et super hoc a me certificari plenius voluistis. Quare vobis presentibus declarando respondeo quod nihil de dictis prediis sive hominibus erga me ex parte ipsius fuit attemptatum, facto vel promisso. Ex superhabuntanti tamen huic venditioni voluntarie consentio, quia de meo consilio facta est, et renuntio omni juri, quod ex cujuscunque hominis industria possit excogitari a legibus et canonibus in favorem matrimonii concesso, quod hujusmodi venditionem posset impedire et vobis prejudicium generare. In hujus rei testimonium presentes litteras domini prepositi Interlacensis [5]) et mei mariti sigillis roboratas concedendo.

[1]) Die Zeit dieser Urkunde bestimmt B. 134, wo das hier erwähnte Gut als „*predium de Belpo*" genannt wird. Vergl. auch *Kopp. Eidg. B. II.* 257, 2. [2]) Judenta von Hagenbuch. [3]) Gerzensee, [4]) Belp und [5]) Interlachen, Kts. Bern.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel des Probsts von Interlachen hängt; für dasjenige Burchards von Belp ist bloss der Pergamentstreifen da.*) — *Abschrift: Doc. Abb. XII.* 9.

134.

Aebtissinn Judenta verkauft ein Grundstück in Seebach an ihren Convent, nachdem sie dasselbe von den Ansprüchen des Ritters Burchard von Hottingen geledigt hat.

(Kloster Zürich.) 20. April 1254.

Omnibus presentium inspectoribus. Judenta [1]) divina miseratione Abbatissa Turicensis oraciones et noticiam subscriptorum. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum. quod nos praedium situm

in Sebach [2]). in quo Burchardus miles dictus de Hottingen [3]). noster ministerialis ius hereditarium sibi vendicabat. per nos ab eo penitus absolutum et liberatum eatenus quod etiam in iure Advocatie nihil sibi vendicet praeter duo quartalia tritici que sibi singulis annis inde debentur. sicut in litteris super hoc confectis et nostro monasterio ab eodem milite concessis manifestius declaratur. Conventui nostro pro certa pecunie quantitate ad anniversaria spectantis. in usus ecclesie redacte. videlicet pro solutione praedii de Belpo [4]) vendimus et tradimus in communes usus anniversariorum. cum omni iure et integritate perpetuo possidendum. Acta sunt hec anno domini M.CC.LIIII. XII. kalendas mai. Indictione XII.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) und [3]) Vergl. B. 132. [4]) Vergl. B. 133.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt, wie in B.* 131 *beschaffen.*) – *Abschrift: Doc. Abb. I.* 314.

135.

Aebtissinn Judenta überlässt den Zehnten in Waltersbach, den Ritter Heinrich Judemann von ihr zu Lehen getragen und nun aufgegeben hat, ihrem Convent, aus dessen Gelde sie den Lehensberechtigten ausgekauft. Dagegen verspricht der Convent, ihre Jahrzeit zu feiern.

(Kloster Zürich.) 20. April 1254.

Omnibus presentium inspectoribus. Judenta [1]) divina miseratione Thuricensis Abbatissa cum orationibus noticiam subscriptorum. Notum sit omnibus quibus nosse fuerit oportunum. quod nos deliberato consilio decimam tam vinearum quam agrorum, tam cultorum quam incultorum. sitas in Valtirsbach [2]). quas Heinricus dictus Judemannus miles. dicitur a nobis in feodum habuisse. ab eo pro quadam pecunie quantitate absolutas. et in possessione nostra per aliquod tempus detentas, Conventui nostro ad diligentes ipsorum petitiones. et bonorum hominum consilia. cum in hoc nullus alienationis contractus intelligatur attemptatus. libere contulimus. maxime cum ipsa pecunia data predicto militi, ad ipsum conventum pertineret. et ad anniversaria defunctorum proinde celebranda. sicut in libro de anniversariis confecto, collegitur evidenter. Hiis itaque rite peractis. idem conventus statuit et ordinavit ex mera liberalitate. quia in hoc et in aliis recognoverunt nos pro ecclesie utilitate fideliter laborasse, ut nostrum anniversarium post nostrum decessum. tam ipsi quam eorum successores cum ministris sollempniter debeant celebrare. et de redditibus earundem decimarum. cuilibet dominorum et dominarum. qui in aliis anniversariis omnibus partem habent, simula et staupa vini nostratis illo die, qui personaliter Vigilie et Misse interfuerint, ministretur. absentibus vero nequaquam. et hec omnia tam a nobis quam ab ipso conventu sunt rationabiliter approbata. et in testimonium premissorum presentes litere. nostri. H. sancti petri et. C. Monasterii nostri plebano-

rum et canonicorum Turicensium sigillorum sunt munimine roborate. Acta sunt hec Anno domini MCCLIIII. XII. kal. Mai. Indict. XII.

[1]) Judenta von Hagenbuch. [2]) Ein nicht mehr bekannter Name eines Ortes in der Nähe von Zürich. In einem alten: *Census bonorum mon. Thur.* findet sich die Notiz: „*Item C. de Waltersbach dimidiam libram cere de vinea sua in Fluntren dicta zur Zuben.*« (*Doc. Abb. VII.* 739). Den Ritter Hch. Judemann siehe B. 75.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn, wie in B.* 131, *und Heinrichs, des Leutpriesters von St. Peter, hängen; dasjenige des Leutpriesters C. der Abtei fehlt.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 318. *Sch. C. D. nr.* 321 *a.*

136.

Gütertausch zwischen dem Kloster Engelberg und Ritter Hugo von Lunkunft nebst seinem Sohne Ulrich, Bürgern in Zürich, unter Bewilligung von Elisabeth, erwählter Aebtissinn in Zürich.

Zürich. 17. April 1255.

Waltherus[1]) Abbas et Conventus Montis Angelorum ordinis Sancti Benedicti Constantiensis dioceseos. et Hugo Miles de Lunchuft et Uolricus filius suus Cives Turicenses. Universis presentem paginam inspecturis noticiam subscriptorum. Lites ex errore, errore ex oblivione nascuntur. Unde necesse est ad precludendam viam errori et lites exstirpandas ut facta modernorum scripture testimonio fideliter commendentur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod nos predia nostra in villa que dicitur Winchel[2]) et in Obrehusen[3]) et in Ophinchon[4]) in Vuglistal[5]) in Stettin[6]) in Rosowa[7]) in Mettmostettin superiori[8]) a nobis libere possessa et quiete obtenta sine quolibet onere Advocacie villicacie vel quacumque servitute ad invicem absque fraudis scrupulo utriusque partis utilitate et commodo inspecto commutamus. et ego dictus Abbas domino Hugoni Militi predicto nostra predia superius expressa scilicet in Winchel in Obrehusen in Ophinchon cum consensu nostri Conventus cum omni iure et integritate et libertate tam culta quam inculta, cum nemoribus. pratis, pascuis et omnibus suis appendiciis trado et possessionem perpetuam assigno. Similiter nos Hugo de Lunchuft et Uolricus filius suus predicti cum manu et conniventia Reverende domine nostre Elizabete[9]) Electe Turicensis, et cum consensu uxorum liberorumque nostrorum expresso damus et assignamus et possessionem tradimus sepedicto domino Abbati nomine sui Monasterii et suis successoribus predia nostra superius nominata scilicet in Vuglistal in Stettin in Rossowa in Methmostettin superiori cum omni iure et integritate et libertate, tam culta quam inculta, cum nemoribus, pratis, pascuis et omnibus suis appendiciis perpetuo quiete et pacifice obtinenda et possidenda, observantes hinc inde omnem diligenciam et cautelam et solempnitatem quas in talibus ius et consuetudo suadet et precipit observari. Renunciamus etiam ex utraque parte omni actioni, inpetitioni, in integrum restitutioni, constitutioni canonum et legum, consuetudini, privilegio, et litteris inpetratis vel impetrandis, per que huiusmodi contractus bone fidei vel commutatio posset inpediri, vel aliquatenus

prope lacum Turicensem, cum prato, agro, arboribus et omni integritate qua ipsa usque ad illam diem possedit nobis et nostro Monasterio libere contulit et tradidit pacifice in perpetuum et de cetero possidendam; et nos eidem domine promisimus et promittimus bona fide et sine omni fraudis scrupulo, quod dicte domine, singulis annis quamdiu vixerit, persolvemus et persolvere debemus, et presentare in civitate Turicensi, nostris laboribus et expensis. in festo Felicis et Regule Octo. Modios. tritici. Mensure Turicensis, et in festo Sancti Martini. unum. Modium. tritici. eiusdem Mensure, et Seracium sicut nobis in valle nostra pro censu Sex Solidorum estimatur. ad hoc nos et nostrum Monasterium firmiter obligando, hoc etiam nobis et nostris successoribus inponentes sicut in predicto contractu conventum est. ut si forte, nos vel aliquis nostrorum successorum vel officialium hunc censum solvere neglexerit modo predicto et ad terminos prefatos, et nisi infra mensem post amonitionem sepefate domine per se vel per suum nuncium celeriter fuerit emendatum et census persolutus, ex tunc et censum et in penam. V. libras Monete Turicensis eidem persolvere debemus. Si autem aliquo modo, nos vel successorum nostrorum aliquis ullo umquam tempore contra hunc contractum venire voluerit vel attemptaverit dictam vineam et bona predicta, cum omni integritate et melioratione, si forte meliorata fuerint. vel saltim in eo statu quo nunc sunt libere et absolute relinquemus eidem, et insuper in penam tante instabilitatis. X. libras Monete predicte persolvere sibi tenemur et debemus. Si vero predicta domina zelo caritatis accensa frugem vite melioris concupiscens, cum Sororibus nostris apud Montem angelorum habitare desideret et habitum susceperit earundem, ex tunc Monasterium nostrum ab omni prestatione dicti census erit penitus absolulutum. De predictis etiam bonis tenemur Monasterio Abbacie Turicensis quartam partem libre cere, et ecclesie prepositure Turicensis eciam quartam partem libre cere. in festo Felicis et Regule persolvere. et hec singula et universa a nobis sunt accepta et aprobata, ut firmiter in omnibus observentur. in cuius rei testimonium due litere huius tenoris confecte et conscripte utrique parti una ex eis remanente, Sigillis. E. electe Turicensis, et nostro scilicet Abbatis predicti, et. Wer. prepositi, et civitatis Turicensis fideliter consignite. Testes sunt hii Consules Turicenses scilicet He. dictus Vincho. Hein. de Curia. R. de Clarona. Fr. Bocheli Milites. R. dictus us dem Munsterhove. Bur. dictus Truobere. Uol. Trembillinus. Hu. de Orlinchon. Chuon. dictus Tya. Hein. Chienerus. Uol. dictus Wolphleipscho. C. de Vico. Alii vero. Wer. prepositus Turicensis, Magister. H. plebanus Sancti Petri. O. dictus Manezzo. H. de Cloton. Uol. de Sancto Nicolao. H. dictus Mula. Magister. H. Bochelinus. Magister. C. Scolasticus. Magister. Uol. Canon. Thuricen. H. de Schönenwert. C. dictus Wello. Hu. et Hein. de Lunchuft. R. de Meichingen. Uol. Scultetus. R. de Clarona. H. dictus Bruno Milites. Wer. Wolphleipscho. Volmarus filius suus et alii quamplures. Dat. Turegi. XIII. Kal. Mai. Anno domini MCCLV.

[1]) und [2]) Vergl. B. 136. [3]) Wernher Blum. Vergl. B. 88.

Archiv Engelberg. (*Die Siegel: ELIZABET. ELECTE. TVRICENSIS., des Abts von Engelberg und Probsts Werners hängen; dasjenige der Civitas Turicensis fehlt.*) — *Abgedruckt: Versuch Engelberg. S.* 146. 147. (*Im Auszuge.*)

138.

Herr Rudolf am Thurm, Ritter, und seine Gemahlinn Hemma vergaben dem Kloster Wettingen durch die Hand der Aebtissinn Elisabeth ihr Gut in Geroltswil unter Vorbehalt eines Leibdings.

Zürich. 20. April 1255.

Cum oblivio plerumque soleat humanis actibus novercari, necesse est illos intitulatione testium et scripturarum apicibus perhennare. Noverint igitur universi quibus presens scriptum fuerit ostensum, quod Ruodolfus miles dictus de turri [1]) et Hemma uxor eiusdem pro remedio animarum suarum contulerunt monasterio dicto Wettingin Cisterciensis Ordinis per manus Elizabet Reverende in Christo Abbatisse Thuricensis [2]) predium quod habebant in Geroltzwiler [3]) cum omni iure, justitiis quoque et rationibus ad hoc pertinentibus quo idem predium noscuntur hactenus possedisse, videlicet cum domibus, agris, pratis, pascuis, et aliis quibuscunque attinentiis, que iam sciuntur vel in posterum scientur, libere et quiete perpetuo possidendum, sub hac forma. ut quamdiu prefati. R. et uxor sua vixerint, dicti monasterii Conventus de horreis suis eisdem. XVI. modios tritici, et quinque maldra avene pro censu sic statuto singulis annis in festo b. Galli apud Thuregum presentabit. Si vero dictum. R. decedere contigerit, idem census uxori sue superstiti, termino supradicto. absque omni dabitur cavillatione. Ipsa quoque si prius decesserit, memorato militi dictus census in parte dimidia singulis annis conferetur loco et termino prenotato. et. XVI marce puri argenti pro remedio anime domine iam dicte, secundum quod statutum est de illis, a conventu prenominato partientur. Cum autem post obitum uxoris sue prefatus R. occubuerit, XVI. marce similiter pro ipsius anime salute ab antefato monasterio distribuentur. Preterea sciendum est, quod si sepedicti. R. miles et uxor sua heredem pariter progenuerint, idem conventus in Wettingin dicto heredi. XLII. marcas argenti omni dolo remoto, infra tres menses dare pro supradicto censu non recusabit. Insuper si sepefati, viventes, unanimi consensu et voluntate. XL. marcas pro censu nominato acceptaverint, prememorati Monasterii conventus ipsam pecuniam eisdem conferre infra tres menses non negabit. Quam si persolverit ante festum beati Johannis Baptiste illius anni, idem. R. miles et uxor eius, censum quem pridem perceperunt amplius non exquirent, nec cuiquam heredum post solutionem pecunie pretaxate, vel multocies dictorum R. et uxoris sue obitum, ullam super censu prelibato habere competet actionem. Ut autem hec firma permaneant et inconvulsa, presens pagina munimine sigillorum Abbatis ipsius monasterii in Wettingin, Domine Abbatisse Thuricensis [4]), R. de Raprechtzwile Comitis [5]), cautius roboratur. Testes vero qui intererant sunt hii. Hilteboldus Subprior, et Berchtoldus sacerdos, monachi dicti Monasterii. Heinricus plebanus Sancti Petri Thuricensis. Milites Ruodolfus de Wediswile. Ruod. de Mazingin, Hein. de Clarus, Hu. de Lunkunft, et Bumbelarius. Acta sunt hec. apud Thuregum anno domini. MCCL. Quinto. XII. Kal. Maii. Indictione XIII.

[1]) Ein Dienstmann des Grafen von Raprechtswil; seine Gattinn aus dem bürgerlichen Geschlechte der Goldsmit in Zürich. Siehe unten B. 154 und 159. [2]) Siehe B. 136. [3]) Geroltswil, Kgde. Weiningen, Kts. Zürich. [4]) Un-

geachtet in der Urkunde die Aebtissinn Elisabeth genannt wird, ist das angehängte Siegel nicht das ihrige, sondern das ihrer Nachfolgerinn, Mechthild von Wunnenberg, als Aebtissinn. Die (Ausfertigung oder) Siegelung muss also ziemlich später als vorstehendes Datum stattgefunden haben. Vergl. die folgenden Urkunden. [5]) Graf Rudolf I. von Raprechtswil. Vergl. *Kopp. Eidg. Bünde. II.* 340 *u. ff.*

Archiv Wettingen. (*Es hängen die Siegel: MECHTILDIS. ABBATISE. TVRICENSIS. — eiförmig, oben die Köpfe der Heiligen, unten eine betende Nonne —, des Abts von Wettingen und des Grafen Rudolf von Raprechtswil.*)

139.

Probst Wernher von Zürich und Graf Rudolf von Raprechtswil bezeugen dem delegirten bischöflichen Richter, Magister H. von Konstanz, dass Ulrich Retich sein Haus in Zürich den Schwestern zu Bollingen vergabt, und dass sie dasselbe nach Landesbrauch sechs Wochen und drei Tage besessen und der Aebtissinn in Zürich den Zins davon entrichtet haben.

Jahr 1251—1258. [1])

Magistro H. Canonico Ecclesie Constantiensis, Venerabilis Domini Constantiensis Episcopo Judici delegato. Ws. [2]) Prepositus Ecclesie Thuricensis, R. Comes de Raperswil Salutem et Dilectionem. Discretioni Vestre significamus, quod Nos et magna pars Civium Thuricensium et alii quamplures pro certo et cum veritate intelleximus, quod Ulricus Retich domum quam habebat sitam Uffentorf [3]) libere et legaliter contulit pro loco in Bollingen [4]) et sororibus eiusdem loci et quod dicte sorores eandem domum per sex septimanas et tres dies secundum Jus et consuetudinem Civitatis Thuricensis quiete et pacifice possederunt, censum etiam Abbatissae Thuricensi de eadem domo debitum annis singulis persolverunt. Scire etiam vos volumus, quod dicte sorores omnia premissa per testes idoneos et fide dignos coram auditore vel Judice quem ad hoc duximus deputandum possunt plene et legaliter comprobare.

[1]) Das Datum dieser Urkunde fällt zwischen die Gründung des Schwesternhauses in Bollingen und den Tod Probst Wernhers, also zwischen 1251 (*Kopp. Eidg. B. II.* 342, 5) und den 29. Januar 1258. (B. 88.) Es ist Graf Rudolf I., der urkundet. Wir reihen die gegenwärtige Urkunde hier, in der Mitte dieses Zeitraumes, ein. [2]) Wernher Blum; siehe B. 88. [3]) »Auf Dorf«, eine Strasse in Zürich. [4]) Bollingen, Kts. St. Gallen, am obern Zürichsee.

Archiv Wurmsbach. Vgl. Urk. v. 1270. Kopp G II 1, p 345 n 5

140.

Graf Rudolf von Raprechtswil genehmigt die tauschweise Ueberlassung eines Ackers bei Altorf durch seinen Hörigen, Konrad Dens von Altorf, und die Bestellung eines Zinses davon an die Abtei Zürich.

Ohne Datum. [1])

R. Dei gratia Comes de Raprechtiswile omnibus presentium inspectoribus noticiam rei geste. Noverit universitas vestra quod Chuonradus dictus Dens de Altorf servus meus agrum qui vocatur

zi dem hage situm in prato de Altorf, sive in campo, monasterio sanctorum martyrum Felicis et Regule turicensi titulo commutationis de nostro consensu et voluntate contulit libere et absolute, ita quod ipse sive sui heredes de cetero singulis annis unum seraceum in festo martini nomine census vel VI solidos monete Turicensis solvet pro eo monasterio commemorato et nos, sicut supradictum est, quod per eundem C. factum est in hac parte ratum habemus et habebimus inconvulsum. In testimonium premissorum presentem paginam conscribi et sigilli nostri fecimus munimine roborari.

[1]) Dieser Brief, ohne alles Datum, kann Rudolf I. von Raprechtswil (anno 1233—1262), oder Rudolf II. (siegelt seit 1276—1283) angehören. Wir reihen den Brief hier — in der Mitte jener Zeiten — ein.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt, aber zerbrochen. Erkennbar sind die drei Rosen und von der Umschrift:* .... *VDO* ..... *PER* ...).

141.

Die Freien Lütold und Ulrich von Regensberg verkaufen dem Zürcherischen Bürger Ulrich Trembilli ihren Hof zu Adlikon mit Twing und Bann um neunzig Mark. Lütolds Gemahlinn verzichtet dabei auf ihr Leibdingsrecht an diesem Hofe.

Burg Neu-Regensberg und Zürich. 13. und 14. August 1255.

Lütoldus. et Uolricus. fratres nobiles dicti de Reginsberg, Constanciensis Diocesis, Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus in perpetuum. Expedit bone fidei contractus scripturis publicis hominum memorie commendari. ut eo facilius quibuslibet injuriandi materia precludatur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum. quod nos curtim iure proprietatis nostram sitam videlicet in Adlinkon inter antiquum castrum Reginsperg et novum [1]), quam etiam curtim Ego prefatus. Lutoldus. Domine et Uxori mee. Adilburgi [2]). dederam pro tempore vite sue integre et libere possidendam, predilecto nostro. Uolrico. dicto Tembillin Civi Turicensi et suis heredibus, de unanimi consilio et consensu tam nostro, quam prefate Domine. Adilburgis. pro nonaginta marcis argenti quas nos recepisse confitemur presentibus, nomine nostro, et filiorum quos Ego predictus Lutoldus. habeo, videlicet. Lütoldi. Ebirhardi. Diethelmi. et Gerdrudis filie. qui nondum legittimam habentes etatem in nostra potestate consistunt et tutela. sponte, bona fide vendimus cum omni districtu seu bannis eidem curti, seu in eandem curtim attinentibus, qui in vulgari dicuntur Getwing. et omni iure que nobis in eadem curte competebant vel competere videbantur. nomine nostrorum et nostrorum heredum firmiter promittentes. quod predicto. Uol. et suis heredibus quandocunque necesse fuerit, et requisiti fuerimus, de predicta curte seu curtis venditione, warandi esse volumus et debemus, ad hoc nos et nostros heredes presentibus obligando. Et in huius rei testimonium presentem literam sepedicto. Uol. et suis heredibus tradimus, sigillis honorabilium in Christo. Mechtildis. Electe. Wernheri Prepositi. Capituli. et Consulum Thuricensium. nec non mei videlicet. Lütoldi. quo et ego. Uol. quum proprium non habeam, et omnia bona nostra habeamus communia et in-

distincta, patenter communitam. Ego. Adilburgis antedicta. sponte. bona fide. libere et expresse confiteor presentibus et protestor, quod Dominus et maritus meus. Lütoldus antedictus. curtim prenominatam, que mihi ab eodem viro meo ad possidendum pro tempore vite mee fuerat legittime assignata, predicto modo vendidit de meo consensu libero et expresso. Et in huius consensus testimonium sigillo sepedicti Domini et mariti mei quia proprium non habeo utor in hac parte. Acta sunt hec in novo castro nostro Reginsberg prope Capellam. presentibus quorum nomina subscribuntur. Hugo de Lunkunft. Heinricus Bruno Milites. Chuonr. Thya, Hu. Manez. Hu. de Oerlinkon. Ruod. de Lunkunft. Uol. Schafli. Willeh. de Rumelang. Reinhardus de Chlotun. Cives Thuricenses. Uol. Villicus. et frater suus Heinr. Stokkere, Henr. Gladius. Uol. Tepiller. Burgenses in Reginsberg et plures alii. Anno domini MCCLV. festo Beati Ypoliti Martiris. Indictione tertia decima. Alexandro Papa IV Romanam Ecclesiam gubernante. Wilhelmo Romanorum Rege in inferiore Alemannia regnante. Nos prenominati Mechthildis Electa [3]). Wernherus prepositus [4]). Capitulum. et Consules Thuricenses, ad petitionem predictorum Nobilium in testimonium premissorum presentem literam nostris sigillis patenter communimus. Anno Domini et Indictione prenotatis Vigilia Assumptionis Beate Virginis [5]).

[1]) Alt- und Neu-Regensberg, Kts. Zürich. Das letztere nicht lange vor dieser Zeit erbaut. Vergl. *Kopp. Eidg. B. II.* 385. 5. [2]) Adilburg, vielleicht aus dem Geschlechte: von Balb (unweit Rheinau). Vergl. ebendaselbst *II.* 358, 4. 362, 6. [3]) Mechthild von Wunnenberg. Siehe B. 96. [4]) Wernher Blum. Siehe B. 88. [5]) Zu diesem Briefe vergl. B. 149.

Archiv Wettingen. (*Es hängen die Siegel: S. MECHTILDIS. ELECTE TVRICENSIS — eiförmig, oben die Köpfe der beiden Heiligen, unten eine betende Nonne —, des Probsts Wernher, des Capitels der Chorherren zur Probstei, des Raths Zürich und des Freien Lütold von Regensberg*)

142.

Eberhard, Bischof von Konstanz, bestätigt das von Aebtissinn und Convent gemachte Statut, dass bei Erledigung einer Pfründe die Früchte des ersten Jahrs zum Ankauf eines »ad communes usus prebendarum» bestimmten Grundstücks verwendet werden sollen.

Gottlieben. 30. September 1255.

E. [1]) Dei gratia Constantiensis Episcopus. Dilectis in Christo Abbatisse [2]). Totique conventui tam dominorum quam clericorum Monasterii Turicensis. salutem in domino. Recte debitum nostri officii exequimur. cum nobis subjectis in pace et tranquillitatis concordia Ecclesiis quantum cum Deo possumus intendimus subvenire. Vestris igitur ordinationibus, que pacem et concordiam in vestro monasterio reformare videntur pariter et nutrire, et etiam utilitatem respiciunt prebendarum Auctoritate ordinaria beniuolum prebentes assensum. eas tenore presentium confirmamus. Ita videlicet, ut cum ibidem ex morte tam prebendati clerici quam sanctimonialis prebenda vacaverit. fructus primi

anni alicui fide digno ad usus universitatis conmittatur, ita ut per summam pecunie exinde provenientis predium comparetur ad communes usus prebendarum, et ex hoc singulis annis dies anniversarius domine mortue. vel clerici ibidem prebendati defuncti. cum ministris sollempniter debeat in perpetuum celebrari. In huius igitur vestre constitutionis et nostre confirmationis euidentiam pleniorem. presentes literas uobis concedimus, nostri sigilli munimine fideliter roboratas. Nulli ergo hominum liceat huiusmodi nostre confirmationis tenorem infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit. omnipotentis Dei et beate Marie uirginis et nostram indignationem se nouerit incurrisse. Dat. apud Gotliube [3]). Anno dm. M.CC.LV. pridie kal. Octobr. Indict. XIIII.

[1]) Eberhard von Waldburg. Siehe B. 115. [2]) Mechthild von Wunnenberg. [3]) Gottlieben am Untersee.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Bischofs hängt, zerbrochen. — Abschriften: Doc. Abb. II. 57. Sch. C. D. nr. 527 a.*

143.

Die neu erwählte Aebtissinn Mechthild bestätigt die unter ihrer Vorfahrinn Judenta geschehene Erbverleihung eines zur Pfründe von St. Stephan gehörigen Grundstückes auf Boncisbühl an Wernher Brosima.

15 Juli 1253

(Kloster Zürich.) 2. December 1255.

Mechthildis. Dei gratia Electa et confirmata [1]). totusque conventus monasterii Turicensis, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis diocesis. Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus, in perpetuum. Noverint quos nosse fuerit oportunum. quod dilectus in Christo Ecclesie nostre Canonicus, Magister Rudolfus [2]), plebanus in Rümelang, quoddam predium seu quosdam agros prediales Ecclesie sancti Stephani extra muros Turegi sitos in Boncisbul [3]), estimatos ad decem jugera continua, et se inuicem tangentia, honorabili viro. Wernhero. dicto Brosimun civi Turicensi et suis heredibus, auctoritate. consilio. et consensu Reverende in Christo. Judente. quondam Abbatisse nostre, et nostri scilicet conventus, cuius pars nos videlicet nunc Electa tunc temporis fuimus [4]), ad hoc accedentibus publice, libere, et expresse, in emphiteosim concessit, sub hac forma. ut idem Wernherus. et sui heredes predicto Rudolfo. Rectori Ecclesie sancti Stephani et suis successoribus. non solum dare debeant de predictis agris seu predio decimam tempore competenti, verum etiam duos modios tritici mensure Turicensis annuatim in festo Sancti Galli persoluat nomine pensionis. Et si aliquo casu debita pensio soluta non fuerit termino antedicto, taliter ordinatum est de consensu partium ad cautelam, seu soluendi canonis cautionem, ut a termino solutionis neglecto, monitione premissa, semper ad quoslibet octo dies ipsi sorti seu legittime pensioni, usque ad plenam eiusdem solutionem, tres solidi monete Turicensis nomine pene accedent et accrescent. Que pena eo magis licite soluitur et honeste, quia de consensu partium imposita soluitur Rectori Ecclesie sancti Stephani ad quam proprietas prediorum bonorum dinoscitur pertinere. Preterea quandocunque mutationem Rectoris predicte Ecclesie Sancti Stephani, seu prefati Wernheri. vel alicujus heredum ejusdem in predictis

bonis, cedendo vel decedendo, contingerit euenire, quicunque predictorum bonorum possessor et heres pro tempore fuerit, aliqua de mutationibus premissis contingente. idem in signum seu declarationem proprietatis et juris, quod sepedicta Ecclesia sancti Stephani habet in bonis antedictis, solvere debet nouo Rectori ipsius Ecclesie sancti Stephani unum ciphum vini optimi quod in Turego uenale tunc temporis poterit inueniri. Idem etiam Rector nichil aliud occasione huiusmodi concessionis exigere debet vel recipere, sed sine omni dilatione et difficultate debet concedere secundum tenorem antedictum. Et hec acta sunt in pomerio nostro. anno domini. millesimo. CC.LIII. festo margarete martiris. indictione undecima [5]). presentibus H· santi petri plebano. R. Martio. O. Manezen canon. Turicen. fratre Wernhero de Wetingen. H. et H. fratribus militibus de Lunkunft. H. Schuhardo. R. Manezen laico. C. ministro Abbatisse. C. pfisterlin. et pluribus aliis. Nos igitur premissam concessionem seu concessionis ordinationem quam de consensu nostro et auctoritate scimus et recognoscimus factam, nostro nomine nostri, videlicet predicte Electe et Conuentus et nobis succedentium ratam habemus et pregratam. et ad petitionem tam ipsius. R. plebani, quam ipsius. Wernheri. sponte, bona fide, innouamus. et presentibus confirmamus. In testimonium ante premissorum sepedicto. Wernhero et suis heredibus presentem literam conferimus. sigilli nostri videlicet prefate Electe quo et nos conuentus utimur. et magistri. H. sancti Petri prenominati et predicti. R. in Rümelang plebanorum patenter communitam. Datum in capitulo nostro Anno domini Millesimo CCLV. IV. non. Decembr. indictione quarta decima. Ego prefatus. R. plebanus im Rümelang Rector sepedicte Ecclesie sancti Stephani premissis omnibus interfui. et consensum adhibui legittimum. liberum. et expressum. Ad euidentiam facti sigillum meum presentibus patenter appendendo. Anno domini. non. et indict. antedictis.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. Warum heisst dieselbe am Eingange dieses Briefes „*confirmata*", während sie im Contexte desselben, ja noch in der folgenden Urkunde vom 1. März 1256 bloss *Electa* genannt wird, und als solche siegelt? [2]) Rudolf Schwarzo. Vergl. B. 172. [3]) Vergl. B. 82. [4]) Vergl. B. 96. [5]) Dieses Datum bezieht sich auf die von Aebtissinn Judenta seiner Zeit vorgenommene Verleihung.

Spitalarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel Mechthilds als Electa, des Leutpriesters H. von St. Peter, Chorherren Z. und Rudolfs des Leutpriesters von Rümlang.*)

144.

Aebtissinn und Convent des Fraumünsters übergeben anstatt gewisser im Hofe des St. Peter gelegener Aecker, welche künftig zum Weinbau benutzt werden sollen, den bisherigen Bebauern, Wernher Strohmeier und seiner Gattinn Adelheid, ein anderes Grundstück als beschränktes Erblehen.

Kloster Zürich. 1. März 1256.

M.[1]) Dei gratia Electa Conventusque monasterii Turicensis. Omnibus presentium inspectoribus. noticiam subscriptorum. Res ecclesiastice distrahi non dicuntur. cum de bono in melius commutantur.

Igitur cum de curte nostra quae dicitur Scti Petri quosdam agros ad plantandum in ipsis vineas fecerimus sequestrari. ex quo speratur monasterio magna utilitas. colentibus autem ipsos agros hactenus non sit dubium ad non modicum dispendium provenire. Nos in hiis quid equum quid rationi consentaneum sit propensius intuentes. quoddam territorium quod ad dictam dinoscitur curiam libere pertinere. situm in confinio Ecclesiae Sancti Petri. quod in latitudine XXV pedes. in longitudine. LXX. non excedit. dilectis nostris Wernhero dicto Stromeier [2]) et uxori sue Adelheidi in reconpensationem agrorum. a quorum cultura non sine gravi dispendio sunt amoti. hereditario iure concessimus. super hoc unanimi consilio habito et maturo. Ita ut ipsi annuo exinde. dimidiam libram cere persolvant in festo Felicis et Regule monasterio memorato. Hac etiam adiecta conditione. quod si prodicti W. et A. absque liberis de se genitis decesserint. nullus heredum suorum a latere in eodem territorio. vel quod in eo edificatum fuerit. aliquod ius sibi vendicet. sed ad utilitatem monasterii totaliter et libere revertantur. Si etiam idem W. per aliam uxorem vel eadem A. per alium virum filios vel fiilas procreaverint. dicti filii aut filiae nullum ius in hiis sibi possunt hereditarium vendicare. sed ex pacto ipsi contractui interveniente. dictis W. et A. consentientibus in id ipsum. post ipsorum obitum ipsum territorium cum superedificatis ad monasterium libere transeat. contradictione cuiuslibet non obstante. liberi autem quos ipsi duo procreaverint iure hereditario non privabuntur in premissis. Ad maiorem autem evidentiam predictorum presens instrumentum conscribi fecimus. nostre videlicet Electe et Civium Turicensium sigillis. quibus nos Conventus volumus esse contenti cum non utamur proprio. fideliter communitum. Acta sunt hec in capitulo nostro presentibus et expresse consentientibus quorum intererat. presentibus etiam O. manezze. Canonico Turicensi. Hugone de Lunkuft. B. de macello militibus. Heinrico dicto Shiuhart. Hugone Milchelin et aliis quam pluribus. Anno Domini M.CC.LVI. kal. Marcii. Indict. XIIII.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Von diesem W. Strohmeier hat das ihm verliehene Grundstück bei St. Peter bis auf heute den Namen »Strohhof« behalten.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel: S. MECHTILDIS. ELECTE. TVRICENSIS. und S. CIVIVM. TVRICENSIVM.*) — *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 9.

145.

Walther und Berchtold von Eschenbach geben der Abtei das Lehen an dem Zehnten zu Chamau zu Gunsten des Klosters Frauenthal auf.

Jahr 1256. (Vor dem 23. April.) [1])

Reverende in Christo. M.[2]) Dei gratia Abbatisse monasterii Turicensis. Waltherus et Berchtoldus fratres. Nobiles de Eshibach [3]). ad obsequia se paratos. Reverentie uestre. decimam in Kamowe [4]) quam nos et nepotes nostri. Berchtoldus. Waltherus. Johannes. et Uolricus de Snabelburg a vestro monasterio huc usque pro annuo censu iure hereditario possedimus. et quam dilectus noster. H. vil-

licus de Kamo [5]), a nobis iure feodali noscitur hactenus etiam possedisse. presentibus resignamus cum propter hoc ad presens ad vos legitimis negotiis inpediti, accedere non possimus. Sub hac conditione. ut easdem decimas. Abbatisse et Conventui. de valle beate Marie [6]), pro annuo censu, secundum quod vobiscum convenerint. iure hereditario concedatis. renunciantes tenore presentium. omni iuri nobis in predictis decimis competenti. In cuius rei testimonium presens scriptum vobis transmittimus. presentis sigilli munimine roboratum. Quo ego Berchtoldus utor, cum proprium non habeam. Actum Anno domini M.CC.LVI. Indict. XIIII.

[1]) Dass diese Urkunde spätestens am 23. April des Jahres 1256 ausgestellt sein kann, zeigt B. 147. [2]) Mechthild von Wunnenberg. [3]) Ueber diese Brüder von Eschenbach und ihre hier und in B. 146 erscheinenden Verwandten von Schnabelburg, Söhne Ulrichs von Schnabelburg, des Stifters von Frauenthal (B. 105), siehe *Kopp. Eidg. B. II.* 374 *und ff. Ebendaselbst II.* 21, 6, 7. [4]) Chamau, [5]) Cham und [6]) Kloster Frauenthal, Kts. Zug.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel Walthers von Eschenbach hängt.*) — *Abgedruckt: Zapf. Monum. anecd. I.* 132. *Geschichtsfr. I.* 368. (*Nach dem Doppel im Archiv Frauenthal.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 322. *Sch. C. D. nr.* 536 *a.*

146.

Berchtold von Schnabelburg für sich und seine minderjährigen Brüder, Walther, Johann und Ulrich, gibt der Aebtissinn Mechthild das Lehen an dem Zehnten in Chamau zu Gunsten des Klosters Frauenthal auf.

Jahr 1256. (Vor dem 23. April.) [1])

Reverende in Christo M. Dei gratia Abbatisse Monasterii Thuricensis, Berchtoldus Nobilis vir de Schnabilburg ad obsequia se paratum. Reverentie vestre decimam in Kamove, quam ego et fratres mei et nepotes nostri B. et W. fratres de Eschibach, a vestro Monasterio huiusque pro annuo censu iure hereditario possedimus, et quam dilectus noster H. villicus de Kamo, a nobis iure feodali noscitur hactenus etiam possedisse, pro me et fratribus Wal. Jo. et Ulr. adhuc impuberibus, et quorum tutor sum de iure presentibus resigno, cum propter hoc ad presens ad vos legitimis negotiis impeditus accedere non possum, sub hac conditione, ut easdem decimas Abbatisse et Conventui de Valle Beate Marie, pro annuo censu, secundum quod vobiscum convenerint, iure hereditario concedatis, renuncians pro me et dictis fratribus meis, tenore presentium omni iuri, nobis in predictis decimis competenti. In cuius rei testimonium presens scriptum vobis transmitto, mei sigilli munimine roboratum. Actum anno Domini. M.CC.LVI. Indictione quarta decima.

[1]) Vergl. zu dieser Urkunde B. 145 und 147.

Doc. Abb. I. 322. — *Abgedruckt: Zapf. Monum. anecd. I.* 132. — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 536. *b.* (*Mit Abbildung des Siegels.*)

147.

Aebtissinn Mechthild und Convent verleihen dem Kloster Frauenthal den Zehnten in Chamau gegen jährlichen Zins.

Kloster Zürich. 23. April 1256. [1])

In nomine domini amen. Mechthildis [2]) Dei gratia abbatissa totusque conventus monasterii Turicensis. Omnibus presens scriptum inspecturis noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod nos decimas nostras in Kamowe, quas a nobis nobiles viri, Berchtoldus de Snabelburg et sui fratres, Waltherus de Eschibach et suus frater, ac eorum progenitores longis retroactis temporibus pro annuo censu tenebant, ad preces eorundem, facta nobis resignatione primitus de decimis memoratis, quibus H. villicus de Kamo ab eisdem nobilibus fuerit infeodatus, qui eciam cesserat omni iuri sibi in eisdem decimis competenti, utilitati nostri monasterii providentes eciam in hac parte, easdem decimas pio loco de Valle beate Marie cum omni iure et integritate, quo ad nos spectabant, et a predictis nobilibus usque in illam diem noscuntur habite et detente, pro annuo censu quinque videlicet solidorum Turicensis monete usualis in festo Felicis et Regule nostro monasterio a dicto coenobio singulis annis persolvendis concessimus perpetuo possidendas. Quod eciam eedem . . Abbatissa et conventus predicti pii loci gratum habentes, promiserunt nomine suo et monasterii sui, censum predictum tempore statuto se sine difficultate qualibet soluturas. In cuius rei testimonium presentes literas dicto coenobio confirmamus munimine roborantes sigilli nostri videlicet abbatisse quo et nos conventus utimur. Testes de quorum consilio hoc fecimus. et qui hiis aderant, sunt hii. R. de Rumelang plebanus. Magister Uolricus dictus Wolfleibesch. Berchtoldus [3]) scriba, plebanus in Altorf. O. Manez. canonicus Turicensis . . . Villicus de Burgeluu. Hugo de Mulimatten. Berchtoldus filius Johannis de Basilea. R. Krieg senior. Heinricus Hasart. Acta sunt hec in curia nostra apud Turegum. anno Domini. MCCLVI festo sancti Georgii. Indictione quarta decima.

[1]) Vgl. hiezu B. 145. 146. [2]) Mechthild von Wunnenberg. [3]) Hier ist die Abschrift, nach der *Neugart* die Urkunde gibt, irrig; der Name des plebanus in Altorf und hier noch Schreibers der Aebtissinn ist Burkhard. Vergl. B. 102. 103. 148. 152. 159. 161. 163 u. ff. *Kopp. Eidg. B. II.* 21, 8. Von 1259 an erscheint Heinrich von Rüti als Schreiber der Aebtissinn Mechthild. Siehe B. 162 u. ff.

Neug. Cod. dipl. nr. 955. Gesch. FRI-369

148.

Aebtissinn Mechthild und Convent überlassen ein Grundstück der Abtei bei Altorf, woran der Richenza Chezzeler Erberecht zustand, auf Bitte der letztern, welche der Abtei dafür ein anderes aufgibt, an H. Henzin zu freiem Eigenthum.

(Kloster Zürich.) 1. September 1256.

M.[1]) Dei gratia Turicensis Abbatissa, totusque conventus eiusdem Monasterii, omnibus presentem paginam inspecturis rei geste noticiam cum Salute. Noverint, quos nosse fuerit oportunum,

quod veniens ad nos Richenza filia quondam H. Chezzelarii agrum dictum Chezzeleris Rüti situm prope Altorf in Haengartin, quem hactenus a nobis et nostro monasterio pro annuo censu videlicet XXVIIII denariorum iure hereditario possederat ad manus nostras presente marito suo P. et expresse consentiente resignavit, petens, ut dictum agrum conferremus H. dicto Henzin libere et absolute iure proprietario perpetuo possidendum. quod et fecimus ministerialium officialium et aliorum prudentum consilio mediante, dicta vero Richenza cum marito suo agrum quemdam situm in Altorfere Velde dictum Langenagger, quem hucusque iure proprietario possederant, nobis et Monasterio nostro in recompensationem dicti agri contulerunt libere et absolute iure proprietario possidendum. In testimonium vero donationis a nobis facte supradicto Henzeni eidem presentes literas conferimus nostri sigilli munimine roboratas. Acta sunt hec Anno Domini MCCL [2]) festo Verene Virginis presentibus hiis: Bur. Plebano in Altorf et duobus suis Vicariis H. et C. W. villico de Silenno et R. de Tuno militibus, de Burgelon et de Altorf villicis B. Schupfario Chuonone dicto Shümil, et aliis quam pluribus.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Der Name der Aebtissinn, unbezweifelt ein M., beweist, dass der Brief nicht vor 1256 gegeben sein kann, und dass vor dem Worte *festo* ein Zahlwort (*sexto*) oder eine Ziffer vergessen ist. Mit *Kopp.* (der das Original verglichen) *Eidg. B. II.* 257, 4 setzen wir daher 1256.

Schmid. Geschichte von Uri. II. 198.

149.

Der Edle Ulrich von Regensberg ratihabirt den Verkauf eines Gutes in Ober-Affoltern; Aebtissinn Mechthild siegelt mit Andern die Urkunde.

Zürich. 4. September 1256.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Uolricus nobilis de Regensperg [1]) Constantiensis diocesis obsequium et honorem. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod cum procuratores et aministratores mei videlicet Chuonradus miles de Steinimur [2]), Uolricus de Weningen [3]) et Heinricus frater eiusdem dictus Stokkere curtim meam sitam in superiori Affoltre [4]) prope antiquum castrum Regensperg, perdilecto nostro Uolrico civi Turicensi dicto Trenbilli pro triginta duabus marcis argenti nomine meo de auctoritate consilio et consensu perdilecti fratris mei Luitoldi nobilis de Regensperg vendiderint, me in curia illustris regis Boemie extra provinciam agente, ego prefatas triginta duas marcas ad utilitatem meam conversas sine diminutione qualibet recognoscens, ipsam venditionem ratam habeo et pergratam, et eandem sine dolo et fraude quibuslibet in evidentiam ratihabitionis innovando, et presentibus approbando, prefatam curtim Uolrico antedicto personaliter trado, confero, sibi et suis heredibus libere, pacifice, perpetualiter possidendam. Et in huius rei testimonium ipsi Uolrico, et suis heredibus, seu hiis ad quos ab ipso Uolrico predicta curtis legitime transierit, devenerit, trado presentem literam sigillis honorabilium Mechthildis abbatisse [5]), Wernheri Prepositi [6]) et capituli Turicensis, et meo, necnon universitatis Turicensis patenter communitam. Acta sunt hec prope Turegum in loco qui vulgo dicitur ze den vallinden Brunnen [7]) presentibus quorum nomina subscribuntur. Ruodolfus de

Chempton. plebanus in Grabs. [8]) Ruodolfus de Lunchuft. Chuonradus et Heinricus de Steinimur milites. Luitoldus filius prefati Luitoldi fratris mei. Hugo Maneszo. Heinricus peregrinus. Heinricus Gnurser. cives Turicenses. Chuonradus filius prefati Chuonradi militis de Steinimur. Uolricus villicus de Weningen. Luitoldus de Balbe [9]). Bilgerin de Eistettin [10]). et plures alii. Anno Domini MCCLVI. Alexandro papa quarto Romanam ecclesiam gubernante. Imperio per mortem Willelmi illustris regis Romanorum vacante. pridie nonas Septembris. indictione quarta decima [11]).

[1]) S. denselben Ulrich von Regensberg in B. 141. [2]) Steinmaur, [3]) Weningen und [4]) Ober-Affoltern bei Alt-Regensberg, Kts. Zürich. [5]) Mechthild von Wunnenberg. [6]) Wernher Blum. Siehe B. 88. [7]) Zum fallenden Brunnen, Gmd. Unterstrass, bei Zürich. [8]) Grabs, Kts. St. Gallen. [9]) Balb bei Rheinau und [10]) Jestetten, Grhm. Baden. [11]) Die Urkunde des Verkaufs, den U. von Regensberg hier ratihabirt, d. d. Zürich 19. Juni 1256, s. *Geschichtsfreund I.* 369. Sie ist von Lütold von Regensberg, Ulrichs Bruder, und dem Rathe Zürich besiegelt.

Neugart Cod. dipl. nr. 956.

150.

Aebtissinn Mechthild überträgt als Erbe an Kloster Capell um einen Wachszins die Reben in Riesbach, Flüen und Zollinkon, welche Hemma, die Gattinn Ritters Rudolf am Thurme, jenem Kloster verkauft hat.

Zürich. 23. October 1256.

(Siehe B. 159.)

151.

Aebtissinn Mechthild genehmigt den Verkauf eines Weinbergs zwischen Sihl und Landstrasse, Lehen von der Abtei, durch Adelheid, die Gattinn Herrn Rudolfs von Küssnach, an die Schwestern von der neuen Kirche (Seldenau), so wie die Schenkung eines zur St. Peterskirche gehörigen Ackers an die nämlichen. Bischof Eberhard von Konstanz erklärt seine Beistimmung.

Zürich und Gottlieben 25. November 1256.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Omnibus presentem paginam inspecturis. Mathildis [1]) Dei gratia Monasterii Turicensis Abbatissa subscripte rei noticiam cum salute. Sciat presens etas et futura posteritas, quod Monasterii nostri proprietas variari solet per concambia et reconpensationes honestas a principibus et personis aliis jura feodalia habentibus, iure nostro ut expedit in talibus variationibus nullatenus permutato. Cum igitur Domina Adelhaidis uxor Domini Rudolfi de Kussenanch jure feodali habuerit quandam vineam ab Ecclesia nostra. sitam inter Silam [2]) et stratam publicam quam voluerit vendere Sororibus de nova Ecclesia dictis [3]). supplicatum fuit nobis et conventui no-

stro. ut venditionem ex parte Domini R. predicti et uxoris sue prefate. A. et emptionem ex parte sororum predictarum vellemus admittere. et litterarum nostrarum testimonio confirmare. Sicque factum est quod eandem vineam sororibus de nova Ecclesia cum omnibus suis pertinenciis de nostro favore et licencia vendiderunt. tali facta reconpensatione, quod tam ab ipsis quam a posteris eorum de vinea sua in Kussenanch. Ecclesie nostre dimidia libra cere per annos singulos persolvatur. Preterea Magister Heinricus Plebanus Ecclesie Sancti Petri. cujus donatio ad nos pertinet. pia motus devotione per manum nostram donavit dictis sororibus agrum ad suam Ecclesiam pertinentem et voluit et concessit secundum formam privilegiorum suorum, (quod) Ecclesiam claustrum, et alias officinas, aptas sibi construant, proprium cappellanum. cymiterium. et sepulturas habeant. oblationes et remedia recipiant. et etiam apud eas sibi sepulturas eligentes sine contradicione possint libere sepelire. In recompensationem vero prefati agri. sepulture. oblationum. remediorum. ut ecclesia Sancti Petri permaneat indemnis. Wernherus dictus Zuger dedit suam vineam sitam in monte qui vulgo dicitur Ertbruste [4]). et sub eadem vinea tertiam partem prati Magistro. H. Plebano predicto suisque successoribus jure perpetuo possidendam. Ab omnibus etiam prenotatis personis data sunt hec et concessa tam rationabiliter renunciando legi. consuetudini. iuri. restitutioni in integrum. omni actioni que fieri posset. ut tam sorores nunc existentes. quam postere ipsarum. in eodem loco valeant cum pace sub regula Sancti Augustini Domino famulari. Ut autem hec donationes et reconpensationes et omnia que superius dicta sunt maneant semper firma et integra. deliberatione matura prehabita. Nos Methildis predicta Abbatissa et Magister. H. Plebanus sancti Petri et Cives Turicenses. presentem paginam nostrorum sigillorum munimine duximus roborandam. Testes autem qui cum hec fierent affuerunt sunt hii predictus Magister. H. Plebanus Sancti Petri. Rudolfus de Kussenanch. Jacobus Molendinarius. Wello. Prühunt. Henricus ex Curia. Rudiger Manezze. Wernherus et Ulricus fratres dicti Zuger. Et ne in posterum super premissis a nobis vel successoribus nostris seu aliis quibuscunque suscitari possit materia questionis damus presentem paginam sepedictis sororibus. venerabilis patris ac Domini nostri. E. Dei gratia Constantiensis Episcopi sigilli robore consignatam.

Nos igitur Eberhardus [5]). Dei gratia Constantiensis Episcopus rogatu devote in Christo Domine Mathildis Abbatisse Turicensis, et dilecti nostri Magistri Henrici Plebani Sancti Petri prescriptas donationes et libertates ipsarumque donationum ac libertatum reconpensationes dictis sororibus ad omnia predicta auctoritate nostra confirmamus. Alias vero gracias et indulgentias quas a predecessore nostro bone memorie Heinrico [6]) in nova Ecclesia obtinuerunt. easdem ipsis in loco quo nunc sunt libere indulgemus. Ut autem presens scriptum nullo cavillationis ingenio valeat infirmari presens scriptum sigilli nostri munimine roboramus. Datum in Castro nostro Gotelubon Anno Domini M.CC.L.VI. VII. Kal. Decembris.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Die Sihl bei Zürich. Die Grundstücke, von denen hier die Rede ist, wurden, wie aus dem Briefe hervorgeht, dem neuen Kloster gewidmet, welches hier von einer Schwesterschaft erbaut wurde, den Namen Seldenau (selige Au) erhielt, und dessen ehemalige Stätte daher noch jetzt „Sellnau“ heisst. Der vorliegende Brief ist als Stiftungsbrief von Kloster Seldenau anzusehen. Vergl. B. 166 und *V. A. Z. S.* 119. [3]) Wo diese „*nova Ecclesia*“ gestanden, bei welcher die Schwestern von Seldenau schon früher in klösterlicher Gemeinschaft gelebt (siehe den Schluss der Urkunde), ist unbekannt. Orte des Namens Neuenkirch gibt es mehrere im Bisthum Konstanz. [4]) Erdbrust, Gmde. Wollishofen, bei Zürich. [5]) Eberhard von Waldburg. Vgl. B. 115. [6]) Heinrich von Tanne. Vgl. B. 85.

Spitalarchiv Zürich. (*Die Siegel des Bischofs, der Aebtissinn, des Leutpriesters Heinrich von St. Peter und des Raths Zürich hängen.*) — *Abschrift*: *Sch. C. D. nr.* 533.

152.

Aebtissinn Mechthild und Convent übertragen die bisher von Johann, dem Sohne Jacobs, theils zu Erbe theils zu Lehen besessenen Güter zu Diknau auf Bitte desselben wie seiner Frau und Kinder an das Kloster Oetenbach zu Erbe. Dagegen gibt Johann der Abtei einen Hof zu Weningen zu Lehen.

Kloster Zürich. 29. Januar 1257.

Machthildis [1]) Dei gratia Abbatissa. Totusque Conventus Monasterii Turicensis. Omnibus Christi fidelibus inperpetuum. Expedit hominum gesta instrumentis publicis commendari. Noverint igitur universi. quod Johanne filio quondam Jacobi ac uxore sua Judente. et filiabus suis quas habebant. Guoten. Adelheide. Willibirge et Elsebeten de Turego. universis bonis suis sitis apud villam Dignowe [2]). a nostro Monasterio hereditario ac feodali iure possessis hactenus. nobis libere resignantibus. et a nobis cum instancia petentibus. ut prefatas possessiones. Religiosis feminis . . Priorisse ac Conventui de Oetinbach. sub annuo censu possidendas tradere curaremus. Nos super hiis prehabito diligenti consilio et maturo, ad hoc etiam voluntate et consensu omnium quorum intererat accedente, possessiones predictas in Dignowe Priorisse ac Conventui nominatis, concessimus in hunc modum. videlicet quod ipse de possessionibus prelibatis. in festo Sancti Galli. nomine census. quinque modios tritici mensure Turicensis. qui et ab antiquo de bonis ibidem hereditariis, annis singulis solvi nobis consueverant. et de bonis quondam feodalibus nunc vero factis censualibus, dimidiam libram cere, nostro Monasterio ex nunc persolvere debeant annuatim. In recompensationem etiam bonorum feodalium, quibus cessimus in hac parte. ita videlicet, ut que prius titulo feodi, nunc sub censu annuo possideantur. Idem Johannes cum uxore et filiabus premissis, indempnitati nostre caventes in hac parte, sicut ante contractum huiusmodi fuerat provide ordinatum. curtim suam in Weningen [3]) sitam. equivalentem predicto feodo in Dignowe, nobis libere resignarunt. statuentes quod eadem curtis inantea a nobis debeat solum titulo feodi possideri. quam nos sicut in hiis condictum fuerat et expressum. postmodum predictis personis iure feodali concessimus possidendam. Testes qui premissis omnibus aderant sunt hii. Frater Hugo Prior. Frater Heinricus Subprior ordinis Predicatorum. Otto et Heinricus Manez. R. de Rumelang et. B. de Altorf Ecclesiarum Plebani. Canon. Turicen. Heinricus et Hugo de Lunkuft. Cunradus Albus. Heinricus de Curia. Uolricus de Chlotun. Burkardus de Macello Milites. R. et Wernherus Willen. et Hugo Burdiner. Cives Turicenses. In huius itaque rei firmitatem pleniorem prenotatis Priorisse et Conventui presentem literam conferimus nostri sigilli munimine roboratam. quo et nos conventus esse contenti volumus in hac parte, cum sigillo proprio non utamur. Acta sunt hec in Turego, in stupa nostra. Anno dominice Incarnationis. M.CC.LVII. IIII. Kal. Febr. Indit. XV.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Diknau, Gde. Küssnach und [3]) Weningen, Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

153.

Probst und Convent zu Ittingen übertragen der Kirche St. Felix und Regula in Zürich eine Hörige und deren Töchter.

Ittingen, 23. April 1257.

Venerabilibus in Christo . . Abbatisse et Conventui maioris ecclesie Turicensis. Marchwardus Prepositus et Conventus cenobii in Itingen [1]). orationes in domino Christo Jesu. Utilitati ecclesie nostre cupientes providere. de consensu et voluntate Illustris viri. H. Comitis de Kiburc senioris. ecclesie nostre advocati. necnon aliorum prudentium virorum consilio. Adilheidim et Mecthildim. filias Waltheri dotarii prope villam Wintertur, que nostro cenobio jure proprietario attinebant; cum omnibus ipsarum filiis et filiabus tam procreatis quam etiam procreandis ad petitionem earundem mulierum, pro quadam summa pecunie nobis collata. vestre conferimus ecclesie. pleno jure, quemadmodum alios homines sanctorum Felicis et Regule, possidendas. Renunciantes omni actioni seu juri que super eisdem possidendis valerent in posterum exoriri. Fratres autem dictarum mulierum. videlicet. Waltherus. Henricus. Cunradus. Rodolfus et Uolricus. cum omnibus ab eisdem in recta linea descendentibus nostro cenobio nichilominus attinebunt. In cuius rei testimonium et robur vobis seu ecclesie vestre presens scriptum sigillis Illustris H. comitis. et prepositi jamdictorum quibus et nos Capitulum sive Conventus sumus contenti cum proprium non habeamus sigillum tradimus confirmatum. Acta sunt hec Itingen. Anno dominice Incarnationis. M.CC.LVII. VIIII kal. Maii. Indict. XV. Testes etiam sunt. R. Scultetus. Cunradus dictus Kloter. R. Warter. Ber. turbater. H. gladiator cives in wintertur. R. minister de Badin. Gerungus faber de Usilingen [2]). et alii quamplures quorum nomina non ponuntur.

[1]) Ittingen, Kts. Thurgau, ein seit 1128 gegründetes Augustiner-Chorherrenstift; seit 1316 aber Karthäuserkloster. [2]) Uesslingen, Kts. Thurgau.

Staatsarchiv Zürich. *(Es hängen die Siegel Graf Hartmanns und des Probstes Marchward.) — Abgedruckt: Herrg. Gen. Habs. II. nr. CCCCX. Hott. Spec. tig.* 244. — *Abschriften: Haer. fol. XV. Doc. Abb. I.* 326. *Sch. C. D. nr.* 540.

154.

Hemma, Heinrich Goltsmids Tochter, Gattinn Ritter Rudolfs am Thurme, vergabt der Abtei und der Probstei Zürich ihre Häuser an Petershofstatt zu Jahrzeiten und ewigen Lichtern.

Zürich. 11. Juni 1257.

In nomine domini Amen. Noverint quos nosse fuerit oportunum. quod Ego. Hemma [3]). Filia Heinrici bone memorie dicti Goltsmides. Civis Turicensis. Areas meas et domos in eisdem prope

Sanctum Petrum in loco qui vulgariter dicitur in der Hofstete [2]) sitas, ac ad presens tres libras et tres solidos monete Turicensis usualis et sex pullos solventes annuatim nomine pensionis, quas domos. et areas. ego hereditario jure a venerabili in Christo . . Abbatissa et Conventu Monasterii Turicensis ordinis Sancti Benedicti possessas. Ruodolfo. marito meo militi dicto a dem turne, ante aliquot annos in dotem seu donationem pro tempore vite contuli. contradidi. assignavi. libere ac pacifice possidendas. auctoritate et consensu honorabilis in Christo. Mechtildis [3]) Abbatisse Turicensis. et predicti Ruodolfi mariti mei. et Ofinie sororis mee. prefatis Abbatisse et suo Conventui. seu suo Monasterio. necnon . .[4]) Preposito et Capitulo. Turicensis prepositure. in remedium anime mee ac parentum meorum. sponte. bona fide. confero. trado. assigno et resigno. sub hac conditione. quod prefato marito meo cedente vel decedente, tria aniversaria. scilicet Uolrici. subdiaconi fratris mei. IIII Nonas Junii. Agnese sororis mee. IIII Idus Aprilis. et mea memoria in vigilia beati Johannis Babtiste. Post mortem vero meam, dies obitus mei et aniversarium ea die qua contigerit, tam ex parte Abbacie quam ex parte prepositure debent annuatim secundum consuetudinem super aniversariis servatam hactenus et habitam celebrari. Residuum vero pensionis de predictis domibus et areis proveniens, seu de predicta pensione portio sufficiens et competens. ad duo lumina ex oleo unum videlicet ante publicum altare monasterii Abbacie, et alterum ante publicum altare Turicensis prepositure de nocte in perpetuum habeantur. Preterea sepedicto marito meo cedente vel decedente prefati Abbatissa et suus conventus. Prepositus et suum capitulum, prenotatas domos et areas, seu pensionem seu precium earundem inter se debent equaliter dividere. contradictione qualibet non obstante. Id etiam maritus meus, quamdiu vixerit, easdem domos incendio, vetustate, seu alio casu destructas, collapsas, consumptas, deterioratas, reficere debet et reparare. secundum quod ipse suo commodo et honori viderit expedire. Ad maiorem etiam huius donationis ordinationis evidentiam, inquilini predictarum domuum, videlicet H. Faber dictus Swab. Uol. dictus Steler. H. et R. fratres dicti Nadeler de manu sepefate domine. Mechthildis Abbatisse nomine sui et sui conventus et de manibus R. sacerdotis. dicti Bonezen et. R. Marcii. canon. Turicen. nomine prepositi et capituli Turicen. secundum jus et consuetudinem inquilinorum in Thurego prefatas domos et areas ad inhabitandum nomine locationis publice receperunt. jure antedicti mariti mei in eisdem domibus et areis salvo per omnia remanente. Et huius rei testimonium. presens instrumentum dupplicatum, de meo rogatu confectum et conscriptum. trado antedictis abbatisse et suo conventui unum. et Preposito et suo capitulo alterum sigillis eorundem Abbatisse et Prepositi et capituli et Consulum Turicensium patenter communitum. Acta sunt hec Turegi. Anno dm. M.CCLII. Alexandro papa Quarto Romanam Ecclesiam gubernante. Imperio post mortem Willehelmi Illustris Regis Romanorum vacante. Eberardo [5]) Episcopo matrici nostre Ecclesie Constantiensi presidente. In festo Barnabe Apostoli. Indict. XV.

[1]) Vergl. B. 138. 159. [2]) St. Peters Hofstatt in Zürich. [3]) Mechthild von Wunnenberg. [4]) Wernher Blum. Vergl. B. 88. [5]) Eberhard von Waldburg. B. 115.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn, des Probsts Wernher und des Kapitels der Chorherren; dasjenige des Raths ist abgefallen.*) — *Abgedruckt: Hott. H. E. VIII.* 1283. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 330. *Sch. C. D. nr.* 541.

155.

Sühne zwischen den Izelingen und den von Gruba in Uri.

Altorf. 23. December 1257.

Grave Rudolf von Habspurg [1]), der Landgrave von Elsaze, und die lantlüte von Uren, tuond allen dien kund, die disen brief jemer gesehend older gehörret, daz er Grave R. mit der lantlüte bitte gemeinliche und rate die misshellende und todtgevechte, die da waz under den lüten, die mann da heizet Izelinge und ir geschlechte einhalb, und dien lüten, die mann da heizzet von Gruoba, und ir geschlechte anderthalb, lüterliche und einberliche für wort, und für werch, und für alle die getat, die unz an den tac, under inen und ir helfferen beidenthalb was geschechen, hat versünde, die selbe sone ist also gesezet; das in jetwederme geschlechte XX. mann die sone gesworen hand, in deme geschlechte, das man heizzet Izelinge, so hat gesworen Izeli und Ul. sin etero. Chuno des Gotshus amman von Wettingen. Chuno von Beroldingen. W. von Stigelin. H. im Mitemedorf. Walt. und H. von Richelingen. Chuno und H. und C. die Guorteneller. Meister C. und C. sin sun im Oberendorff. H. von Rüti. W. von Ribeshusen. H. uffen Boële. H. und C. von Sisencun. Ar. meister Wernhers sun von Brunnen. P. Werra. In dem geschlechte, das mann da heizzet von Gruba: C. und W. und H. und P. gebrüdere von Grube. H. von Hurnseldon. R. von Toërnlon. B. Schwmel. Ar. Zuochese. C. Zuchese. C. der Fürsto. Wal. an dem Luzze. C. an dem Luzze. C. von Müngingen. R. von Talachern. C. von Rugganginen. H. an der Spillmatte. C. von Wolfgeringen. C. Oben ime dorf. W. und Ingold von Bawen. Dise XL. hand die sone gesworn, beidenthalb, und in swederme teile die sone cebrochen wirt, also menge si brichet, dero ist jegesliche schuldig deme Graven R. LX. marchen, und dem geschlechte LX. marchen. Und sin darumbe biürgen, die XX. die in deme teile die soëne gesworn hand. Darüber swer die sone brichet, der ist meineide, und ist in des Babestes banne, und ist in des Riches achte, und ist in des Bischoffes banne, und ist erlos, und ist rechtlos, und sol man ab ime richten, als ab dem mordere, wand er ouch den mord getan hat. Harüber sint gesezet IIII. mann. Her. W. von Silennon, her R. von Tuino. C. der Meier von Bürgelon. B. der Schiupher. Swa die viere sich erchennent uf ir eit, daz die sone cebrochen ist, da sol mann richten, als ez an dem briefe stat. Und ob der vierer einer stirbot, so süllent die drye inrehalb XIV. tagen ein andern kiesen an des stat. Disik selbe sone wart uffgesezzet in deme zitte nach unsers Herren gepurte über MCCL. und VII. jar, an dem sunnen dage vor dem helgen abende ce Winnacht, vor dem Graven R. der cegegenne was, her Wal. von Wolhusen, her R. von der Balma, Uol. von Ruisegge, her Ortolf von Uzingen, R. von Hiunoberc. R. und Johanns von Küssenach, Hartmann von Baldegge, und ander genoge, beidu Ritter und Knechte, ce Altdorff an der gebreitun. Und dur das disiu sone jemerme stete und veste si, so hat Grave R. von Habspurc sin ingesigele haran geleit, und die lantlüte von Uren.

[1]) Graf Rudolf von Habsburg, der nachmalige König.

Herrgott Gen. Habsb. Prob. nr. CCCCXIII. (*Nach den Tschudischen Handschriften in Greplang.*) – *Abgedruckt*: *Tschudi Chron. I.* 155. *Schmid Gesch. von Uri I.* 221.

156.

Aebtissinn Mechthild siegelt einen Vergleich der Ritter von Ebnoithe, Wernher und Heinrich, Gebrüder, mit dem Kloster Capell um die dem letztern zuständige bischöfliche Zehntenquart der Kirche Baar in Uerzlikon und Winzwilen.

Capell. 26. März 1258.

Wernherus et Heinricus fratres, Milites dicti de Ebnoithe [1]), Omnibus presentem paginam inspecturis salutem bonam et subscripte rei noticiam. Universitati vestre presentibus innotescat, quod cum lis, seu dissensio inter Reverendos in Christo Abbatem et Conventum de Capella ex una parte, et nos ex altera verteretur super decimis Quartae ecclesiae de Barro [2]), in villa Urcilincon [3]), et in possessionibus Winciwile [4]), quas actenus percepimus, que ad eosdem religiosos ratione permutationis facte cum venerabili domino Episcopo Constantiensi pertinere dinoscuntur, tandem ad instructionem Nobilis domini Rudolfi de Wediswile, necnon et aliorum prudentum virorum inducti, recognovimus nos in eisdem decimis semper quarto anno, videlicet bissextili, nichil juris habere. cum ad ipsam Quartam illo anno legitime pertineat, et hoc presentibus profitemur. Predicti vero religiosi ad peticionem ejusdem Nobilis et quorumdam aliorum, et nostre familitaritatis intuitu, nobis tantummodo duobus, talem fecerunt gratiam vel concessionem, ut de cetero semper bissextili anno, quamdiu vixerimus vel alter nostrum, dictas decimas colligendas, ab ipsis recipiamus, solvendo ipsis de prelibatis decimis decem Modios tritici, ante festum Sancti Galli. Ita tamen quod post mortem nostram omni bissextili anno, predicte decime integraliter, totaliter, libere et absolute, ab ipsis religiosis colligantur et possideantur, contradictione qualibet non obstante, usibus eorum finaliter nomine Quarte prefate applicande. Hujus rei testes sunt Cunradus Superior, Burchardus major cellerarius, Cunradus de Vischinun, Walter custos, Monachi de Capella. Vicarius de Othenbach, Ulricus pellifex, Eberhardus, Rudolfus hospitalis, Wernherus pistor, Heinricus conversi predicti Monasterii, et Wernherus de Affoltre aliique fide digni. In cujus rei testimonium nos et predicti religiosi duo paria Sigillis Venerabilium in Christo Abbatisse Thuricensis, predictorum videlicet Abbatis de Capella et Rudolfi nobilis de Wediswile conscribi ac roborari fecimus in testimonium veritatis. Actum Capelle in domo hospitum. Anno MCCLVIII. VII Kalendas Aprilis.

[1]) Ebnat, Kts. St. Gallen, oder Ebnet, Kgde. Horgen, Kts. Zürich. (?) [2]) Baar, Kts. Zug. [3]) Uerzlikon, Kts. Zürich. [4]) Winzwilen, Kgde. Menzingen, Kts Zug.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die drei genannten Siegel.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Regesten der Archive der Schw. Eidg. B. I. Heft* 3. *nr.* 74.

157.

Graf Rudolf von Habsburg erkennt mit Zustimmung der Universitas vallis Uraniae, dass gewisse bisher von Izelin und seinem Oheim von Schachdorf besessene Erblehen wegen Friedbruchs an die Aebtissinn von Zürich zurückfallen sollen.

Altorf. 20. Mai 1258.

R. Dei gratia comes de Habisburg [1]) lantgravius Alsacie. universis presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Pax et quies humilibus et pacificis confirmatur et iusticie cultus augetur. cum malignorum maliciis per penam condignam legitime fuerit obviatum. Hinc est quod nos propter enormitatem sceleris quod izelinus et ul. patruus eius de Shachdorf cognominatus izeli. et eorum complices sceleratissime perpetrarunt. iuxta promissionem et obligationem eorundem. quam in se antea voluntarie dictarant. si pacem fide promissam et iuratam aliquatenus violarent. bonis suis universis mobilibus et inmobilibus abiudicatis et devastatis per sentenciam diffinitivam cum consensu et conniventia universitatis vallis uranie. adiudicamus integre et plenarie Reverende in Christo Abbatissae Thuricensi [2]) omnia bona quae ipsi iure hereditario a suo monasterio usque ad hanc diem dinoscuntur possedisse. predictis izelino et patruo suo et uxoribus eorum et heredibus perpetuum silentium inponendo. nuncios insuper suos. H. plebanum Sancti Petri et Ja. dictum molendinarium nomine dicte Abbatisse dictorum bonorum in corporalem possessionem inducendo. Prohibemus insuper sub interminatione divini iudicii et sub obtentu gracie nostre et pacis observatione. ne quis dictam dominam Abbatissam et suum monasterium in bonis prefatis aggravare audeat aliquatenus et molestare. Acta sunt hec anno incarnationis domini. M.CC.L.VIII. Indictionis prime. XIII. Kal. Junii. sub tilia in Altorf. Testes qui hiis interfuerunt. Wal. de Wolhusen. C. de Wediswile. G. de Gozinchon. Ul. et Mar. de Rusegge. Wern. de Atigenhusen. nobiles. Jo. de Butinchon. Ul. de Hertenstein. H. de Baldegge. R. et Jo. de Chussenach. Wer. villicus de Silennon. et R. de Thuno. milites. B. shupher. C. de burgellon et Wern. de Orzcuelt villici. Ar. de gronon. et alii quam plures ac universitas vallis eiusdem. In cuius rei testimonium has literas concedimus tam nos quam universitas vallis uranie memorate domine abbatisse sigillorum nostrorum munimine roboratas.

[1]) Vergl. B. 155. [2]) Mechthild von Wunnenberg.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel des Grafen und S. HOMINVM. VALLIS. VRANIE. Die Abbildung des letztern s. Geschichtsfrd. VIII. Tab. I.* 3.) — *Abgedruckt: Neug. C. D. nr.* 966. *Kopp. Urk. z. Gesch. der Eidg. B. I.* 10. *Geschichtsfrd. VIII.* 14. — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 338.

158.

Aebtissinn Mechthild überträgt ein von Ritter Konrad Wisso von Zürich ihr übergebenes Gut in Affoltern am Albis dem Kloster Frauenthal als Erbe von der Abtei.

Kloster Zürich. 23. Juli 1258.

Mechtildis [1]) Dei gratia Turicensis Abbatissa. Universis hanc paginam inspecturis noticiam subscriptorum. Vniuersis presentem litteram inspecturis duximus insinuandum. quod C. miles dictus Wirzo [2]) ciuis Turicensis predium et possessiones suas in Affoltre [3]) sitas de consensu Adelheidis uxoris sue necnon Chuonradi. et Wizonis filiorum suorum ad manus nostras resignauit. Abbatisse et Conuentui Vallis Sancte Marie [4]) Cisterciensis ordinis Constanciensis diocesis concedendas octo marcis prius receptis pro possessionibus antedictis a religiosis memoratis. Nos uero petitioni eiusdem C. annuentes dictas possessiones prelibatis religiosis titulo hereditatis pro denario censuali annuatim monasterio nostro persoluendo concessimus perpetualiter possidendas. Testes qui interfuerunt sunt hii. Burchardus Scultetus dictus vor der Mehzie. H. Bruno senior. Rvo. de Lunchuft. milites. Heinricus et Walt. dicti Stagle. Walt. Sliuzzeli. Heinricus Motscheller. et alii quam plures. Datum in monasterio nostro. Decimo Kal. Augusti. Anno Domini M.CC.LVIII. Indictione prima. Ego etiam predictus C. omnia superius memorata uera presentibus profiteor et ad maiorem firmitatem presentem litteram sigillis Reuerende Domine mee Abbatisse antedicte et meo communiui.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Heisst wohl richtiger: Wisso, wie aus dem Namen des Sohnes und gleichzeitigen zürcherischen Urkunden hervorgeht. Vergl. *Kopp. Eidg. B. II.* 21. 3. (Das Siegel wäre entscheidend.) [3]) Affoltern am Albis, Kts. Zürich. [4]) Kloster Frauenthal, Kts. Zug.

Geschichtsfreund I. 372.

159.

Aebtissinn Mechthild überträgt als Erbe an Kloster Capell die Reben in Riesbach, Flüen und Zollinkon, welche Hemma von Bäch, die Gattinn Ritters Rudolf am Thurm, jenem Kloster verkauft hat. Der Ritter erklärt seine Einwilligung dazu.

Schloss Raprechtswil. 18. November 1258.

Maechthildis [1]) divina miseratione Abbatissa totusque conventus monasterii Thuricensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint caritatis affectum, et noticiam subscriptorum. Universis et singulis tenore presentium innotescat quod domina Haemma dicta de Bechu civis Thuricensis uxor Rudolfi militis vulgariter dicti a dem turne [2]) nullam prolem habentes, consentiente procurante auctoritatem approbante eodem marito suo vineas suas in Riespach in Vluon et in Zollinchon [3]) sitas, quarum quasdam quasi titulo proprietatis

possidere videbatur, quasdam etiam a nobis et nostro monasterio jure hereditario habebat, nobis annuatim quartam partem unius libre piperis ponderis thuricensis, et duos denarios monete thuricensis usualis pensionis nomine solvendo, nobis, ordinatione inter ipsam et venerabiles in Christo . . Abbatem et conventum de Capella Cisterciensis ordinis prefate dyocesis super ipsis bonis prehabita, et quatuordecim marcis argenti ab eisdem de Capella receptis, tali conditione cum areis agris et campis earundem vinearum bona fide resignavit, ut nos eadem bona et vineas predictis religiosis cum id absque monasterii nostri et nostra permissione ad quod tam ipsa domina Haemma quam bona que possidet universa spectare dinoscuntur efficere non posset, concederemus cum omni iure quo ipsa eadem bona possederat, possidendas perpetualiter et habendas. Nos igitur predicte peticioni grato concurrentes assensu, maxime cum in hoc jus et conditio monasterii nostri deteriorari seu ledi nullatenus videatur, prefatas vineas et bona dictis religiosis et eorum monasterio de consilio et assensu nostri conventus concedimus cum omni iure quo predicta domina Haemma eadem bona dinoscitur possedisse. Ita tamen ut iidem religiosi dimidiam libram cere ponderis thuricensis nostro monasterio de ipsis bonis annuatim in festo Galli persolvant nomine pensionis. Hujus rei testes sunt. Burchardus dictus blum. Waltherus dictus Reinger. monachi de Capella. Burchardus incuratus de Altorf. Waltherus dictus Sliuzzeli. et Heinricus dictus Milcheli, et alii fide digni. Actum apud Thuregum. Anno MCCL sexto. decimo Kalendas Novembris. Postmodum etiam prefatus Rudolfus miles in presentia domini sui Rudolfi illustris Comitis de Raprechtswile [4]) constitutus una cum predicta conjuge sua presentibus Burchardo cellerario Walthero custode monachis et sacerdotibus de Capella Arnoldo capellano predicti Comitis. Henrico de Owa [5]). Alberto de Urinchon [6]). et Heinrico de Ebenote [7]) militibus. Walthero dicto Ramerario [8]). Rudolfo de Halbperch [9]). Heinrico de Ebenote servis. et aliis fide dignis publice profitendo utilitate ipsa inspecta omnia secundum quod premissum est de sua voluntate et auctoritate facta recognovit publice et approbavit. Ut autem apud posteros prenotata omnia noticiam ampliorem et firmitatem habeant evidentiorem, presens instrumentum sigilli nostri munimine ad peticionem predictorum conjugum prescriptis religiosis de Capella una cum sigillis Ottonis [10]) Prepositi Thuricensis et predicti Comitis de Raprechtswile tradidimus roboratum. Actum in castro Raprechtswile anno domini MCC. quinquagesimo octavo. Quartodecimo Kalendas Decembris. Indictione I.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Vergl. B. 138 und 154. Der Name „*de Bechu*“, ist wohl Bäch am Zürichsee, Kts. Schwiz. Hat Ritter Rudolf, Dienstmann von Rapperswil, in dortiger Gegend seinen Thurm gehabt? [3]) Riesbach, Flüe (Flüehgasse) und Zollikon bei Zürich. [4]) Graf Rudolf I. von R. († 27. Juli 1262). [5]) H. von Au (wo?), [6]) A. von Uerinkon bei Stäfa. [7]) H. von Ebnoit. Vergl. hiezu B. 156. [8]) Kamerario? [9]) ? [10]) Otto Maness, Chorherr und custos des Chorherrenstifts Zürich, 1258 Probst desselben, als Nachfolger Wernher Blums (B. 88); resignirte diese Würde schon 1259, und trat ins Predigerkloster in Zürich, wo er am 7. April 1271 starb.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen, wohlerhalten, die drei Siegel: dasjenige der Aebtissinn, das seltene des Probstes Otto und dasjenige des Grafen in der angegebnen Ordnung.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Regesten der Arch. d. Schw. Eidg. B. I. H.* 3. *nr.* 76.

160.

Aebtissinn Mechthild verleiht dem Kloster Engelberg ein von Schwester Gertrud ihr übertragenes Haus in Zürich, beim Kloster der Minderbrüder gelegen, zu Erbe.

Zürich. 3. Januar 1259.

Mechthildis [1]) Dei gratia Turicensis Abbatissa ordinis sancti Benedicti Constantiensis Diocesis universis presens scriptum intuentibus noticiam rei geste. Quia omnium habere memoriam et in nullo errare potius est divinitatis quam humanitatis et ut materia calumpniose litigandi presentibus et posteris amputetur ideo ea que geruntur scripture testimonio perhennantur. Noverint igitur universi quod Gerdrudis conversa manu Volmari dicti Wolfleibsche quem sibi secundum consuetudinem approbatam in presentia Bur. Sculteti Turicensis [2]) legitime advocatum elegit proprietatem dimidie domus site prope claustrum fratrum minorum in Turego cui contigua est domus dicti . . Holzöphel et domus Gerdrudis de Gattinkon ex parte altera de consensu et conniventia Adelheidis converse dicte de Constantia cuius est reliqua dimidia pars domus prefate contulit Monasterio nostro in manus nostras resignando ea condicione adiecta quod predictam domus mediam partem . . [3]) Abbati et Conventui Montis angelorum ordinis sancti Benedicti prefate diocesis pro censu unius denarii monete Turicensis in Exaltatione sancte Crucis nostro Monasterio persolvendo concederemus iure hereditario perpetualiter possidendam. Quam domum, cum resignatione debita recepimus. eandem predicto Abbati suoque Conventui pro censu memorato modo predicto iure hereditario concedentes ut ab eisdem eorumque successoribus sine contradictione qualibet possideatur inconvulse. Testes huius rei sunt. Hesso Sacerdos. Waltherus Sacerdos. confrater dicti Abbatis. Magister Uol. Canonicus Thuricensis. Heinricus Miles dictus Bruno cum. H. et. C. filiis suis. Walt. dictus Sliuzzelli. H. dictus Milcheli Cives Turicenses et alii quamplures. Datum Turegi et actum in Octava Johannis Evangeliste Anno domini MCCLVIIII Indictione Secunda.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Herr Burchard vor der Mehzie. Vergl. B. 158. († 5. April 1259). [3]) Abt Walther I. Vergl. B. 136.

Archiv Engelberg. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abgedruckt: Versuch Engelberg. S.* 149. (*im Auszuge.*)

161.

Aebtissinn Mechthild, Convent und Kapitel verkaufen zu Bezahlung von Schulden dem Kloster Oetenbach verschiedene Zinsen, welche dasselbe bisher geschuldet.

Kloster Zürich. 12. Februar 1259.

Maechthildis [1]) divina permissione abbatissa totusque Conventus et Capitulum Monasterii Turicensis, universis presencium inspectoribus, affectum caritatis. Litteras venerabilis domini et patris

nostri Ebirhardi [2]) Dei gratia Constantiensis episcopi in hec verba recepimus et habemus. E. Dei gratia Constantiensis episcopus, Dilectis in Christo . . Capitulo et Conventui Monasterii Turicensis Salutem et in domino caritatem. Cum Monasterium vestrum multis sit sicut percepimus debitis obligatum, ad quorum solutionem non sufficit ad presens, nisi possessiones alique vendantur ad solutionem debiti memorati. Nos indempnitati Monasterii vestri et vobis super hoc providere volentes, vobis precipimus et mandamus, quatenus de voluntate et consensu vestro sit quod dilecta in Christo . . Abbatissa vestra possessiones aliquas vendat cum quibus possitis una cum ipsa importunam instanciam evadere creditorum, dummodo Monasterio vostro et vobis ex hoc irrecuperabile dispendium non videatur ab aliquibus generari, et dicta abbatissa de recuperatione earundem possessionum de proximo festo Sancti Johannis Baptiste infra annum facienda faciat caucionem. Datum Gottelübun Idus Octobris. Indict. Secunda [3]). Harum igitur auctoritate litterarum pro quibusdam debitis nos graviter urgentibus alleviandis, pensionem quinque modiorum tritici mensure Turicensis, et dimidie libre cere, quam dilecte in Christo. Ita Priorissa et Conventus Sororum in Oetembach ordinis sancti Augustini, de predio ecclesie nostre sito in Dignowo [4]), et pensionem unius modii tritici eiusdem mensure quam eedem Sorores de quibusdam bonis seu possessionibus ecclesie nostre sitis in Wiedinkon [5]). in Watte [6]). in Opfinchon [7]). et in loco qui vulgariter dicitur Ruolantsprunnen [8]), nobis et nostro Monasterio solvebant annuatim, nos eisdem . . Priorisse et Conventui et Monasterio in Oetembach de unanimi consilio et consensu bona fide sine omni dolo et fraude, cum omni iure quod nobis in eisdem bonis competebat vel competere videbatur, pro. XII. Marcis argenti legalis ponderis Turicensis quo ad remissionem pensionis tritici et pro. XIII. solidis et. IIII. denariis quo ad remissionem pensionis cere, vendidimus, tradidimus, remisimus, ita tamen quod supradicte . . Priorissa et Conventus Sororum de ipsis bonis in signum proprietatis quam ecclesia nostra habet in eisdem bonis, unum denarium argenteum usualis monete Turicensis nostro Monasterio in festo Sanctorum Martirum felicis et regule persolvannt annuatim. Sepedictis etiam . . Priorisse et Sororibus damus presentibus potestatem et liberam facultatem ut de prenominatis bonis, vendendo, mutando, obligando, locando, alienando, vel sub quocumque contractu, faciant et ordinent nostra contradictione non obstante quicquid sibi viderint expedire, pensione unius denarii predicti nobis annuatim nichilominus reservata. Preterea si dicta . . Priorissa et Conventus Sororum prenotatas possessiones quocunque modo alienando in aliquam vel aliquas personas transferre voluerint, Nos prefata abbatissa vel quecumque pro tempore fuerit super hoc de ipsarum institutione requiri debemus, et sine difficultate et contradictione qualibet ac sine dampno tam recipientium quam alienancium possessiones predictas illud admittere nec ullatenus denegare. Ad observationem etiam omnium premissorum, plenam et fidelem, personas nostras et nobis succedentes et nostrum Monasterium bona fide presentibus firmiter obligamus, in testimonium facti sepedictis Priorisse et Conventui dando presens instrumentum sigillis nostri videlicet prefate abbatisse et venerabilis Ottonis prepositi [9]) et fratris Hugonis prioris fratrum predicatorum et universitatis civium turicensium patenter communitum. Nos prenominati conventus et Capitulum sigillo domine nostre abbatisse et predicti fratris Hugonis prioris utimur in hac parte. Acta sunt hec Turegi in ambitu supradicti Monasterii nostri Turicensis. Anno domini. M.CC.LIX. V. Kal. Marcii. Indictione secunda. presentibus quorum nomina subscribuntur. Otto prepositus. Heinricus plebanus sancti Petri. H. de Meilan. Magister Chuonradus scola-

sticus. Magister Uolricus Canon. Turicen. Heinricus plebanus Monasterii abbatie. Burchardus plebanus de Altorf. Uuolricus prebendarius de Surse. H. scolaris domini prepositi. Johannes de Basilea. Johannes filius domini iacobi. Hugo Milchili Cives Turicenses. Waltherus plebanus in Oetembach. et Ruodolfus Conversus ibidem et plures alii.

Nos prenominati ego videlicet. Otto prepositus et ego frater Hugo prior fratrum predicatorum in Thurego. Et nos Consules ad presens Turicenses quorum nomina sunt hec. Heinricus de Curia. Burchardus Bruohundus. Heinricus de Glarona. Ruodegerus de Mekingen milites. Cuonradus in Gassun. Heinricus Sender. Ruodolfus in dem Münsterhove. Waltherus Meise. Johannes pistor. Uolricus Treimbelli. Fridericus in foro. Johannes filius iacobi. A partibus rogati presentem litteram sigillis nostris communimus scienter et patenter. Anno domini et Kalendis et Indictione prenotatis.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [3]) Am 15. October 1258. [4]) Diknau, Gmde. Küssnach, [5]) Wiedikon, [6]) Watt, Gmde Regensdorf, [7]) Opfikon, Gmde. Kloten, und [8]) Brunnen, Gmde Kirchberg(?), Kts. Zürich. [9]) Otto Maness. Vergl. B. 159.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn, das seltene des Probstes Otto, des Priors der Predigermönche und des Raths.*)

162.

Konrad, der Ammann der Abtei in Zürich, schenkt derselben verschiedene Grundstücke, wogegen der Convent verordnet, dass alljährlich an gewissen Festen ein Theil des Ertrages für Processionen u. s. w. verwandt werde.

Kloster Zürich. 25. April 1259.

Mechthildis [1]) Dei gratia Abbatissa Turicensis. ordinis sancti Benedicti Constant. dioc. universis presentem paginam inspecturis noticiam subscriptorum. Notum fieri volumus omnibus presentium inspectoribus, qualiter Chunradus, noster minister, nostro accedente consensu voluntario et expresso. legitimo donationis titulo, cum manus nostre concessione et omni adhibita sollempnitate. que de iure et consuetudine in talibus fieri consuevit, in civitate Tureg. et coram nobis vineam suam sitam infra sepes Signowe [2]), que ad ipsum iure hereditario pertinebat. conventui monasterii nostri, tam dominabus quam clericis contulit, cum omni iure. sicut ad eum usque ad diem illum pertinebat. et tradidit eisdem dicte vinee possessionem. Insuper sub predicta donationis forma, domum suam sitam in Münsterhove contulit eisdem. Praedium etiam suum situm in Adloswile [3]) quod ad eum jure proprietario pertinebat. coram nobis ad majorem rei euidentiam et certitudinem pleniorem quasi pro sollempnitate, cum hoc fieri de necessitate non debuisset, libere et absolute pro remedio anime sue dedit et assignavit, in omnibus premissis accedente consensu et resignatione uxoris sue cum omni iure proprietatis possidendum. Sane hiis ita peractis, idem conventus cum nostro consilio, et consensu expresso, ad petitionem predicti Chunradi ordinavit et statuit. ut in festo omnium sanctorum sollempnis de cetero haberetur processio. et tunc VI quartalia tritici ad simlam et II modii tritici

ad staupam vini Alsacie toti conventui debet administrari. et festum sancte Margarete cum sex quartalibus tritici ad simlam, pro remedio dicti Chunradi debet sollempniter celebrari. Aniversarium etiam Gerhildis quondam uxoris sue debet de predictis bonis celebrari. Et quia ecclesia suis benefactoribus in omnibus debet se ostendere favorabilem, et benignam, idem conventus dicto Chunrado et uxori sue, predium suum in Santgrubun [4]). cum nostro consensu commisit, pro tempore vite sue possidendum et fruendum. Ita tamen quod dictum predium post obitum eiusdem Chunradi sine qualibet difficultate et contradictione, cum fructibus meliorationibus et omni integritate dimidium libere revertatur. reliqua medietate post mortem predicte uxoris sue, etiam si eam habentem liberos decedere contingat, ad conventum prenotatum libere revertente. Si autem aliquid idem conventus de bonis predictis post quietam eorundem bonorum possessionem et plenam annalem possessionis prescriptionem, cum eodem Chunrado vel uxore sua ex mera pietate et libertate ordinaverit, vel statuerit. protestatum est, et hinc inde collaudatum et approbatum. quod hoc ipsum non amplius quam pro tempore vite sue est eis in consolationis levamen, a dicto conventu provide deputatum. sicut in instrumento super hoc conficiendo plenius patebit [5]). ut autem hec firma et illibata permaneant duo instrumenta paria scribi fecimus. et utrique parti unum tradi, sigillis nostro et civium Turicensium communita. Acta sunt hec in ambitu nostro. Conventu nostro tam dominorum quam clericorum presentibus. et Heinrico scriba nostro [6]). et Heinr. et Hug. Milchelinis. Consules fuerunt hii. Heinricus in curia. Burchardus Bruhunt. Heinricus de Clarona. Rüdegerus de Mekingen. milites. Rudolfus de curia monasterii. Conradus in Gazzun. Waltherus Meisa. Heinricus Sender. Ulricus Trembelli. Fridericus Chugat. Johannes filius Jacobi. Johannes Pistor. Datum Tureg. VII. Kal. Maii. Anno domini M.CC.L.VIIII. Indict. secunda.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Signau, Gmde. Hirslanden, [3]) Adliswil, Kts. Zürich. [4]) Sandgruben, Gmde. Egg (?), Kts. Zürich. [5]) Vergl. B. 192. 212. [6]) B. 165. 168. 206. 210.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängt das Siegel der Aebtissinn.*) — *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 346. *Sch. C. D. nr.* 545 *a.*

163.

Aebtissinn Mechthild und Convent genehmigen die von der Gemeinde Ebinkon an das Kloster in Reitholz (Rathhausen) gemachte Veräusserung ihnen zinspflichtiger Güter in Reitholz.

Zürich. 10. Juli 1259.

Universis presentem paginam inspecturis. Mechthildis [1]) divina permissione Abbatissa Turicensis, Ordinis Sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, suusque Conventus in perpetuum. Ordo religionis et rationis postulat et requirit, ea que piis locis conferuntur, seu quolibet contractus titulo assignantur, a cunctis Christi fidelibus precipue autem a religiosis rata haberi et pregrata, et etiam minus valida privilegiorum munimine confirmare, ut si quid defuit in contractu, consensu ratificetur subsequenti. Noverit igitur presens etas et futura posteritas, quod Nos nomine nostro et monasterii

nostri, venditionem predii in Reitholz ubi nunc cenobium dominarum[2]) est situm Deo et beate virgini iugiter servientium, cuius proprietas sicut aliorum prediorum in Riusital que sibi comparia in censu auri iudicantur ad nostrum monasterium pertinebat, cum eidem annuatim de eodem census auri in vigilia Johannis Baptiste in curia Chamo solui ex antiquo consuevisset, . . Magistro et Conventui dominarum loci et cenobii Reitholz supradicti, ab universitate villanorum de Ebinkon[3]) factam que idem predium a nostro Monasterio iure hereditario possidebat, ratam habentes et pregratam presentibus confirmamus. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli nostri munimine roboramus. Testes qui premisse nostre confirmationi interfuerunt, sunt hii. Magister Heinricus Plebanus sancti Petri, et Magister Uolricus Canonicus Turicensis, et dominus Burchardus plebanus de Altorf, et dominus Burchardus dictus Bluni Monachus in Wetingin et Burchardus filius domini Johannis de Basilea Civis Turicensis. Datum apud Turegum Anno domini. M.CC.L.VIIII. VI. Iduum Julii. Indictione Secunda. Nos Conventus quia sigillum proprium non habemus, prefate domine nostre Abbatisse sigillo utimur in presentium robur evidens et munimen.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Das Bernhardiner-Nonnenkloster Rathhausen, Kts. Luzern, gestiftet im Jahr 1245 durch Peter Schnyder von Luzern. [3]) Ebinkon, Kts. Luzern. Vergl. B. 19. (Abinchova.)

Geschichtsfreund. II. 53.

164.

Bischof Eberhard von Konstanz bestätigt den zwischen dem Kloster Frauenthal und der Abtei geschlossenen Vertrag betreffend die Zehnten zu Chamau.

Jahr 1259. (Vor dem 24. September.)[1])

Ebirhardus[2]). Dei gratia Constantiensis Episcopus. Dilectis in Christo filiabus. religiosis feminis abbatisse et Conventui de Valle Sancte Marie cisterciensis ordinis. Salutem et in domino caritatem. Regularis observantie disciplinam apud vos in domino commendantes. peticiones vestras favore quo possumus prosequi volumus ut debemus. Cum autem super decimis in Kamowe per H. militem dictum villicum de Chamo a Monasterio abbacie Turicensis actenus habitis inter vos et predictum militem de consensu Mechtildis Abbatisse et conventus dicti monasterii sit conventum. quatinus ipsas decimas teneatis pro censu videlicet quinque solidorum turicensis monete usualis persolvendo. Nos eundem contractum utriusque monasterii ratum habentes et gratum duximus confirmandum[3]). Datum Constantie Anno Domini M.CC. Quinqnagesimo VIIII. Indictione II.

[1]) Nach der Indictionszahl. [2]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [3]) Zu diesem Briefe vergl. B. 147.

Geschichtsfreund. I. 373.

165.

Aebtissinn Mechthild verwandelt den jährlichen Zins von drei Schuppossen in Eberhardswile, welcher bisher in drei Pfählen bestanden hatte, in ein Pfund Wachs, unter Bestätigung des bisherigen Erblehenverhältnisses.

Zürich. 7. December 1259.

Mectildis [1]) divina permissione Abbatissa Thuricensis, universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint affectum caritatis cum noticia subscriptorum. Quoniam omnes velud aque dilabimur, donec in nostram originem redigamur, necesse est, facta preteritorum per scripturarum apices ad noticiam devenire posterorum. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod nos possessiones monasterii nostri, sitas apud villam Eberhartswile [2]), tres videlicet scoposas quas Heinr. et Chunr. fratres dicti Stüllera, Heinr. et Chunr. fratres, filii Wilhelmi romani. Rudol. et Waltherus Dienesmano, Chunr. filius Gerungi von der Schüra, et Bercta relicta quondam Walt. de Bosinkon, ac ipsorum progenitores nec non Heinr. dictus Thuche, a nobis et nostro monasterio pro tribus asseribus censualibus, qui vulgo schlespriter [3]) dicuntur, hucusque iure hereditario possederunt, eisdem et suis heredibus, pro annuo censu libre cere, ponderis Thuriceusis, nobis et successoribus nostris annuatim in festo sancti Michahelis persolvende. concessimus eodem iure hereditario perpetuo possidendas et habendas. Hanc autem permutationem census de consilio prudentum fecimus in hoc providentes nostro commodo et utilitati. Predictis autem et eorum successoribus licet prefatas possessiones vendere. alienare. obligare. prout sibi visum fuerit expedire. Ita tamen quod hec per manus nostras fiant, prout dinoscitur esse consuetum. Huius rei testes fuerunt. Burchardus Incuratus de Altorf . . . scriba noster [4]) . . . schluzelli . . . dictus Milcheli et quidam alii fide digni. Ut autem premissa inviolabiliter perpetuo observentur presentem litteram predictis rusticis sigilli nostri munimine tradimus roboratam. Datum Thureg. Anno domini M.CC.L. Nono. VII. Idus Decembr. Indict. Tercia.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Ebertswil, Gmde. Capell, Kts. Zürich. [3]) Pfähle (*sprieter, antennae*) vom Schlehdorn? [4]) Heinrich von Rüti. B. 162. 210.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 17.

166.

Rudolf, der Leutpriester von Rümlang, als Kirchherr zu St. Stephan, tauscht unter Genehmigung der Aebtissinn Mechthild und des Convents mit dem Kloster Seldenau einen bei diesem gelegenen Weinberg gegen einen solchen zu Flüen.

Zürich. Jahr 1259.

Universis presencium inspectoribus. Rudolfus [1]) Plebanus de Rumelank Canonicus Turicensis orationes in Domino, ac noticiam subscriptorum. Licet de rebus Ecclesiasticis alienandis, prelatis ipsa-

rum nulla sit attributa potestas, immo pocius interdicta, per canonicas sanctiones. licitum tamen est, quod jura permittunt, ut bona ecclesiarum, per modum commutationis, bona fide, et sine fraudis scrupulo, ad Ecclesias, et ad personas Ecclesiasticas, sive alias pro communi utilitate utriusque provide transferantur. et vicissim sicut dictum est permutentur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum; quod ego vineam Ecclesie Sancti Stephani, cujus rector existo, contiguam domui venerabilis in Christo . . Abbatisse et sororum in Seldenouwe [2]), ordinis Sancti Benedicti, Constantiensis diocesis, eisdem valde necessariam utpote que ibi sine dicta vinea perficere non possent quod intendebant, deliberato consilio, de consensu, et consilio Reverende in Christo, Mechthildis [3]) Abbatisse Turicensis, et tocius ejus conventus conivencia accedente, cum dicta . . Abbatissa de Seldenouwe et ejus conventu, pro vinea sita in loco qui dicitur Vlün [4]), que ad easdem jure proprietatis spectabat, cum omni cautela et diligencia, que in talibus contractibus debet et consuevit observari. confirmatione etiam Venerabilis in Christo E. [5]) Dei gratia Episcopi Constantiensis accedente, michi et Ecclesie Sancti Stephani utiliore permuto, et permutationi voluntarie consentio, ita ut antedicta . . Abbatissa et Conventus de Seldenouwe dictam vineam quondam Sancti Stephani cum omni integritate et jure et decimis ejusdem vinee et cum decimis quas percipere consuevi de area et torculari in quo Cenobium de Seldenouwe est constructum [6]) sicut eam usque ad hunc diem Ecclesia Sancti Stephani habuit. Ecclesia vero Sancti Stephani in recompensationem vineam antedictam sitam in Vlüen. cum omni integritate et jure sicut eam sepedicta Abbatissa et Conventus de Seldenouwe hactenus possederunt debeant libere possidere. Liceat insuper frui eisdem ordinare et permutare, sicut utriusque partis voluntati visum fuerit expedire. Super quo contractu duo instrumenta sunt confecta eundem tenorem et seriem continentia, mutata saltim persona scribentis, mihi sive Ecclesie Sancti Stephani uno concesso et dato instrumento, in quo loquitur et scribit . . . Abbatissa et Conventus de Seldenouwe, eisdem a me viceversa hoc instrumento, in quo loquor et scribo testimonium premissorum assignato. cum Venerabilis in Christo E. Dei gratia Constantiensis Episcopi, et Reverende in Christo. Mechthildis Abbatisse Turicensis, et dicte Abbatisse de Seldenouwe, Consulum sive civium Turicensium et meo sigillis legitime roborata. Testes autem qui hiis interfuerunt sunt. Cunradus Welle. Ulricus de Chlotun. Heinricus in Curia milites. Ulr. Vriburger. Ru. Marti. Cunr. Goltstein cives Turicenses. Actum Turegi Anno Domini MCCLVIIII.

[1]) Rudolf Schwarzo, aus Zürcherischem Geschlechte. Vergl. B. 172. [2]) Vergl. B. 151. [3]) Mechthild von Wunnenberg. [4]) Flüe (Fluehgasse). Gmde, Riesbach bei Zürich. [5]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [6]) Für die Anfänge des Klosters Seldenau, das zu seiner Ausbreitung des eingetauschten Grundstückes bedurfte, bezeichnend.

Spitalarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn Mechthild und des Leutpriesters hängen, die übrigen drei genannten fehlen.*)

167.

Schiedsrichterlicher Spruch dreier Chorherren der Probstei Zürich in einer Streitsache zwischen der Abtei und dem Leutpriester von Horgen betreffend Zehnten von urbargemachtem Waldboden (novalia).

Kloster Zürich. 4. Februar 1260.

Universis precencium inspectoribus. Magister Cunradus Cantor[1]). Heinricus plebanus sancti Petri. Welcho. viceplebanus. canonici Turicenses. Affectum caritatis. Noverint quos nosse fuerit oportunum. quod cum in causa, que inter venerabilem in Christo. Abbatissam[2]) et Conventum monasterii Turicensis ordinis sancti Benedicti ex una. et concanonicum nostrum Rüdegerum dictum de Chlotun, plebanum in Horgen, super novalibus et decimis novalium in predicta parochia Horgen, et super renuntiatione decimarum de ipsis novalibus, quam predictus Rüd. fecisse videtur, necnon super arbitrio predictam renuntiationem contingente, ac prescriptione, et aliis rationibus et iuribus ex parte Abbatisse allegatis, iam longo tempore vertebatur ex parte altera, in nos tres de spontaneo parcium consensu, sub pena viginti marcarum argenti ponderis Turicensis, et nihilominus pars contraveniens et non parens arbitrarie sententie quam nos tres, vel duo de nobis, in hac parte tulerint a negocio caderet et a causa, fuisset legitime compromissum, sub hoc pacto, ut infra certum tempus secundum iusticiam vel amicabiliter si ius nimis esset ambiguum vel obscurum causam decideremus. Nos auditis testibus, quos utraque pars produxit super iure suo. facta etiam renuntiatione ulteriori productioni ab utraque parte. consideratis tam renunciatione quam fecerat predictus R. et arbitrio super eadem renuntiatione prolato. et prescriptione quam allegabat predicta domina Abbatissa et suus conventus. consideratis etiam singulis circumstanciis predictarum ecclesiarum, et qualitate negocii, ac litigancium personarum, et precipue quod ex dictis testium expediri non poteramus in negocio, quia singuli in suis dictis erant singulares, et quod unus affirmavit sub iuramento alter negavit sub eodem, item quod unus dixit esse agrum, alter dixit esse particulam agri extirpati, sitam vel in medio vel in extremitate, cuius extirpationis memoria extabat, ex quo tamen non apparebat vera expositio seu diffinitio novalis. cum novale sit ager de novo ad cultum redactus etc. Attendentes etiam quod iure communi decima vere novalium ecclesie parrochiali debeat attinere, licet aliter in parrochia Horgen de consuetudine fuerit observatum, Auctoritate arbitraria de consensu parcium nobis data sententiando arbitramur, et arbitrando sententiamus. novalia que extirpavit Rudolfus Banwart in foresta, et novalia que extirpavit R. de Morswanden in loco foreste contiguo debere ad ecclesiam parochialem specialiter pertinere. In reliquis vero que quidam dicunt esse novalia, — quidam non — predicto Rü. silencium imponimus sub hac forma, ut in eis nullum ius sibi vendicet amplius quam partem mediam, sicut predicta domina Abbatissa et suus conventus, et ecclesia in Horgen, obtinere de consuetudine dinoscuntur, super futuris novalibus suo iure partibus reservato. Item si super predicta sententia, vel ex verbis sententie inter partes aliquid ambiguum contigerit suboriri, nos eiusdem ambiguitatis declarationem nobis presentibus reservamus, partibus publice et expresse consentientibus in id ipsum. Et in huius rei testimonium, presentem litteram

duplicatam tradimus partibus sigillis predictorum videlicet domine Abbatisse cuius sigillo et suus utitur conventus. et predicti Rüd. et nostris patenter communitam. Nomina vero testium presencium huic arbitrarie sententie sunt hec. Ru. dictus Boneze. R. de Burgelon. R. Thia. Jo. Schaflinus. magister Ul. Wolfleibsch. canon. Turicen. Cunr. Wello. Ul. de Clotun. milites. Acta sunt hec in ambitu monasterii prepositure Turicensis. Anno domini M.CC.LX. Secundo nonas febr. Indict. tercia.

[1]) Konrad von Mure. [2]) Mechthild von Wunnenberg.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und der drei Schiedmänner hängen; dasjenige des Leutpriesters von Horgen fehlt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 394.

168.

Schiedsrichterliches Urtheil des Leutpriesters Burchard in Altorf und des Edlen Rudolf von Mazingen in einem Streite zwischen der Abtei und dem Meier Heinrich in Mur über Rechte und Pflichten des Letztern.

Zürich. 29. April 1260.

Universis presencium inspectoribus. Burchardus plebanus in Altorf. canonicus Turicensis. Rudolfus nobilis de Mazingen [1]) affectum caritatis cum noticia subscriptorum. Orta et diu habita litis disceptatione inter reverendas in Christo Mechthildim [2]) Abbatissam et Conventum monasterii Turicensis ex una. et Heinricum militem villicum in Mure [3]) ex parte altera, super iuribus et functionibus officii villicationis sue in dicta villa et in aliis villulis eidem curti appendentibus. in quibus Heinricus quondam pater dicti villici plus debito usurpavit. tandem per nos de consensu partium arbitros electos, arbitrio legitime ordinato et vallato, sub pena viginti marcarum, si qua partium contraveniret ipso facto, in eadem pena dampnata, deliberato consilio in hunc modum arbitrando decrevimus diffinire. et sub eadem pena mandamus sicut ordinatum est firmiter observari. Debet ante omnia villicus diligentem habere curam. ut census monasterio debitus, in frumento, denariis, porcis et aliis quibuscunque integre persolvatur. ne per eius negligentiam vel impedimentum monasterium in suis censibus defectum paciatur, antiqua consuetudine que nunc noscitur dampnosa non obstante. Dictus etiam villicus non debet de cetero de scopossariis sicut pater suus aliquatenus exigere vel recipere mortuarium vel caducum, quod vulgo dicitur val. sed ab herede qui succedit. nomine honoris seu ershaz. tantum quatuor solidos monete Turicensis. De hiis servis ecclesie qui non sunt glebarii, vel ascripticii qui dicuntur ussidelinge residentibus in eadem villa, vel districtu eiusdem, nichil etiam nomine caduci vel successionis debet habere. Expensas etiam que in cena vel in prandio quondam in festo Andree quando porci presentabantur, que monasterio nimis dampnose facte fuerunt cum villico, penitus detestatas deinceps inhibemus. Officium nemorarii seu vorstarii debet domina Abbatissa ad presentationem villici et villanorum concedere et ordinare, et honoris mercedem quod dicitur ershaz recipere. nichil amplius sibi villico iuris in hoc officio vel in scopossa que

ad idem pertinet vendicante. In pastoris etiam officio, vel scopossa ad idem pertinente. in scopossa Guldinun et in agro in Oustenmos nullum ius habere debet. In piscinis, vel scopossis, vel agris piscinarum, vel in mortuariis, vel in honoris mercede que dicuntur val et erschaz nullum ius seu ordinationem debet habere. hec enim omnia libere spectant ad Abbatissam. Duos etiam modios tritici quos quondam pater sepededicti villici ex prava consuetudine, unum post censum collectum, quasi ex quodam mercedis premio. et unum quem a rusticis exegit, sigillatim a singulis portiones suas exigente. de quorum etiam iure in hoc modio tritici nichil nobis certi constat, arbitrando sentenciamus villicum recipere non debere. De cetero etiam villicus lac quod consuevit in sexta feria habere de capris, amplius percipere non tenetur. sed iuxta consuetudinem in villa Vellanden [4]) singulos denarios de capris singulis percipiet annuatim. Remisit etiam sive remitti consensit domina Abbatissa inpetitionem sive actionem super mensali et manutergio a villico sibi debito annuatim. Remittere etiam debet eidem duos modios tritici qui dicuntur elsazcherne. et unum porcum novem solidorum. et a curte duo maltaria avene. et duos modios spelte. et duos modios tritici. quod si forte premissa, quod absit, vel aliquod ex eis prelibatus villicus vel eius heredes vel alius ex eis, vel dicta domina Abbatissa et Conventus vel eis succedentes, observare neglexerint vel noluerint. si pars predicta non observans a parte observante fuerit amonita. ut neglecta et omissa corrigat et emendet infra spacium unius mensis. et post amonitionem factam infra mensem neglexerint observare et pacta adimplere parti observanti in vinginti marcis ponderis Turicensis puri et legalis argenti est et erit obligata. contradictione qualibet non obstante. Hec singula et universa a partibus sunt approbata et collaudata sub pena predicta firmiter observari. Dubiorum, si qua emerserint in arbitrio predicto, discussione nobis reservata. Et in huius rei testimonium presentem literam duplicatam tradimus partibus. sigillis venerabilis patris et domini E. [5]) Dei gratia Episcopi Constantiensis. et prefate domine Abbatisse et honorabilis domini Rudolfi comitis de Raprechtswile [6]) nec non Consulum Turicensium et nostris patenter communitam. Nomina vero testium presentium huic arbitrarie sententie sunt hec. H. plebanus in Buochs [7]). Magister Ulricus dictus Wollfleibsche. H. viceplebanus in Mure. H. notarius. [8]) R. miles dictus de Turri. H. de Eschelinkon [9]). R. et H. ministri de Grifense [10]). Hu. Milchelinus. C. dictus Cisi. Ul. dictus Merwiler . . . dictus Landolt et alii fide digni. Act. anno domini M.CC.L.X. tertio Kal. Mai. Indict. Tercia [11]).

[1]) Mazingen, Kts. Thurgau. [2]) Mechthild von Wunnenberg. [3]) Mur und [4]) Fällanden, Kts. Zürich. Vergl, B. 25. 27. 29. 58. [5]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [6]) Graf Rudolf I. von Raprechtswil. Vergl. B. 140. [7]) Buochs. Kts. Unterwalden. [8]) H. von Rüti, Schreiber der Aebtissinn. [9]) Eschlikon und [10]) Greifensee, Kts. Zürich. [11]) Zu dieser Urkunde vergl. B. 191.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel des Bischofs (beschädigt), der Aebtissinn, des Grafen Rudolf von Raprechtswil, des Plebanus in Altorf; von demjenigen des Edeln von Mazingen ein Bruchstück. Das Siegel des Rathes Zürich fehlt.*) — *Abgedruckt: N. C. D. nr.* 972. – *Abschrift: Doc. Abb. I.* 362. 370.

169.

Aebtissinn Mechthild bestätigt die von ihrer Stellvertreterinn vorgenommene Erbverleihung von Reben in Riesbach an das Kloster Oetenbach, welche von Burchard, Ulrich und Margaretha von Hottingen ihr hiefür waren aufgetragen worden.

Zürich. 23. August 1260.

Mechthildis [1]) Dei gratia Thuricensis Monasterii Abbatissa. Omnibus presens scriptum intuentibus, eternam in domino salutem. Ut lites facilius restringantur, expedit, ea que geruntur scripti memoria perhennari. Noverint igitur tam posteri quam presentes. quod nos liberam resignationem vinee in Riespach, quam olim coluit quidam dictus Jungmeister. cum suis attinentiis, ac quibusdam aliis bonis ibidem sitis. per dominum Burkardum, Uolricum et Margaretam de Hottingen, in manus nostre matertere Willeburgis de Hagenbuoch [2]). vices nostras, nobis interesse non valentibus, gerentis in hac parte. et concessionem eorundem bonorum Religiosis feminis . . Priorisse ac Conventui de Oetinbach. per eandem nostram Materteram, sub certa forma factas. videlicet quod idem Conventus de predictis bonis sibi jure hereditario concessis, singulis annis sub annuo censu duos denarios nostro Monasterio persolvent, ratas habentes in omnibus et pregratas, in ipsius rei confirmationem et evidentiam pleniorem dicto Conventui presentes litteras concedimus, nostri sigilli munimine roboratas. Dat. Turegi Anno domini. M.CC.LX. X. Kal. Sept. Indic. III.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Vergl. B. 96.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt*).

170.

Herr Burchard von Hottingen, Ritter, leistet Verzicht auf alle Ansprüche auf dieselben Güter. Die Aebtissinn siegelt seine Erklärung.

Kloster Zürich. 1. September 1260. [1])

Omnibus presentium inspectoribus. Burchardus Miles dictus de Hottingen. notitiam subscriptorum. Cum ego vineam in Riespach. quam olim coluit quidam nomine Jungmeister. cum omnibus suis pertinenciis. videlicet agris. pratis. pascuis. nemoribus et quibusdam aliis bonis ibidem trans ripam usque ad stratam et declivum totum cum arboribus ibidem prope fontem sitis. ad me pro una. et Ulricum et Margaretam prolem fratris mei bone memorie Arnoldi pro parte altera spectantibus. meo et ipsorum nomine Priorisse et Conventui dominarum de Oetinbach. olim pro quadraginta duabus marcis puri argenti. et XX solidis monete Thuricensis, quas ad usus nostros communes recepi a Sororibus antedictis, vendiderim sub certa forma. et ad petitionem predictarum. domino Conrado

de Wolrow militi et Johanni de Basilea civibus Thuricensibus. tam ego quam dicti Ulricus et Margareta. eadem bona. nomine Sororum earundem. contulerimus. pleno jure. sicut per litteras super hoc conscriptas patet evidenter. postmodum dictis Sororibus cum prefati Uolricus et Margareta ad discretionis annos pervenerunt. postulantibus. ut secundum continenciam instrumenti sibi per me traditi. facerem. ordinarem et complerem de prefatis possessionibus quod promisi. Ego recognoscens ad omnia me ipsis Sororibus obligatum. quod ad perfectionem dicte donationis expedire ac necessarium videretur. assumtis michi dictis Uolrico et Margarete. qui secundum antiquam loci consuetudinem approbatam discretionis annos attigerant. una cum illis prenotatas. possessiones. in manus domine Willeburgis de Hagenbuoch Sanctimonalis Monasterii Thuricensis. venerabilis domine Mechthildis Abbatisse loci predicti in hac parte tunc vices gerentis. resignavimus pleno jure. eo tamen pacto. ut per eam bona predicta. modo debito ut consuevit fieri. in ipsarum Sororum dominium pro annuo censu jure hereditario transferrentur. Pro me igitur et omnibus meis successoribus. renuncio tenore presencium libere et expresse omni juri et actioni sive exceptioni. que de predictis possessionibus repetendis nobis possent competere in futurum. Testes qui interfuerunt sunt. Heinricus prepositus [2]). Heinricus plebanus Sancti Petri. Ruodolfus plebanus de Rumelang. Ruedegerus de Chlotun. Johannes dictus Schaflin. canonici Thuricenses. Heinricus Scolaris de Mennidorf. Jacobus Molendinarius. Conradus Welle. Burchardus Bruehunt. Heinricus de Chlotun. milites. Heinricus Bruno. Eberhardus et Ruedegerus de Chlotun. Heinricus Churwesi et Ulricus Zigerli. laici cives Thuricenses. et alii quamplures. Ad majorem autem firmitatem omnium predictorum presens confero dictis Sororibus instrumentum venerabilis domine Mechthildis Thuricensis Monasterii Abbatisse et mei sigillorum munimine confirmatum. Actum anno dominice incarnationis MCCLX. Kal. Septembr. Indictione III. in Monasterio Thuricensi. Nos Mechthildis Dei gratia Thuricensis Monasterii Abbatissa ad instanciam Burchardi militis de Hottingen nostrum sigillum apposuimus hoc scripto.

[1]) Zu diesem Briefe vergl. B. 169. [2]) Heinrich Maness, im Jahr 1259 Nachfolger seines Bruders Otto (B. 159) in der Würde eines Probstes des Chorherrenstiftes Zürich, dessen Statuten er am 12. December 1259 erneuert hat. Er starb am 1. April 1271.

Staatsarchiv Zürich. (*Das beiden Siegel hängt.*)

171.

Ulrich von Hottingen und seine Schwester Margaretha verzichten auf alle Ansprüche auf die vorbenannten, an das Kloster Oetenbach übergegangenen Reben. Aebtissinn Mechthild und Herr Burchard von Hottingen, Oheim der beiden Geschwister, siegeln diesen Verzicht.

Zürich. 1. September 1260. [1])

In nomine patris et filii et Spiritus Sancti. Amen. Nos videlicet Ego Uolricus dictus de Hottingen. et ego Margareta Soror ejusdem. notum facimus presencium inspectoribus universis. quod nos venditionem seu donationem. olim a patruo nostro domino Burchardo. Priorisse et Conventui de

Oetinbach de vinea in Riesbach. quam coluit quidam Jungmeister nomine. cum omnibus suis attinentiis. videlicet agris. pratis. pascuis et nemoribus. necnon bonis ibidem trans ripam usque ad stratam et declivum ibidem cum arboribus prope fontem sitis. suo nomine et nostro. et ad utilitatem nostram simul et suam. nobis infra annos existentibus factam. nunc nobis ad annos puberes et discretionem pervenientibus. ratam et gratam habentes. predictas possessiones ad nos pro parte media pertinentes. secundum jus et juxta consuetudinem loci hactenus approbatam voluntarie et non coacti in manus domine Willeburgis de Hagenbuoch Sanctimonialis Monasterii Thuricensis. venerabilis domine Mechthildis Abbatisse loci predicti in hac parte tunc vices gerentis. resignavimus pleno jure. eo tamen pacto. ut per eam bona predicta. modo debito ut consuevit fieri. in ipsarum Sororum domi nium. pro annuo censu. jure hereditario transferentur. Renunciamus igitur libere et expresse. tenore presencium. omni juri et actioni et exceptioni. que nobis competere possent. de predictis possessionibus repetendis. videlicet quod summa pecunie quadraginta due marce puri argenti et XX solidi. quam recepimus pro bonis memoratis. ad usus nostros conversa non fuerint. et beneficio restitutionis in integrum. tamquam in minoribus annis fuerimus constituti. seu aliis exceptionibus quibuscunque. Ad majorem autem firmitatem omnium predictorum. presens damus dictis Sororibus instrumentum. sigillis venerabilis predicte domine abbatisse et patrui nostri predicti. cum non utamur proprio. confirmatum. Testes qui interfuerunt. sunt. Heinricus prepositus. Heinricus plebanus Sancti Petri. Ruodolfus plebanus de Rumelang. Ruedegerus de Chlotun. Johannes dictus Schaflin. canonici Thuricenses. Heinricus Scolaris de Mennidorf. Jacobus Molendinarius. Conradus Wello. Burchardus Bruohunt. Heinricus de Chlotun. milites. Heinricus Bruno. Eberhardus et Roedegerus de Chlotun. Heinricus Churwesi. et Ulricus Zigerli. laici cives Thuricenses. et alii quamplures. Acta sunt hec in monasterio Thuricensi. Anno dominice incarnationis. MCCLX. Kal. Septembr. Indictione III. Nos Machthildis Dei gratia Thuricensis Abbatissa et ego Burchardus dictus de Hottingen. miles. ad petitionem predictorum Uolrici et Margarete de Hottingen. nostra sigilla presencia apposuimus huic scripto.

[1]) Vergl. 169. 170.

Staatsarchiv Zürich. (*Die beiden Siegel hängen.*)

172.

Magister Rudolf Schwarzo, Chorherr in Zürich und Leutpriester zu Rümlang, als Kirchherr von St. Stephan, hat mit Genehmigung der Aebtissinnen, Judenta und Mechthild, und des Conventes der Abtei, zehn Juchart Land in Boncisbuel an Wernher Brosima, zu Erbe verliehen. Bischof Eberhard von Konstanz erneuert und bestätigt diese Verleihung

Jahr 1261—1263. [1])

E. [2]) Dei gratia Constantiensis Episcopus. universis presentem paginam inspecturis in perpetuum. Ea que geruntur ne cuiusquam valeant tergiversari calumpnia. et ut firma et illibata permaneant.

scripture testimonio perhennantur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum. quod dilectus in Christo Magister Ruodolfus Canonicus Turicensis. et Plebanus in Rümelanch. dictus Swarzo. accedente consensu Mechthildis nunc divina permissione Abbatisse Turicensis. suique Conventus. Ordinis Sancti Benedicti. nostre dioceseos. quoddam predium seu agros prediales. minus cultos et minus utiles. Ecclesie Sancti Stephani. extra muros Turegi. sitos in Bonzisbuel estimatos ad decem iugera continua. et se invicem tangentia. honorabili viro. Wernhero dicto Brosema, civi Turicensi. et suis heredibus. auctoritate. consilio et consensu. Reverende in Christo Judente quondam Abbatisse Turicensis. et Mechthildis nunc Abbatisse et Conventus. cujus dicta M. tunc pars fuit. publice, libere, et expresse in emphiteosim concessit sub hac forma. Ut idem Wernherus et sui heredes. predicto. R. Rectori Ecclesie Sancti Stephani. et suis successoribus. non solum dare debeant de predictis agris seu predio decimam annuatim. verum etiam duos modios tritici. mensure Turicensis, singulis annis, in festo Sancti Galli, persolvat nomine pensionis. Et si aliquo casu debita pensio soluta non fuerit, termino antedicto. taliter ordinatum est de consensu partium ad cautelam, seu solvendi canonis cautionem. ut a termino solutionis neglecto. monitione premissa. semper ad quoslibet octo dies, ipsi sorti seu legitime pensioni. usque ad plenam ejusdem solutionem. tres solidi monete Turicensis, nomine pene accedent et accrescent. Que pena eo magis licite solvitur et honeste. quia de consensu partium imposita solvitur Rectori Ecclesie sancti Stephani, ad quam proprietas bonorum predictorum dinoscitur pertinere. Preterea, quamcunque mutationem Rectoris predicte ecclesie sancti Stephani, seu prefati Wernheri, vel alicujus heredum ejusdem in predictis bonis cadendo vel decedendo contigerit evenire. quicumque predictorum bonorum possessor et heres pro tempore fuerit, aliqua de mutationibus contingente. idem in signum seu declarationem proprietatis et juris. quod sepedicta Ecclesia Sancti Stephani habet in bonis antedictis, solvere debet novo Rectori ipsius Ecclesie Sancti Stephani, unum ciphum vini optimi. quod in Turego venale tum temporis poterit inveniri. Idem etiam Rector nichil aliud, occasione hujusmodi concessionis, exigere debet vel recipere. sed sine omni dilatione et difficultate debet concedere. secundum tenorem antedictum. Et hec acta sunt in pomerio Abbatisse prenotate in Turego. Anno Domini M.CC.LIII. festo Margarethae virginis et martiris. Indictione undecima. presentibus H. plebano S. Petri, R. Martio, O. Manezzen. Canonicis Turicensibus, fratre Wernhero de Wettingen. H. et. M. fratribus, Militibus de Lunchuft. H. Schuhardo. R. Manezzen, laico. C. Ministro Abbatisse. C. Phisterlin. et pluribus aliis. Nos igitur premissam concessionem, seu concessionis ordinationem. quam de consensu dictarum Abbatissarum et Conventus. et R. plebani sepefati, scimus et recognoscimus factam, in utilitatem Ecclesie Sancti Stephani prenotate, nomine nostro et nobis succedentium ratam habemus et pregratam. Et ad petitionem tam ipsius R. plebani quam ipsius. W. innovamus et presentibus confirmamus. in testimonium premissorum, sepedicto R. Plebano et Wer. prefato. ac eorundem heredibus seu successoribus presentem literam conferentes. sigillis, nostro videlicet. et... nunc Abbatisse, quo et Conventus utitur et Magistri. H. Sancti Petri et predicti R. in Rümelanch, Plebanorum et Consulum Turicensium. quorum nomina hec sunt. Heinricus de Curia. Heinricus dictus Martius. Ruodolfus de Clarona. Rüdigerus de Mekingen. Reinhardus de Klotun. Milites. Johannes filius quondam Domini Jacobi. Ru. Willo. Ru. de Münsterhove. Wernherus. filius Marchewardi. Waltherus Meisa. Heinricus dictus Sender. Johannes dictus Pistor. patenter communitas. Dat.

[1]) Zu diesem Briefe vergl. B. 143. Das Datum fehlt; aber die Namen der am Schlusse erwähnten Zürcherischen Räthe zeigen, dass die Urkunde in den Zeitraum vom 6. Januar bis 3. Mai eines der drei Jahre 1261—1263 fallen muss. Es ist die erste Rathsrotte (Fastenrath), die hier aufgezählt ist, und Verzeichnisse von 1260 und 1264 weisen auf eines der zwischenliegenden Jahre hin. [2]) Eberhard von Waldburg. B. 115.

Staatsarchiv Zürich. (*Die fünf genannten Siegel hängen*). — *Abschrift*: *Sch. C. D. nr.* 518 *a.*

173.

Aebtissinn Mechthild überträgt ein ihr von Ritter Burchart Bruehunt aufgegebenes Grundstück am Oetenbach dem Kloster daselbst zu Eigen.

Kloster Zürich. 5. Februar 1261.

Maechthildis [1]) Dei gratia Abbatissa Monasterii Turicensis, universis Christi fidelibus presentium inspectoribus, noticiam subscriptorum. Solent gesta hominum litteris commendari, ut processu temporis si de ipsis questio mota fuerit, litibus caveatur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod nos aream in Oetimbach [2]) in qua Priorissa et Conventus Sororum eiusdem loci, officinas suas et ecclesiam construxerunt, cum cymiterio, curia, pratis, et hortis, eis contiguis, a domino Burchardo dicto Bruoehunt, Milite Cive Thuricensi, pro. XIIII. marcis puri argenti legaliter ipsis Sororibus venditam, et in manus nostras ea conditione, ut ipsam predictis Sororibus iure proprietario, traderemus, ab eodem Milite libere nobis resignatam, cum omni iure proprietatis et solempnitate adhibita que necesse fuerat prudentum consilio mediante, tradidimus, et donavimus. Renunciantes pro nobis, et successoribus nostris, et nomine Monasterii nostri, omni iuri nobis competenti in area prenotata. In testimonium et evidentiam huius rei presens scriptum nostri Sigilli munimine roboratam tradimus Priorisse et Conventui memorato. Testes huius rei sunt Fratres ordinis Predicatorum Turicens., Otto Manezzo [3]) et Heinricus de Galgennen [4]), Walhterus plebanus, et Uolricus Conversus Sororum earundem. Acta sunt hec in domo domine Abbatisse Thuricensis, Anno domini MCCL.XI. in fosto Sancte Agathe. Indict. IIII.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Vergl. B. 86. 102. 174. [3]) Vergl. B. 159. [4]) Galgenen, Kts. Schwiz.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

174.

Herr Burchard Bruehunt, Ritter, urkundet dem Kloster Oetenbach, dass er ein früher diesem unmittelbar verkauftes Grundstück am Oetenbach nachträglich behufs mehrerer Gültigkeit der Aebtissinn in Zürich unter der Bedingung der Ueberlassung an jenes Kloster aufgetragen habe.

Kloster Zürich. 5. Februar 1261.[1])

Omnibus Christi fidelibus presentem litteram inspecturis, Burchardus miles dictus Bruoehunt Civis Thuricensis. notitiam subscriptorum. Memoria hominum labilis, vita brevis, malicia temporis ammonent gesta modernorum scriptis publicis comendari. Noverint igitur tam presentis etatis homines quam future, quod cum ego olim predium meum sive aream sitam apud ripam dictam Otimbach in qua Priorissa et Conventus Sororum in Oetembach suam ecclesiam et suas officinas cum cymiterio, hortis, pratis, et curia ipsis ecclesie et officinis, contiguis, construxerunt, in longitudine a littore laci usque ad vineam que dicitur friburger, in latitudine vero de ripa predicta usque ad agrum ab eisdem quondam a preposito et Capitulo Thuricensi comparatum, protendentibus, pro XIIII. marcis puri argenti quas recepi, prefatis Sororibus iusto venditionis titulo iure proprietario tradidissem, ipsis Sororibus postmodum petentibus, quod cum dicta donatio tunc minus sufficiens extitisset, utpote de ipso predio in manus venerabilis domine Thuricensis Abbatisse nulla resignatione sicut in hiis fieri consuevit, primitus a me facta, et ipsis Sororibus postmodum a predicta domina Abbatissa libere et legitime tradito et collato, ego predictarum Sororum in hiis piis et iustis precibus acquiescens, predictum predium in Oetimbach sicut superius est notatum, in manus venerabilis in Christo domine Maechthildis dicti Thuricensis Monasterii Abbatisse resignavi libere et expresse, cum omni iure et libertate, qua ego et mei progenitores illud multis temporibus dinoscimur possedisse, ea tamen conditione, ut ipsa domina Abbatissa predicta bona prefatis Sororibus assignaret, traderet, et donaret. In huius rei testimonium et evidenciam pleniorem, presens instrumentum ad preces meas conscriptum, meo et prioris fratrum de ordine predicatorum domus Thuricensis sigillis patenter communitum tradidi Sororibus memoratis. Testes huius rei sunt Fratres predicti ordinis et Conventus, Otto Manezzo, et Heinricus de Galgennen, Waltherus plebanus sororum earundem, et Uolricus conversus earum. Acta sunt hec in domo sepedicte domine Abbatisse. Anno domini M.CC.L.XI. in festo S. Agathe. Indict. IIII.

[1]) Vergl. B. 173.

Staatsarchiv Zürich. (*Die beiden genannten Siegel hängen.*)

175.

Heinrich, Leutpriester zu St. Peter und Chorherr der Abtei, als von Bischof Eberhard von Konstanz delegirter Richter, erkennt der Aebtissinn Mechthild und dem Convent gewisse ihnen von Herrn Burchard von Hottingen streitig gemachte Güter in Seebach zu.

Kloster Zürich. 8. Mai 1261. [1])

Universis presentium inspectoribus. H. Plebanus Sancti Petri. et Canonicus Turicensis. Judex a venerabili domino. E. [2]) Dei gratia Constantiensi Episcopo de consensu partium delegatus. orationes in domino et notitiam subscriptorum. In causa que vertitur inter reverendam in Christo Mechthildim [3]) Abbatissam et Conventum Monasterii Turicensis ex una et Burchardum militem et.. eius fratruelem. dictos de Hottingen. ex parte altera super quibusdam bonis sitis in Sebach. et ad eandem curtem pertinentibus. sive dicantur Binz sive in rekholz [4]). sive ad ripam. quocumque nomine censeantur. dicte partes, coram me. idoneo loco. videlicet in Monasterio Turicensi. certo die. ad hoc prefixo. comparaverunt. Et in me iterato dictus miles. non obstante quod Canonicus sum in eadem Ecclesia. cum qua litigabat. de certa scientia iudicem consensit. viva voce. Lite etiam legitime coram me contestata. et omnibus rite peractis. ordine iuris servato. petiit nomine suo et fratruelis sui. ut apertis et inspectis attestationibus. coram discreto viro. magistro. C. [5]) Cantore et Canonico Turicensi. iam dudum ab eisdem partibus in arbitrum electo. receptis et conscriptis. fideliterque suo sigillo inclusis. secundum dicta que in eis continentur. sententiam proferrem diffinitivam. Habito igitur prudentium virorum consilio. lectis et consideratis dictis. et universis circumstantiis. quoniam constitit mihi per easdem attestationes plene et sufficienter Abbatisse et sui Conventus intentionem probatam de bonis supradictis. per diffinitivam sententiam adiudico ea memorate Abbatisse et suo conventui libere et absolute. Dicto militi et suo fratrueli. sive sue parti perpetuum silentium super eisdem imponendo. solo sibi iure advocatie observato. De quo amplius nichil percipere debet nisi duo quartalia tritici. mensure Turicensis. Et si forte contra hoc ex aliqua industria. vel etiam ex ignorantia. per se vel per suos nuntios minus maiusve extorserit. vel amplius quicquam sibi nomine servitii usurpaverit. postquam a dicta domina vel a suo Conventu monitus fuerit. infra mensem unum hoc debet emendare et restituere integraliter. Et si hoc emendare et restituere neglexerit. tunc pro pena dimidiam marcam debet persolvere domine memorate et nichilominus rem restituere usurpatam. Acta sunt hec in Monasterio prenotato videlicet abbatie Turicensis. presentibus hiis. Magistis C. Cantore. R. plebano in Rümelang. H. plebano Monasterii abbatie. Magistro Uolrico. dicto Wolfleibscho. H. dicto Manezzo. Canonicis Turicen. Jacobo Molendinario. H. de Schonenwert. Militibus. Johanne filio iam dicti H. Ottone de Porta. Ber. dicto Schuhart. et aliis fide dignis. Anno domini M.CCLX primo. VIII. Idus Maii. Indictione quarta.

[1]) Vergl. zu diesem Briefe. B. 132. [2]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [3]) Mechthild von Wunnenberg. [4]) Seebach, Binz, Rekenholz. Vergl. B. 56. [5]) Konrad von Mure.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt.*) — *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 390. *Sch. C. D. nr.* 561*t*

176.

Abt Heinrich und Convent von Wettingen versprechen dem Ulrich Trembilli, seiner Gattinn Judenta und seinen Enkeln, Söhnen des Hugo Maness von Zürich, ein Leibding als Gegenleistung für den durch die Hand der Aebtissinn von Zürich an Wettingen übertragenen Hof zu Adlikon.

Zürich. 1. Juni 1261.[1])

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Fr. Henricus Abbas, totusque Conventus Monasterii in Wettingin. Cysterciensis ordinis Constanciensis diocesis cum affectu caritatis noticiam subscriptorum. Cum predilecti nostri, Uolricus dictus Trenbillinus, et Judenta uxor sua cives Thuricenses, curtim suam sitam in Adlinkon, inter antiquum castrum et novum Reginsperg, quam idem civis a nobilibus viris, Lutoldo, et Uolrico fratribus de Reginsperg, pro nonaginta marcis argenti ponderis Thuricensis et persolutis eisdem nobilibus, de consensu honorabilis domine Adilburgis uxoris prefati Lutoldi nobilis, cui ipsa curtis ab eodem viro suo ad possidendum pro tempore vite sue legittime fuerat assignata. publice ac legaliter emerant, sicut in instrumento super hoc confecto colligitur evidenter, pluribus etiam annis pacifice possederant et quiete. nobis et nostro monasterio pro sua et Judente uxoris sue, et suorum parentum, et prolis salute, cum omni districtu suo, seu bannis eidem curti, et in eandem curtim attinentibus, que in vulgari dicuntur Getwing, et omni iure quod idem habebant ibidem, nepotibus et heredibus suis. Hugone et Rudolfo scolaribus filiis Hugonis Manezo civis Turicensis presentibus, et auctoritate patris consentientibus, donaverint, tradiderint, perpetualiter possidendam, ipsam etiam curtim in manus honorabilis in Christo Mechthildis Abbatisse Turicensis per iam dictos cives solempnitate legalium verborum adhibita, consuetudine observata, legaliter et publice resignatam, nobis et nostro monasterio sub annuo censu, videlicet dimidia libra cere ponderis Thuricensis in festo Galli solvenda, hereditario jure nobis obtinuerint concedi a predicta domina Abbatissa, hanc apponentes conditionem, quod eadem curtis ab ecclesia nostra non debeat alienari. Iidem etiam cives instrumentum super contractu venditionis, et sigillis honorabilium in Christo. Mechtildis. Abbatisse. sed tunc temporis electe. Wer. prepositi, Capituli, Consulum Thuricensium, sepedicti nobilis Lutoldi pro se ac fratre suo conceptum, conscriptum, confectum, ad pleniorem ipsius donationis, traditionis, declarationem tradiderint assignarint. Nos circa nostros et nostri monasterii benefactores ingrati nolentes haberi, in nostras animas et ordinem. bona fide, sine omni dolo et fraude promittimus, personas nostras, ac nostros successores, ac nostrum monasterium presentibus firmiter obligando, quod nos et nostri successores prenominatis civi. et uxori. vel alteri eorum dum vixerit inter festum Michaelis et Sancti Galli intra muros Thuregi, et in domo sua quam idem civis et uxor sua nobis ad hoc nominaverit, XX modios tritici mensure Thuricensis, et in festo Andree duos porcos. XX. sol. valentes eiusdem monete sine difficultate qualibet solvemus annuatim. Preterea eisdem cive et uxore cedentibus, vel decedentibus, nos predicto Hugoni scolari pro tempore vite sue predictam premisso modo solvemus annis singulis pensionem. Eodem vero Hugone cedente, vel decedente, alter videlicet. Ruodolfus frater suus sibi succedet in eadem pensione, anbo-

bus autem fratribus ad religionem transeuntibus, vel etiam cedentibus. vel decedentibus, nos et notrum monasterium ab huiusmodi pensione erimus penitus absoluti. Contradictione ipsorum fratrum. vel alterius qui vixerit, et jus in pensionem habuerit, et heredum eorundem non obstante aliqua ratione. Nomina autem presentium huic donationi, ordinationi, sunt hec. Fr. Otto dictus Manezo. Fr. C. de Esselingin ordinis Predicatorum. Fr. Wescho, et quidam Fr. Herm. dictus Episcopus ordinis Minorum. Rudegerus dictus Martius Thesaurarius, M. Chuonr. Cantor. Hu. Trenbilli canonici Thuricenses, Henr. Trenbilli subdiaconus. Henr. Miles dictus de Curia, Hu. Manezo et filii sui, Hu. et Rudgerus [2]). Henr. dictus Churwese, Jac. Trenbillius, cives Thuricenses. Ad maiorem etiam premissorum observationem, evidentiam pleniorem, evidentiorem firmitatem, presens instrumentum conscriptum sepedictis civi, et uxori et nepotibus tradimus sigillis honorabilium in Christo, Mechtildis. Abbatisse, Capituli prepositure, Consulum Thuricensium, et mei videlicet Abbatis, quo et nos Conventus utimur patenter communitum. Acta sunt hec in domo predicti civis Anno domini M.CC.LXI. Kalend. Junii, Ind. quarta.

Nos vero Mechtildis Abbatissa, Capitulum prepositure, Consules Thuricenses quorum hec sunt nomina. Ja. Molendinarius. Chuonradus Wello, Uol. de Klotun, Bur. de Hottingin, Ruod. scultetus dictus de Lunkofth. milites. Hu. Burdiner, Ja. Tuto, Wer. Brosime, Uol. Friburger, Henr. Kiener, Henr. Churwesi, Uol. Truober. Cives. ad petionem partium publice recognoscentium et asserentium premissa omnia esse vera presens instrumentum in testimonium veritatis sigillis nostrum fecimus patenter communiri. Actum Anno Domini Kalendis et Indictione prenotatis.

[1]) Zu diesem Briefe vergl. die darin angerufene Urkunde B. 141 und B. 149. [2]) Soll wohl heissen: Rudolfus.

Archiv Wettingen. (*Das Siegel der Aebtissinn fehlt; die drei andern genannten hängen.*)

177.

Probst Heinrich und Magister Konrad, der Cantor, in Zürich entscheiden mit Vollmacht des Bischofs von Konstanz einen Rechtsstreit zwischen der Abtei und Rudolf, dem Leutpriester zu Rümlang, betreffend Zehnten zu Seebach, Rekenholz, Binz etc.

Zürich (Wasserkirche). 20. Juni 1261.

In nomine domini Amen. Anno domini M.CCLX.I. Vigilia Albani martyris. Indictione quarta. Nos, videlicet ego Heinricus prepositus [1]). et ego magister Chunradus Cantor [2]) Turicens. in causa que vertitur inter reverendam in Christo Mechthildim [3]) Abbatissam et Conventum monasterii Turicensis. ex una. et Rudolfum plebanum de Rumelank concanonicum nostrum super decimis maioribus et minoribus in Sebach. Rekenholz et in Binz [4]). ex parte altera. habentes de consensu partium auctoritatem a domino Constantiensi Episcopo ipsam causam secundum iusticiam vel amiciciam decidendi. Habentes etiam liberum et expressum consensum nobilis viri Rudolfi Comitis de Raprechswile [5]) ad

quem jus patronatus ecclesie in Rümelank dinoscitur pertinere. consideratis singulis circumstanciis, inspectis iuribus, immo dubietatibus iurium, rationibus, opinionibus, assertionibus communis fame, habito etiam proborum virorum consilio pro bono pacis concordie parcium. Auctoritate qua fungimur sentenciando decernimus, et decernendo sentenciamus, predictum Rudolphum plebanum et suos successores nomine ecclesie in Rümelank de prenotatis decimis debet percipere annuatim omnes decimas bonorum in Rekenholz. Lugehusen [6]). et in Binz. et eorum attinentiis, excepto in eodem Binz prato, quod dicitur Winkelwisa. que etiam decime sic expresse secundum examinationem, considerationem, estimationem, distinctionem, bonorum virorum ad hoc de communi consensu partium legaliter electorum, ad annuam valentiam decem frustorum mensure Turicensis sunt communiter et finaliter estimata. in quibus et de quibus decimis predictorum locorum iidem plebanus et sui successores nullo habito respectu ad predictas Abbatissam et Conventum plenam et liberam habeant potestatem ordinandi quicquid sibi viderint expedire. Predicti autem Abbatissa et suus Conventus, et plebanus suique successores ecclesie in Rümelank inter se communiter et equaliter sine dolo dividant decimas bonorum. que Burchardus miles dictus de Hottingen [7]) quondam habuit in Binz. sed nunc predicta Abbatissa et suus Conventus dinoscitur habere. Adicimus etiam diffinitive sententiando. quod iidem plebanus et sui successores in prenotatis bonis. Sebach. et communis predii in Binz. et omnium aliorum bonorum superius expressorum, et eorundem bonorum cultoribus personales seu minutas decimas que vulgariter dicuntur inrunt Ethers percipere debent cum omni iure pleniter et eodem. quod plebanus in Rümelank in bonis Rümelank pertinentibus ad monasterium Turicense in prenotatis decimis personalibus, et iuribus iam habet et hactenus dinoscitur habuisse. Domina vero Abbatissa et eius Conventus de omnibus aliis decimis in Sebach. et aliis locis, quas bone memorie Heinricus de Chlotun Thesaurarius ecclesie Turicensis quondam a predicta Abbatissa sibi concessas, possedit, sepedictis Rudolfo plebano in Rümelank et suis successoribus irrequisitis faciant et ordinent, sicut de hiis rebus que ad eas pleno iure dinoscuntur pertinere. Utrique etiam parti super iure alteri partium in sepefatis decimis sententialiter per nos assignato, perpetuum silentium auctoritate imponimus antedicta. Preterea partem, que nostre sententie in hac parte duxerit contraire. auctoritate memorata excommunicationis sententie, quam exnunc in ipsam ferimus presentibus innodamus. Ad hec, in rei evidentiam et certitudinem pleniorem duo paria conscribi et utrique parti unum assignari fecimus auctenticis sigillis videlicet venerabilis in Christo. Eberhardi [8]). Dei gratia Constantiensis Episcopi. Reverende etiam in Christo. Mechthildis Abbatisse Thuricensis. Nostro etiam scilicet Heinrici prepositi et magistri Chunradi Cantoris. Judicum ordinatorum, seu diffinitorum. Nobiles etiam viri Rudolfi Comitis de Rapreswile et Rudolfi plebani de Rümelank. canonice roborata. Acta sunt hec in Capella Wazerkilchun. hora inter terciam et sextam. Die. Anno et Indictione prenotatis. Testes autem qui presentes erant sunt hii. Heinricus de sancto Petro. Heinricus de Buchs. et Burchardus de Altdorf. plebani. Ulricus dictus Wolfleibscha. Hugo dictus Bokeli. Johannes de Nüheim [9]) magistri. Rudolfus vicarius in Rümelank. Johannes Manezzo plebanus in Swenlingen. [10]) Jacobus miles dictus Molendinarius. Heinricus Wesi. Chunradus et Chunradus. Cellerarii in Swamendingen [11]) et in Sebach. Chunradus de Porta. Johannes dictus Blumo et alii quamplures.

[1]) Heinrich Maness. B. 170. [2]) Konrad von Mure. [3]) Mechthild von Wunnenberg. [4]) und [5]) Vergl. zu diesem Briefe B. 53. 54 und besonders 56. Es ist Graf Rudolf I. von Raprechtswil (B. 140). [6]) B. 132. 175.

[7]) B. 132. 175. [8]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [9]) Nüheim, Kts. Zug. [10]) Swenningen, bei Villingen, Grhm. Baden. B. 88. [11]) Schwamendingen bei Zürich.

Stadtarchiv Zürich. (*Die sechs Siegel hängen in der angegebenen Ordnung.*) — *Abgedruckt: N. C. Dr. nr.* 981. — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 382.

178.

Schiedspruch des Rathes Zürich zwischen der Abtei und Otto de Porta, Bürger in Zürich, betreffend ein Wegrecht durch die Reben an der Gebreite.

Gebreite bei Zürich[1]). 8. Juli 1261.

Universis ac singulis presentem paginam inspecturis. Nos videlicet Jacobus molendinarius. Rudolfus de Lunkunft Scultetus. Burch. de Hottingen. Chunr. wello. Ulr. de Klotun. milites. Jacobus dictus Tiuto, Wernher Brosima. Ul. dictus Vriburger. Heinr. dictus Wesi. Hugo Burdiner. Heinricus dictus de Kyen. Ulr. dictus Trüber. pro tempore civitatis Turicensis consules. noticiam subscriptorum. Cum omnium habere memoriam pocius sit diuinitatis quam humanitatis. expedit ut ea que publice ac bona fide aguntur ne cuiusquam ualeant tergiuersari calumpnia scriptorum testimonio roborentur. Nouerint igitur tam posteri quam presentes. quod lite mota inter Reuerendam in Christo Abbatissam[2]) et conuentum monasterii Turicensis ex una et Ottonem dictum de Porta[3]) ciuem Turicensem ex parte altera. super eo quod idem Otto ius eundi per vineam predictarum Abbatisse et conuentus, sitam in loco qui dicitur an der Gerbreyton, predicti Ot. vinee vicinam seu contiguam, asserit se habere. Nos arbitri a partibus assumpti inquisita diligentius ueritate. presentibus partibus et sub penis in forma compromissi appositis expresse consentientibus, sic duximus arbitandum seu arbitrando pronunciamus. ut idem Otto iure eundi per vineam antedictam, quo hactenus indebite usus est, de rigore iuris amplius non utatur. cum hoc sibi competere non ostenderit aliquibus legitimis documentis, eidem super hoc perpetuum silentium imponentes. verum quia predicto Otto per huiusmodi rigorem dampnum intollerabile generatur. pro bono pacis et concordie. de consensu partium sic duximus statuendum. ut quacunque via predicte Abbatissa et conuentus. seu ipsorum homines utantur per vineam antedictam. eadem via Otto antedictus non cum curru. biga seu equo. sed simpliciter cum hominibus sportas seu canistra ad colligendum uvas, seu ad alios usus sue vinee necessarios portantibus, de gratia tantum utatur. nullam sibi specialem viam per eandem vineam assignantes. sed solum illam qua et ipsa Abbatissa et conuentus seu sui homines utuntur. sicut superius est expressum. Per hanc autem sententiam aliis aliquod commodum seu preiudicium nolumus generari. cum res inter alios acta aliis prodesse non debeat nec obesse. Acta sunt hec in vinea antedicta. presentibus hiis qui interfuerunt H. plebano scti Petri. magistro Ul. dicto Wolfleips. Bur. plebano de Altorf. Magistro Johane de Nuhein[4]). hugone dicto Milkelin. heinr. dicto Shuhart. Walthero de Hagenbuch at aliis quam pluribus. Anno dom. MCCLXI. VIII Idus Julii. Indictione quarta.

1) Der Schluss der Urkunde zeigt, dass die Reben „an der Gebreite“ sich in der Nähe von Zürich befanden. 2) Mechthild von Wunnenberg. 3) Ueber das Zürcherische Geschlecht de Porta („am Thore“) vergl. *V. A. Z. S.* 89. *Anm.* 254. 4) Nüheim, Kts. Zug (?).

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Rathes hängt.*) — *Abschriften: Haer. fol. XVII. a. Doc. Abb. I.* 378. *Sch. C. D. nr.* 559.

179.

Schiedspruch des Leutpriesters Heinrich bei St. Peter zwischen dem Kloster Oetenbach und Magister Ulrich Wolfleipsch betreffend Zehnten von Neugrüt am Albis auf Eigen der Abtei Zürich.

Probstei Zürich. 28. November 1261.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Heinricus Plebanus Sancti Petri. Canonicus Ecclesie Tnricensis, in causa que vertitur inter devotos in Christo. Priorissam et Conventum sororum de Oetinbach ordinis Sancti Augustini ex una et Magistrum Uolricum dictum Wolfleibesh. dicte Ecclesie Canonicum, ex parte altera, super quibusdam decimis novalium sitis prope montem Albis. quas eedem sorores sibi vendicant cuiusdam papalis indulgentie ratione, predicto magistro Uolrico contendente, predictas decimas ad prebendam quam in monasterio Abbacie Turicensis possidet pertinere, ab ipsis partibus arbiter electus, ad conponendum secundam iustitiam et amicabiliter inter ipsos. de ratihabitione pena. X. marcarum argenti hincinde vallato firmiter conpromisso, visa predicta papali indulgentia. auditis etiam super hoc et examinatis testibus diligenter, auctoritate arbitraria. prefatas decimas adiudico Sororibus antedictis, magistro Uolrico memorato ac suis successoribus. quamdiu ipse Sorores predictarum bona possident decimarum, in eisdem silentium imponendo. Pronuncio nichilominus quantum ad conpositionem amicabilem, arbitrando. ut sorores prenotate, ipsi magistro Uolrico. pro tempore vite sue tantundem, quantum percipiunt de decimis prelibatis, et ex eisdem fructibus in specie, tribuant annuatim. Ad maiorem istorum omnium firmitatem, presens scriptum confero partibus mei sigilli munimine consignitum. Testes qui hiis aderant, sunt. Reverendi in Christo. Heinricus Prepositus 1). Magister Cunradus Cantor 2). Ruodolfus de Rumelang. Hugo Trembillinus. Canon. Turicen. Otto Manez. Lütoldus de Regensperg 3), fratres predicatorum ordinis de Turego. Acta sunt hec in capitulo Ecclesie Turicensis Anno ab incarnatione domini. M.CC.LX Primo. IIII Kal. Decembr. Indict. quinta.

1) Heinrich Manesse. B. 170. 2) Konrad von Mure. 3) Lütold, ein Freier von Regensberg, der ins Predigerkloster Zürich trat, und um 1276 den schönen Codex der Chroniken Otto's von Freisingen und Otto's von St. Blasien aus Italien heimbrachte, der gegenwärtig eine Zierde der Zürcherischen Kantonal-Bibliothek bildet. Vergl. *Schinz. Schw. Mus.* 1790. *S.* 805.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt.*)

180.

Herr Heinrich der Meier von Cham, Ritter, erklärt, dass er die Zehnten in Chamau, sein Lehen von der Abtei Zürich, dem Kloster Frauenthal verkauft, den Preis empfangen, und sich und seine Erben zur Nachwährschaft verpflichtet habe.

Kloster Zürich. 3, Januar 1262. [1])

Universis Christi fidelibus presentibus presentium inspectoribus. H. Miles dictus villicus de Kamo. Anna uxor ipsius. Margareta filia eorundem affectum caritatis. Noverint quos nosse fuerit oportunum. quod nos decimas seu fructus et usufructus et ius decimarum in parochia Chamo [2]) sitarum. videlicet in der houba. Marlachun. Mattun. an der Rusa. Blindengiezin. Eberswach. Uf den egerdon· quas a progenitoribus iure feodali a monasterio thuricensis abbacie ad nos transmissas seu iure hereditario devolutas. usque ad presens pacifice possedimus et quiete. de auctoritate et consensu. venerabilis in Christo Mechthildis [3]) Abbatisse et conventus Monasterii thuricensis. ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis ad quod ipse decime dinoscuntur pertinere. Honorabili in Christo. Abbatisse et conventui Monialium vallis sancte Marie Cisterciensis ordinis predicte diocesis. pro quadraginta et una marcis argenti ponderis thuricensis. iam a nobis receptis bona fide sine omni dolo et fraude vendidimus proborum consilio mediante. Eisdem etiam monialibus et earum monasterio nos et nostros heredes presentibus firmiter obligamus. ad prestandum ubicunque necesse fuerit warandiam super hoc. quod nos prenotatas decimas quas tam nostri progenitores quam nos a prefato monasterio abbacie thuricensis. iure feodali inconcusse possedimus et quiete. secundam formam premissam. bona fide sine omni dolo et fraude monialibus vendidimus antedictis. In cuius rei testimonium presens scriptum de nostro rogatu et consensu confectum et conscriptum sigillis venerabilium in Christo. predicte videlicet abbatisse. et . . prepositi Thuricensis. cum proprium non habeamus supradictis religiosis vallis sancte Marie firmiter et fideliter communimus et roboramus. Huius rei testes sunt. C. cantor de Cappella. Jacobus decanus de Kamo. Johannes capellanus. Cuonradus. Heinricus et Wernherus conversi vallis sancte Marie. Arnoldus et Uolricus. fratres de Kamo et alii fide digni. Actum et datum in capitulo nostro thuregi Anno domini M.CC.LX. Secundo. octava Beati Johannis evangeliste. Indictione V.

[1]) Zu diesem Briefe vergl. 145 bis 147. [2]) Dass diese Zehnten im Kirchspiele Cham aber zu Chamau lagen siehe B. 181. 182. [3]) Mechthild von Wunnenberg.

181.

Aebtissinn Mechthild und Convent übertragen dem Kloster Frauenthal die Zehnten in Chamau zu immerwährendem Besitz gegen einen jährlichen Zins.

Kloster Zürich. 3. Januar 1262. [1])

Mechthildis [2]) Dei gratia Abbatissa totusque conventus monasterii Thuricensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis. universis Christi fidelibus presentium inspectoribus affectum caritatis. Noverint quos nosse fuerit oportunum. quod nos decimas monasterii sitas in Kamowo. videlicet in der huobe. Marlachun. Mathon An der Ruse. Blindengiessen. Ufen den Egerdon. quas a nobis et nostro monasterio. Hein. miles villicus de Kamo et sui progenitores pluribus annis iure feodali pro annuo censu habuisse dinoscuntur. ad petitionem ipsius militis et Anne uxoris sue et Margarete filie eorundem, que ad hoc consenserunt publice, legaliter et expresse. utilitati etiam et commodo nostri monasterii prospicientes. legitimam resignationem super eisdem decimis in manus nostras factam. Venerabili in Christo . . Abbatisse et conventui monialium vallis sancte Marie, Cisterciensis ordinis, predicte diocesis, et earum monasterio cum omni integritate attinentiis quo ad nos et nostrum monasterium spectant. et a predicto Milite et suis progenitoribus usque ad presens possesse dinoscuntur. de unanimi consilio et consensu. concessimus perpetuo possidendas. pro annuo censu. videlicet V. sol. monete thuricensis usualis, in festo sanctorum Mrt. felicis et regule. nostro monasterio a predicte vallis conventu et monasterio annuatim persolvendis. contradictione qualibet non obstante. Maxime cum sepedicte vallis abbatissa et conventus beneficium nostre concessionis gratum et graciosum habentes. nomine suo et sui monasterii firmiter promiserint se prenotatum censum tempore statuto sine difficultate qualibet soluturas. Et in huius rei testimonium presentes literas monasterio sepedicte vallis conferimus sigillo nostri videlicet prefate Mecht. Abbatisse. quo et nos conventus utimur, patenter communitas. Nomina vero testium seu presentium huic concessioni sunt. H. plebanus monasterii thur. B. plebanus in Altorf. Magister Johannes in Guhen [3]). Hugo Milchli. C. Cantor. R. Swalo. et H. Vol. bistor. et C. textor conversi de Capitulo. C. conversus vallis sancte Marie. Uol. Swalo. Burchardus de Kamo. petrus sutor. et alii quamplures. Act. et dat. in Capitulo nostro thureg. Anno domini M.CC.LX. secundo, Octava beati Johannis evangeliste. Indictione V.

[1]) Vergl. B. 145–147. 180. [2]) Mechthild von Wunnenberg. [3]) Ist wohl verschrieben für: Nuheim (Nüheim, Kts. Zug.) Vergl. B. 177. 178. (*Neugart Cod. dipl. nr.* 984. *Anm. c.* erklärt: Gfenn, Kts. Zürich.)

182.

Bischof Eberhard von Konstanz bestätigt die Verleihung der Zehnten in Chamau an das Kloster Frauenthal.

Konstanz. 25. April 1262.[1])

E.[2]) Dei gratia Constantiensis episcopus. Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus. salutem et in Domino caritatem. Ut contractus bona fide celebrati rati permaneant a partibus utrobique auctoritatis nostre debent robore communiri. Presentes igitur noverint et futuri, quod cum dilecte in Christo . . abbatissa et conventus sororum Vallis sancte Marie Cisterciensis ordinis decimas in Kamowe, quas Heinricus miles de Kame villicus, Anna uxor sua et Margareta filia eorundem a monasterio Turicensi pro annuo censu videlicet unius denarii usualis monete tenebant in feodum, resignarunt, ab eodem milite recepta quadam summa pecunie comparassent, easdem decimas sub annuo censu videlicet quinque solidorum recipientes in feodum a monasterio antedicto prout in instrumentis super hoc confectis plenius dinoscitur contineri. Nos parcium predictarum videlicet, ementis, vendentis, ac abbatisse et conventus sepefati monasterii Turicensis precibus inclinati, dictam infeodationem abbatisse et conventui Vallis sancte Marie memoratis factam, ratam et gratam habemus. ipsam quatenus legitime fuerit nunc impertita confirmantes. In cuius rei testimonium presentes litteras super hoc concessimus sigilli nostri robore communitas. Datum et actum Constantie anno Domini M.CC.LXII. VII. Kal. Maii.

[1]) Bei *Neugart* ist als Tag dieses Briefes: *VII. Kal. Jan.* angegeben, was nach B. 180. 181 nicht möglich ist; wir berichtigen das Datum nach der Bemerkung im *Geschichtsfreund III.* 121.

Neug. Cod. dipl. nr. 984.

183.

Aebtissinn Mechthild überträgt als Erbe an Abt und Convent von Capell einen Weinberg in Küssnach, genannt Oerlinkon, welchen Ritter Heinrich Martius von Zürich und seine Söhne Hiltebrand und Richwin an Capell verkauft haben.

Zürich. 9. Juli 1262.

Mechthildis[1]) divina permissione abbatissa Turicensis omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in omnium salvatore. Que geruntur in tempore ne cujusquam valeant tergiversari calumpnia, et ut firma et inconvulsa permaneant, scripture testimonio perhennantur. Noverint igitur presentes et futuri, quod Heinricus dictus Martius[2]). miles, coram nobis, presentibus filiis suis, videlicet Hildebrando et Richwino, publice et expresse consentientibus. et in manus nostras resignan-

tibus, vineam suam sitam in Kussenach [3]) prope viam que vulgo Heerstrasse dicitur, dictam Oerlinkon. quam hactenus jure proprietatis possidebat, vendidit Reverendis in Christo Abbati et conventui et Capella Cistert. ordinis Constant. dyoecesis, omni sollempnitate adhibita, que in talibus, jure vel consuetudine adhiberi consuevit, sine dolo et fraudis scrupulo, libere et pacifice, jure hereditario perpetualiter possidendam, proprietate vinee predicte nostro monasterio reservata. Unde de prefata vinea prelibati Abbas et conventus nobis seu nobis pro tempore succedentibus in signum dominii debent annuatim in festo sanctorum martirum Felicis et Regule unum denarium Turicensem usualis monete persolvere sine mora. Ut autem dictus contractus stabilis et firmus permaneat jam dictus miles et filii sui prenotati renuntiarunt omni favori legum et canonum, constitutioni edicte vel edende, consuetudini, privilegio impetrato vel impetrando, in integrum restitutioni, Macedoniano et omnibus senatus consultis et omni juri et exceptioni per quae hujusmodi contractus infringi posset vel infirmari, se suosque successores ad veram warandiam firmiter obligantes.

In cuius rei testimonium presens instrumentum sigillis nostro videlicet et consulum Turicensium quorum nomina haec sunt: Jacobus Molendinarius, Burchardus de Hottinguen, Chuonradus dictus Wello, Ulricus de Chlotun, Rudolfus de Lungchuft scultetus Turicensis. Milites. Jacobus Tuto. Hugo Burdiner. Wernherus Brosma. Ulricus Friburgere. Heinricus Kiener. Heinricus Milcheli. et Ulricus Trueber. supradictus Heinricus. miles et filii sui petierunt et obtinuerunt firmiter roborari. Hujus rei testes sunt Burchardus cellarius de Capella. Frater Rudolfus conversus ejusdem domus. Ulricus de Chloton. Rudolfus Scultetus. Milites. Heinricus Milcheli. Hugo Manezzo. et Ulricus Swala. burgenses Thuricenses. et alii quamplures. Datum Thuregi. Anno domini MCCLXII. septima Idus Julii. Indictione quinta.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Heinrich Merzo oder Merze (nicht: Krieg). Der Ritter ist in den Jahren 1260—1268 Mitglied des Fastenrathes. Siehe B. 195. [3]) Küssnach, am Zürichsee.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel hängen.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Regest. der Arch. der Schw. Eidg. B 1. Heft 4. nr.* 86.

184.

König Richard bestätigt der Abtei, dem Chorherrenstifte und der Bürgerschaft zu Zürich den Schutzbrief Kaiser Friedrichs II. und erklärt die Vogtei über beide Stifte und Stadt für unveräusserlich vom Reiche.

Hagenau. 18. November 1262.

Ricardus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Sacri Imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Regalis excellentie dignitas tunc vere laudis titulis sublimatur, et eminenti decore prefulget, cum fidelium suorum devotionem clementer attendit, et eis de sua liberalitate confirmat, que a suis predecessoribus iuste collata et indulta videntur. cum in observandis beneficiis non minus quam in elargiendis laus dignitatis Regalis accrescat. Ad imi-

tationem igitur dive memorie Friderici Secundi Romanorum Imperatoris, predecessoris nostri, de solita gratia et consueta benignitatis nostre clementia, Monasterium Abbatie, et Ecclesiam Prepositure in Turego, et ipsam civitatem Turicensem Constantiensis diocesis sub nostra speciali protectione ac defensione recipimus. tam clerum quam ceteros homines suos, necnon possessiones suas et iura ad easdem ecclesias pertinentia, ac omnes bonos usus et bonas consuetudines, quibus olim tempore predecessorum nostrorum Imperatorum Romanorum et Regum usi et gavisi fuisse noscuntur, eisdem clero et civibus auctoritate regalis culminis confirmamus. et presentis scripti patrocinio communimus. Insuper advocatiam tam monasterii quam ecclesie predicte ac totius civitatis ad manus nostras recipimus et etiam reservamus. ut nulli de cetero nisi nobis immediate de advocatia teneantur aliquatenus respondere. Decernentes ut predicte civitatis clerici et laici ac homines utriusque sexus, et cuiuslibet etatis et ordinis, ac sua bona mobilia et immobilia, cum suis iuribus et libertatibus et consuetudinibus nulla necessitate incumbente. ullo modo alienari possint ab Imperio et a nobis. Mandamus igitur et sub interminatione gratie nostre universis et singulis districtius inhibemus. ut nullus amodo prefate loca, civitatem clerum et homines, sive cives civitatis eiusdem super premissis omnibus offendere vel molestare presumat. Quod qui facere presumpserit, gravem indignationem Celsitudinis nostre se noverit incursurum. Ad cuius nostre confirmationis protectionis et inhibitionis memoriam ac immobile firmamentum, presens scriptum exinde conscribi, et sigillo Maiestatis nostre iussimus communiri. Datum Hagenowe. XVIII. die Novembris. Indict. V. Anno domini M.CCLX secundo. Regni vero nostri anno sexto.

Stiftsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Königs hängt.*) – *Abgedruckt im Auszuge: Arch. f. Schw. Gesch. I.* 93. *Böhmer Regest. K. Richards* (*Ausg.* 1844). *nr.* 85. *S.* 47. – *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 566.

185.

Graf Hartmann der ältere von Kiburg, Vogt zu Seebach, urkundet, dass Konrad, der dortige Kellner der Probstei und der Abtei Zürich, nach schiedsgerichtlichem Spruch eidlich auf den Kelnhof Seebach der Probstei verzichtet habe.

Schloss Mörsberg.[1]) **5. Januar 1263.**

Hartmannus maior Comes de Kiburch, Constantiensis Dyocesis. universis Christi fidelibus presentium inspectoribus in perpetuum. Noverint quos nosse fuerit oportunum. quod cum honorabiles et predilecti nostri. H. Prepositus, et Capitulum Ecclesie Turicensis. Chuonrado cellerario in Sebach, ubi nos jus advocatie habemus, locis et modis debitis, multotiens movissent questionem super multis. primo videlicet. quod nunquam solveret censum debitum tempore statuto. nec sine magna difficultate, vel aliqua remissione debite pensionis. Secundo quod ipse non haberet animalia, ad culturam utriusque curtis. scilicet Abbatie, et prepositure saltim sufficientia competenter. Tertio, quod non solum, per notoriam et manifestam abcisionem lignorum silve curtis, sed etiam alias in ipsa curte, plurimum dampnose versaretur. Quarto quod ipsam curtim, salicam terram Ecclesie Turicen-

sis, hereditario iure assereret ad se pertinere. Quinto, quod nunquam potuerit induci. ut bona et agros curtis prepositure, a curte ipsius Abbatie distingueret, et distingui pro posse juvaret. Sexto, quod occuparet violenter ipsam curtim prepositure sibi in publicis placitis, per homines ecclesie, sententialiter abjudicatam et jam dicte prepositure legaliter adjudicatam. Septimo quod sententiam excommunicationis in ipsum, pro hujusmodi violentia, seu violenta occupatione latam, parvi penderet. in predictorum Prepositi et Capituli non modicam lesionem. Idem tandem Cellerarius ad consilium, arbitrium, ordinationem, dilectorum nobis Fr. Can. Constant. et Plebani Turicensis. Eberhardi militis de Klotun . . Ministri nostri dicti de Baden. Chuonr. Cellerarii in Swabendingen, a partibus ad hoc legitime assumtorum, per modum amicabilis compositionis, et subscripte conditionis, satisfaciens ipsis. Preposito et Capitulo, de dampnis et injuriis illatis, eandem curtim, quam publice recognovit, esse salicam terram Ecclesie Turicensis prepositure, in manus predictorum. Prepositi et Capituli, sponte, publice, legitime resignavit. Renuncians pro se et suis heredibus omni juri, omni actioni, que sibi in predicta curte competebant, vel competere videbantur. filiabus suis cum liberos masculos non habeat, simili modo recognoscentibus, resignantibus, renuntiantibus libere, legittime et expresse. Preterea idem Cellerarius, fide data, et prestito personaliter juramento promisit. se fideliter obligando. quod ipsi sepedictos Prepositum et Capitulum, in ordinando de predicta curte. et ibidem colonos instituendo, destituendo, non debeat impedire vel molestare, dicto vel facto, latenter vel patenter. Immo debet juvare promovere curtem ipsius prepositure, a bonis curtis Abbatie fideliter distinguendo. alioquin idem Chuonradus nostra, seu illius qui pro tempore in Sebach fuerit advocatus, gratia carere et perjurus debet haberi. et nichilominus prefatis Preposito et Capitulo, nomine satisfactionis et pene, solvere debet viginti libras monete Turicensis usualis. Nos itaque ad petitionem partium, presentem litteram nostro sigillo patenter communimus. Actum in Ecclesia Turicensis prepositure. Anno Dom. M.CC.LXII. sexta Feria. post Ascensionem. Indictione V.[2]) pluribus presentibus quorum quidam hic nominantur. C. Wello. C. Albus. H. de Curia. R. ab dem Stege. milites. R. Beggenhoven, Dietho, Hugo Manezzo, Hugo Milcheli, Willeh. et Otto fratres. Bur. et R. fratres dicti Schaflini, Otto de Mülematon, Sidella, R. Thya. R. Spiegelberch. B. Camerarius. Jacobus Grecinus. Datum Mörsberch. Anno Dom. M.CC.LXIII. vigilia Epiphanie. Indictione sexta.

[1]) Schloss Mörsberg, bei Winterthur. [2]) Am 19. Mai 1262.

Scheuchzer. Cod. dipl. nr. 567. — *Abgedruckt: Herrg. Gen. Habsb. Prob. nr. CCCCL.*

186.

Schiedspruch, dass die Freien von Schnabelburg kein Recht an dem Forste bei der Sihl haben, und die Aebtissinn ihn mit Bann, Twing und Nutzen besitzen soll wie bisher.

Tallwil. 18. Januar 1263.

Wir Her Walther von Klingen. Her Ruodolf von Wediswil. Her Uolrich von Rüsegge vriien. vnd Rittera. Her Hug Bokili Korherre von Zürich. vnd Her Jacop der Mülner. ein ritter. scheitlüte.

künden vnd offinen, allin die disen brief lesent alde hörent. wie unser vrowe Ebtischin Mechthilt [1]) von Zurich. vnd die Jungherrin von Snabilburg. Berchtold vnd Walther gibruodir vriien [2]). vns dar zuo erkusen mit ir guotin willen. vnd erbâten vlizechlihe, daz wir ein krieg, den die selbin Jungherrin, vmb ein vogeteie uber den vorst der da lit bi Sile. mit der Ebtischinne lange hattin getriben. mit beider teile schaden vnd Erbeite. daz wir uns des an nemin ze scheidenne. Vnd beider theil reht darumbe hortin. vnd gilobtin uns beide teile bi ir truwen in eides wis daz siu stete hettin. swas wir siu darvmbe hiessin. Dar zuo gimuotin wir vns vnd namin es an vns. dur suone vnd besserunge. vnd sazen dar vber mit wiser lüte rate. vnd erfuoren dar under alle gilegenheit. daz wir des alle fünf ubir ein kamin. daz die selben Jungherrun von Snabilburg, an der ansprahe, so siu ze dem vorste hatton enhein reht hatton. Darzuo gieng er Berchtold von Snabilburg an sin selbes, und an sines bruodir stat. und enzêh sih allir der ansprahe, die siu an dem selbin vorste hatton. Darzuo hein wir gisezzit daz unser vrowe diu Ebtischinne, die geburen, die ufen dien drin huobin sizzent ir lute. daz si die in allem dem rehte, und aller der giwonheit lat an dem vorste. als siu unz har drufe kon sint. und also swie unser vrowe des niht tete. daz si das ir vögtin klagin suln. Darzuo hein wir unser vrowin geheissen. daz si disen vorst han mit banne. und mit getwinge. und mit nuzze. und in allen dien eron. als er unz her ist komen unwestiklihe. Diz bischah ze Telliwile [3]). an dem stade. do von unsers herrin geburt warin. zwelfhundert iar. und sehzig iar. und in dem dritten iare. an dem Donristage nah sant Gleristag. Da zigegini warin. und gizüge sint. Lüpriester Heinrih von sant Petir. Her Burchhart von Altorf. priestira. Meister Uolrich Wolfleibsche. korherrin von Zürich. Her Uolrich von Guotinburg ein vriie. Her Petir von Hunoberg. Her Ruodolf. und Her Uolrich von Lunkunft. Her Uolrich von Schönenwert. Her Heinrih Bruno. Her Reinhart von Chlotun. Her Willehelm Bokili. Her Uolrih von Urzelingen. Her Heinrih von Glarus. Rittera. Ruodolf Biber. Ruediger von Klotun. Ebirhart von Chlotun. Wernher von Affoltre. Ruodolf von Arne. Heinrich der Meier von Horgin. und sin Bruodira. und andir ginuoge. Das diz stete und veste si. darumbe henkit man an disen brief unser vrowin der Ebtischin Ingisigel. und wan Her Uolrich von Rusegge der ein scheitman war, starb, e daz dirre brief gisigelt wurde [4]). do wart Her Walther von Eschibah [5]) an siner stat erwelt von beiden teiln. daz er sin Ingisigel dran hat gihenket. Und Berchtholdis und Walthers von Snabilburg. an ir selbir und an ir bruodir stat. Und unseriu der scheitlüte. und sint der briefe zwene glihe gischriben und bisigelt. und git man iedwedirme teil ein. In deme Namin des vattir. und des Sunes. und des heiligen Geistes. AMEN.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Berthold und Walther, nebst den am Schlusse erwähnten andern Brüdern: Johannes und Ulrich, Söhne des Stifters von Frauenthal (B. 105), welche auch in B. 146 urkunden. [3]) Tallwill, am Zürichsee. [4]) Vergl. B. 145. [5]) Das im Briefe angegebene Datum ist dasjenige der Verhandlung; die Siegelung hat später stattgefunden. Vergl. *Kopp. Eidg. B. II.* 1. S. 23, 1. 371. 4.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn, W. v. Klingen, W. von Eschenbach, R. v. Wediswile, B. von Schnabelburg, W. v. Schnabelburg, des Chorherrn Hugo und Ritter Jacob Mülners.*) — *Abgedruckt: N. C. D. nr.* 985. — *Abschriften: Haer. fol. LXIX. Doc. Abb. I.* 410.

187.

Probst Heinrich und Capitel in Zürich beurkunden die Jahrzeitstiftung Magister Konrads, des Sängers, welche mit gewissen Leistungen zu Gunsten der Abtei, des Spitals und der Armen an der Sihl verbunden ist.

Zürich (Probstei und Wasserkirche). 18. Mai 1263.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Heinricus [1]) Prepositus et Capitulum Ecclesie Turicensis Constantiensis dyocesis affectum caritatis. Sicut apud presentes inter humane nature commoda nichil reperitur dignius memoria, sic ad commendandum longeve posteritatis memorie acta hominum nichil utilius nichil efficacius auctentice scripture testimonio comprobatur. Noverint igitur, quos nosse fuerit oportunum, quod cum predilectus concanonicus noster Magister C. [1]) Cantor sue ac suorum parentum saluti prospiciens ecclesie nostre ad emtionem predii seu curtis in Swerzenbach [3]), quam Chuonradus Martini habuerat, dederit viginti tres marcas argenti legalis ponderis Turicensis. Idem petivit huiusmodi conditiones apponi a nobis et admitti. videlicet ut Cantor Turicensis qui pro tempore fuerit de dimidia parte curtis in Rüti bi dem vallenden Brunnen [4]), secundum institutionem et ordinationem Cantorii officii a nobis ad supplendum multos in ecclesia nostra defectus in divinis, auctoritate domini et patris E. [5]) Dei gratia Constantiensis Episcopi provide factam, pleno jure ad jam dictum officium Cantoris pertinente, ac annuatim solvente decem modios tritici, ac quatuor maltaria avene accipiat singulis annis, dum ipse C. Cantor vixerit in die memorie sue, et post obitum in die anniversarii sui dentur et persolvantur honorabilibus in Christo Abbatisse et Conventui monasterii Turicensis ad simulos presentibus distribuendos, duo quartalia tritici. et pauperibus hospitalis intra muros duo quartalia tritici, et pauperibus in Sila duo quartalia tritici mensure Turicensis. Residuum vero proventus tam de predicta curte in Rüti, quam de bonis in Uetinkon [6]) ad officium Cantoris, cum aliis bonis ejusdem debeant tam perpetualiter ac inviolabiliter pertinere, quod etiam Capitulo Turicensi in contrarium hujus ordinationis venientibus et Cantoriam non habentibus, vel habere nolentibus, prepositus Turicensis, qui pro tempore fuerit, prenotatos reditus Cantorie deputatos alicui clerico, non tamen canonico Turicensi, cui voluerit conferat et assignet, contradictione capituli non obstante, tamdiu possidendos, donec Cantoris officium a capitulo in statum pristinum per electionem et ordinationem canonicam reformetur. Si vero prepositus in premissis negligens fuerit, et remissus, jus hujusmodi donationis, collationis seu concessionis, secundum formam conditionis premisse devolvatur ad proximum superiorem. Quumcumque autem negligentia vel malitia vel causa Cantor et Cantoris officium non fuerit in Ecclesia Turicensi, nichilominus tamen prepositus et capitulum dare debeant et persolvere summam sex quartaliorum tritici sub forma prenotata. Nos itaque satisfacere cupientes antedicti Cantoris voluntati et petitioni, que juri congruunt et rationi, prenotatas conditiones concedimus, admittimus, approbamus, de unanimi consilio et consensu. Ad observationem omnium premissorum inter alia statuta Ecclesie nostre juramento firmata nos et nostros sucessores fide data et prestito juramento presentibus firmiter obligando. Adjicientes quod ordinarius etiam omnibus aliis Ecclesie nostre statutis cessantibus et cassatis, si pre-

missorum fuerimus transgressores, nos tamquam prevaricatores seu violatores legitime ordinationis canonice puniat, prout saluti transgressorum et honori Ecclesie viderit expedire. Et in hujus rei testimonium presentem litteram sigillis nostris, videlicet H. Prepositi et Capituli, R. Martii Thesaurarii et ipsius Magistri C. Cantoris patenter communimus. Actum in Capitulo nostro, et publicatum sub aquatica, presentibus quorum hec sunt nomina. H. senior Bruno, H. de Curia, Dietlo, R. de Clarona milites, Uolricus dyaconus dictus de Syns [7]), Burchardus subdyaconus dictus Hebisen, Chuono de Tübelnstein [8]), R. de Beggenhoven, Ruod. Chrich, Uolr. Wolfleibscho . . dictus Vorzo. Anno Domini M.CC.LXIII. XV Kal. Junii. Indict. VI.

[1]) Heinrich Manesse. B. 170. [2]) Konrad von Mure. [3]) Schwerzenbach oder Niederschwerzenbach, Kts. Zürich. [4]) In Unterstrass, bei Zürich. [6]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [6]) Uetinkon, am Zürichsee. [7]) Sins, Kts. Aargau. [8]) Dübelstein, Kts. Zürich.

Scheuchzer Cod. dipl. nr. 572. a. (*Mit Abbildung der Siegel des Probsts, des Capitels, Magister Konrads und R. Martius, des Thesaurarius*).

188.

Konrad und Heinrich, Edle, von Tengen schenken der Abtei die Hälfte ihres Rechtes an einer Hörigen und deren Kindern.

Kloster Zürich. 1. September 1263.

Omnibus orthodoxe fidei cultoribus presentium inspectoribus Chonradus et Heinricus patruelis suus. Nobiles de Tengen subscriptorum noticiam cum salute. Cum res gesta mandatur litteris, universe calumpnie prevenitur materia. ne prestetur litis occasio successori. Innotescat igitur universis tam presentibus quam futuris. quod nos predicti nobiles de consensu Heinrici et Chonradi filiorum nostri, scilicet Chonradi superius memorati, personis Adilheidis uxoris Ebirhardi de Egebottingen civis in Tengen una cum liberis earundem, Heinrico, Chonrado et Mehthildi insuper et si quos de cetero ex se natos genuerint uxor scilicet et heredes qui ad nos successu juris hereditarii ac proprietarii pertinere ac pertinuisse hactenus dinoscuntur, cum suis pertinentiis, non membratim sed spiritualiter bipertitis equaliter, partem unam pro remedio peccatorum nostri videlicet et parentum nostrorum monasterio beatorum martyrum Felicis et Regule in Turego libere contulimus servituros perpetuo. In notamen et memoriam quod a nostra hereditate recisa manavit donatio, partem nobis alteram obtinendo. et ne donum nostrum ausu vel temeritate hominum aliquorum in posterum infirmetur presentes litteras monasterio nominato tradimus et communis sigilli nostri apponi fecimus firmamentum. Acta sunt hec publice in monasterio sepedicto Anno domini M.CC.LX.III. kl. Septembris. Indict. sexta.

Staatsarchiv Zürich. (*Das gemeinsame Siegel beider Freien hängt.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 571.

189.

Aebtissinn und Convent beschliessen, Grundstücke in Heferswil und die Mühle in Horgen behufs Bezahlung von Schulden zu verkaufen, unter Bestimmungen über Ersatz des Veräusserten.

Zürich. 12. November 1263.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus. Mechthildis [1]) miseratione divina Abbatissa. Totusque Conventus monasterii Turicensis. et Canonici seculares eiusdem monasterii orationes in domino cum noticia subscriptorum. Cum monasterium nostrum magno honere debitorum sit oppressum. propter defectus censuum quos habemus ex guerra Fr. et H. Comitum de Toggenburch et Werdenberch [2]). et fabricam Ecclesie nostre. et maxime propter litem quam habuimus non sine magno dampno. contra Rued. dictum Manezzen [3]). sicut toti vicinie constat. Ob hoc quod nos et homines Ecclesie nostre in Wibchingen. non sine enormi dampno nostro violenter spoliavit. bladum et porcos et fenum auferendo. et dilectos homines fugando. propter quod predia nostra manserunt inculta. nec habeamus unde possimus compescere insolentias creditorum. vel usuras sustinere. vel etiam dominabus et dictis Canonicis nostris eorum prebendas ministrare. Deliberato consilio et unanimi consensu. ad consulendum nobis in tante necessitatis articulo. in hoc convenimus et consensimus expresse. quod tutius est vendere quedam prediola monasterii nostri sita in Herferswile [4]). et molendinum in Horgen. annuatim valentia decem modios tritici ad summam viginti marcarum argenti. ponderis Turicensis. quam sustinere inmoderatas obsidum expensas. vel etiam usuras intollerabiles donare. Ad predicta autem predia vel meliora monasterio restauranda. nos Abbatissa et Conventus tam domini quam domine nomine nostro et nobis succedentium elegimus viros discretos et honestos. videlicet Heinricum plebanum Sancti Petri et Uol. dictum Wolfleibschen. magistros. et dominam custodem nostram de Chempton [5]). in quorum manus obligamus et damus census villicationum nostrarum in Altdorf et in Bürgelon. annuatim valentes XXIIII. marcas. residuo nobis videlicet Abbatisse remanente. ad unum annum colligendos. et in armario nostro seu secretario fideliter reponendos. et ad nullos alios usus prorsus convertendos nisi ad possessiones venditas recuperandas. Sane quia unum ex prediolis situm in Herferswile. deputatum erat in duobus festis. videlicet Panthaleonis et Agnetis. sicut in libro anniversali plenius continetur. conventui distribuendum. nos Abbatissa eidem conventui assignamus et ordinamus eundem censum de predio sito in Chephena [6]). ut in illo predio idem iuris habeat et requirat. quod habere consuevit in predio vendito sito in Herferswile. Hec singula et universa coram nobis publice lecta placuerunt. et promisimus ea bone fide pleniter attendere et servare. Ad maiorem autem predictorum omnium firmitatem presens instrumentum est nostro videlicet Abbatisse quo et Conventus utitur. et premissorum H. plebani et Uol. magistrorum nomine conventus sigillis patenter communitum. Actum Turegi. Anno domini MCCLXIII. II. Idus Novembris. Indict. Septima.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Graf Friedrich von Toggenburg und Graf Hugo von Werdenberg. [3]) Ruedger Maness II., Besitzer des Hardthurmes, an der Limmat gegenüber Wipkingen; ein Sohn des in B. 125. 126 Genann-

ten. Irrig nennt *Neugart* (und nach ihm *Kopp. Eidg. B. II.* 1. S. 20): Rudolf. [4]) Heferswil, Gmde. Mettmenstetten, Kts. Zürich. [5]) Bertha von Kempten. B. 96. [6]) Käpfnach, Gmde. Horgen. (*Neugart* irrig: Gfenn.)

Staatsarchiv Zürich. (*Die genannten Siegel hängen.*) — *Abgedruckt: N. C. D. nr.* 996. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 402. *Sch. C. D. nr.* 573.

190.

Aebtissinn und Convent verkaufen dem Meier zu Horgen die Mühle daselbst zu Erblehen unter Vorbehalt des Eigenthumsrechtes.

Zürich. 12. November 1263.

Universis presentem paginam inspecturis. Mechthildis [1]) divina permissione Abbatissa Turicensis suusque Conventus. Ordinis Sancti Benedicti Constantiensis dyoceseos. et canonici seculares eiusdem monasterii. notitiam subscriptorum. Fortiora sunt omnia que geruntur. et nullius possunt perturbari calumpnia. si scripture testimonio perhennantur. Noverint igitur presentes et futuri. quod nos de unanimi consensu et deliberato consilio. utilitati monasterii nostri consulentes. H. villico in Horgen. molendinum situm in Horgen. annuatim valens quinque modios tritici. quod comparavimus a . . . . . quondam cive Turicensi dicto an dem graben. insolentias creditorum et usuras compescendo. adhibita et observata omni sollempnitate que de iure et consuetudine in talibus contractibus adhiberi et observari consuevit. vendidimus pro septem marcis puri et legalis argenti. ponderis Turicensis. quas nobis persolutas esse confitemur. eodem iure quo nos possedimus libere. quiete et pacifice perpetualiter possidendum. Dictus vero villicus in remedium anime sue et parentum suorum ipsius molendini proprietatem. monasterio nostro donavit et tradidit. sibi suisque heredibus et successoribus et aliis posteris iure hereditario in dicto molendino a nostro monasterio pro annuo censu unius denarii monete Turicensis in Exaltatione Sancte crucis. nobis annuatim persolvendo. libere et pacifice perpetualiter remanente. Et ad maiorem cautelam et firmitatem venditionis et contractus prenotati renunciamus omni actioni. exceptioni. replicationi. in integrum restitutioni. consuetudini. edicto edito vel edendo. privilegio impetrato vel impetrando. et omni iuri legum et Canonum. per quod vel per que huiusmodi contractus venditionis irritari posset vel etiam impediri. Testes sunt. Nobiles domine . . [2]) de Hagenbuech . . . [3]) de Chempton . . . [4]) de Tessen. H. plebanus monasterii nostri. Bur. plebanus in Altdorf. H. Chiener. Hugo Milcheli. Petrus Wolfleibscho. Wer. de Affoltre. Jacobus Cisi. Gebhardus de Horgen. C. frater dicti villici. Brüneki. et alii quam plures. Ut autem hec venditio firma et illibata permaneat. presens instrumentum sigillis. nostro videlicet Abbatisse quo et conventus dominarum utitur et magistrorum. H. plebani Sancti Petri. et Uolrici dicti Wolfleibscho quibus contenti sunt ceteri Canonici nostri monasterii duximus roborandum. Actum Turegi. Anno domini M.CC.LXIII. II. Idus Novembris. Indict. Septima.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Willeburgis de Hagenbuch, [3]) Bertha de Kempten, [4]) Bertha de Tessen. Vergl. hiezu B. 70. 96. 199. 210.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Leutpriesters bei St. Peter hängen; das des Chorherrn U. Wolfleipsch ist abgefallen.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 406. *Sch. C. D. nr.* 572.

191.

„Ein Vertrag zwüschet einer äpptissin und Heinrichen Meyer zuo Mur von des Meyerhofes rechtung ze mur und andern dörflinen, in mass und gestalt wie her nach volgt:"

Jahr 1263.

Zum ersten sol der Meyer sorg haben, zuo den zinsen die dem gotzhus gehörent. Ouch sol der Meyer von den Schuopossern dhein val höuschen, aber zuo erschatz mag er nemmen IIII ß. und von den eignen lüten genent usssidling und nit höf oder güeter hand sol er ouch nüt höuschen für den val und sol ouch die costen haben mit denen so die schwin uf Sant Andres tag bringent mit den malen. Und so der meyer und pursamy einen vorster presentierent so nimpt ein äpptissin den erschatz. Und des hirten ampt und sine schuoppos sol ouch den meyer nit angan, desglich an der fischetzen und der selben schuoppos. Item und II Mt. kern so er uss böser gewonheit nam sol er ouch nit me fordern. Und fürer sol er kein milch am freitag von den geissen nemen. Aber zuo Vellanden jerlich mag er I d. von jetlicher geiss nemen. Item so hat ein äpptissin dem meyer nachgelassen das tischlachen und zwechel so er schuldig was jerlich ze geben. Ouch ist im nachgelassen II Mt. genant Elseskern und ein schwin für VIII ß. und II malter haber II Mt. spelten und II Mt. kern. Dat. XII und LXIII jar [1]).

[1]) Vergl. hiezu B. 58. 168. — Die Ueberschrift ist nach dem Manuscript.

Stiftsarchiv Zürich. (*Mscr.* 18. *Urbar der Abtei.*)

192.

Konrad, gewesener Ammann der Abtei in Zürich, nachdem er an diese verschiedene Liegenschaften vergabt, erhält nebst seiner Gattinn den lebenslänglichen Niessbrauch an den vergabten und einem andern der Abtei gehörigen Grundstücke.

Kloster Zürich. 5. Mai 1264 [1]).

Mechtildis Dei gratia Turicensis Abbatissa totusque Conuentus eiusdem monasterii ordinis Scti Benedicti. Constantiensis Dyocesis Universis presentem paginam inspecturis notitiam subscriptorum. Cum Ecclesia suis benefactoribus non debeat esse ingrata sed benefitia collatis mutuis et majoribus benefitiis compensare, ne quis per eam decipiatur sed potius adiuuetur, et Chunr. quondam minister noster nobis et nostro conuentui tam clericorum quam dominarum vineam suam sitam infra sepes Sigenowa, que ad ipsum iure hereditario pertinebat, et domum suam sitam in dem Münsterhoue, predium etiam suum in Adoloswile quod ad eam iure proprietario pertinebat reddens annuatim V frusta et dimidium, de consensu et resignatione uxoris sue, in remedium anime sue, adhibita omni sollempnitate, que de iure vel consuetudine, in talibus adhiberi consueuit, tradiderit, do-

nauerit, libere et expresse, sine omni fraudis scrupulo et dolo, pacifice perpetualiter possidenda. nobis possessionem dictorum bonorum, sine omni conditione tradendo, et in ipsam inducendo. sicut in puris donationibus fieri consueuit. Nos post annalem dictorum bonorum possessionem adeptam. dicto C. et uxori sue, eadem bona commisimus. quamdiu uixerint utenda et fruenda. nullo iure heredibus ipsorum vel etiam liberis. si quos eos habere continget vel ceteris successoribus post obitum ipsorum remanente. Si autem unum ipsorum premori continget, alteri dictorum bonorum usufructus quamdiu uixerit integraliter remanebit. Bona etiam nostra in Santgrubon annuatim reddentia VI frusta donationem eorum largitate recompensantes. dicto C. commisimus utenda quamdiu uixerit. et si ipsum quod absit premori continget, uxori sue prelibate medietatem dictorum bonorum in Santgrubon concessimus quamdiu vixerit utendam et etiam fruendam. nullo iure post eius obitum suis liberis si quos habuerit. aut heredibus vel etiam successoribus in sepefatis bonis aliquatenus remanente. Qua liberalitate completa sepedictus C. et eius uxor. nostro accedente unanimi consensu voluntario et expresso. statuit et ordinauit, ut in festo omnium Sanctorum de cetero sollempnis processio habeatur, et tunc VI quartalia tritici, ab eis quamdiu vixerint. vel ab uno ex eis. altero premortuo debet conuentui ad simulam amministrari. et festum Sancte Margarete cum uno modio tritici ab eis premisso modo quamdiu distribuendo ad simulam debet sollempniter celebrari. Ipsis vero ambobus viam uniuerse carnis ingressis, prelibata processio, et festum Sancte Margarete et anniversarium Gerhildis quondam uxoris sue, cum duobus quartalibus tritici. et anniuersarium ipsius C. ipso mortuo, cum duobus quartalibus tritici ad simulam debet de bonis que idem C. nobis contulit, predicto modo penitus obseruato. in eorum remedium perpetualiter celebrari et etiam obseruari. In cuius rei testimonium presentem literam sigillis nostro videlicet Abbatisse quo et conuentus utitur et magistrorum H. plebani Scti petri et R. [3]) plebani monasterii nostri et Ul. dicti Wolfleibscho patenter communimus. Actum Turegi in monasterio nostro Anno dom. MCCLXIIII. III. Non. Maii. Indictione septima.

[1]) Vergl. zu dieser Urkunde B. 162. 212. Sandgruben ist nicht der Ort dieses Namens in der Kgde. Elgg, sondern ein Gut am Zürichberg gelegen. [2]) Mechthild von Wunnenberg. [3]) Auf seinem angehängten Siegel heisst der Leutpriester nicht R.[udolfus], sondern: Heinricus. Vergl. B. 190. 206.

Staatsarchiv Zürich. (*Die vier Siegel hängen in der angegebenen Reihenfolge.*) — *Abschrift*: *Doc. Abb. I.* 414. *Sch. C. D. nr.* 280.

193.

Aebtissinn Mechthild entlässt das Kloster Wurmsbach, vermöge seines Burgrechtes mit Zürich, von jedem Zolle daselbst.

Zürich. 1. Juli 1264.

M. [1]) Dei gracia Turicensis Abbatissa. Omnibus presentem literam inspecturis noticiam rei geste. Ne succumbat veritas et via pateat falsitati, notum facimus universis, quod nos Reverendas in Christo . . Abbatissam et Conventum Sororum in Wurmesbach [2]), Cisterciensis ordinis, et omnes ad easdem pertinentes. de consilio et voluntate Ministerialium nostrorum, quoniam jus civile in Turego

habere videntur, ab omni theloneo quod in Turego dari consuevit absolvimus. et ipsas liberas et absolutas dicimus per presentes. Ut autem hec robur obtineant firmitatis, presentes literas eisdem .. Abbatisse et Conventui tradimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Turegi Anno domini M.CC.LXIIII. Kal. Julii. Indict. septima.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Wurmsbach, im Jahr 1259 von Graf Rudolf I. von Raprechtswil gestiftet. Vgl. *Kopp. Eidg. B. II.* 1. S. 343. Mit der Zollbefreiung in Zürich durch die Aebtissinn erhielten die Schwestern zugleich auch Befreiung vom Umgeld daselbst durch den Rath Zürich. Vergl. *Ebendas. II.* 1. S. 726.

Kopp. Eidg. Bünde. II. 726. B. 18. a.

194.

Herr Walther von Eschenbach verpflichtet sich, von den Leuten der Abtei in Boswil nicht mehr als jährlich sechzig Mütt Kernen Vogtsteuer zu nehmen.

Boswil. 28. August 1264.

Ich. Walther. von Esschibach [1]) vri und ritter, künde allen dien, die disen brief an sehent olde hörent lesen. daz ich von miner vrouwen Ebthisschenne Mechtilt. [2]) von Zürich und ir Samnunge ze rede gestozen und beklaget wart umbe den ubernuz und die Stüre, die min vatter und ich, von ir Gotshus lüten ze Bozwile [3]) hatten genomen, und nach mins Bichters rate bruoder Chuonrats. des Lesemeisters von vriburg, erkande ich mich des, das ich noch min vatter darzuo nicht vollez recht hatten. und kamen do die selben lüte gar, und gemeinlich überein mit guotem rate und mit minr vrouwen der vorgenanden Ebtisschenne und ir Convents wizzende und willen. das si willeklich ierlich mir und allen minen nachkomen gebent und geben sun Sechzich mütte kernen gewonliches mezzes ze vogetstüre. — Ich versprach ouch und verlobte vür mich und alle min erben und nachkomen, bi miner trüwe, das ich noch si, niemer me enheiner slacht an der Stüre an sie sun vordern noch von in nemen. — Do diz geschach allez mit guotem minem willen, do vergaben mir und minem vatter, diu selbe min vrouwe diu Ebthisschen und ir Convent, swaz wir unz har ân recht da genozzen hatten. — Daz diz allez stete und veste si, darumbe henche ich min Ingesigel an disen brief. — Diz geschach ze Bozwile in dem Chelnhove do von unsers herren geburtag warn zewelfhundert und Sechzich und vier iar. und in dem vierden iare an san Pelagen tage.

[1]) Herr W. von Eschenbach urkundet B. 145, genannt B. 146, siegelt B. 186. [2]) Mechthild von Wunnenberg. [3]) Boswil, Kts. Aargau. Vergl. B. 24.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 418. *Sch. C. D. nr.* 598. *a.*

195.

Vergleich zwischen dem Rathe von Zürich und der Abtei betreffend eine Wasserleitung aus der Sihl in den Thalacker und auf die Bleichen der Stadt.

Zürich. Im März 1265.

Wir der Rat von Zürich. der namen hie nach geschriben stant — kunden allen dien die disen brief sehent olde horent lesen — daz wir unde ander unser Burger hatton ein vorderunge — an unser vrouwun Ebtisschenne Mechthild[1]. von Zürich unde ir Samenunge — umbe daz wazzer — daz von der Sila dur ir Chloster flüzet; Nach menigen tegedingen. kam unser vrowe die Ebtisschenne unde ir Samenunge — unde wir gemeinlich uber ein. mit aller der willen die ez an gât — daz man des selben wazzers runs. iewederthalb, der Svesteron gutes von Seldenouwe. unde her Wernhers. Brosemun, umbe ein halben vuz wîter machoti. daz unser vrouwe diu Ebtischenne unde ir gotshus. unde wir, gewunnin wazzers genuch beidenthab ze unsern notdürften — unde so daz wazzer geflüzzet unz an den Talacher. so sol daz wazzer halbez fliezen dar — da wir unde ander unser Burger unser tuch gebleichen[2]; Der ander halbteil sol statekliche vliezen in dem alten runse des Gotshus — unde svenne ez in dem zîte ist — das man nicht bleichen mag. so sol daz wazzer allez sament vliezen in dem alten runse des Gotshus — daz hie vor genemet ist. unz aber daz zit kunt daz man bleichen sol unde mach. Unde daz disu ordinunge diu hie vor geschriben ist. stête belibe, uns unde dem Gotshus — darumbe geben wir unserre vrouwun der Ebtischenne unde dem Gotshus einen brief. unde haben ouch wir uns selben ein, besigelt mit ir, und mit der Burger Ingesigel. Diz geschach in dem Merzen do von unsers Herren geburt waren unz an den manot, zvelf hundert iar. unde fünf unde sechzich iar. Dise sint unser namen des râtes. under dien disu ordenunge geschach. her Rudolf von Glarus. her Heinrich uz dem Hove. her Heinrich Merzo. her Chuonrat Dietelo. her Heinrich von Chlotun. her Rudolf a dem Stege. her Heinrich Bruno der iungo — rittera — her Johannes von Basela. her Johannes hinder der mezzia. her Walther Meisa. her Lütold Gnürser. her Wernher Willo.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Diese Bleichen lagen vor der Stadt, wo jetzt noch der „Bleicherweg“ ist. Vergl. *V. A. Z. Anmerk.* 355.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel hängen*). — *Abschriften: Haer. fol. CXCI. a. Doc. Abb. I.* 426.

196.

Der Edle H. von Humlikon übergibt sein Eigengut in Humlikon an die Abtei und empfängt es als Erbe wieder.

Im April 1265.

Anno domini MCCLXV. mense Aprili H. nobilis de Humelinkon[1]) contulit omne predium suum situm in villa vel apud villam Humelinkon monasterio Thuricensis abbacie, libere in manus predicte

abbacie resignando. Tunc . . . . . [2]) eadem abbatissa suis precibus inclinata eidem H. predicta bona concessit pro annuo censu scilicet I librae cere in festo Felicis et Regule solvendo jure hereditario possidenda.

[1]) Humlikon, Kgde. Andelfingen, Kts. Zürich. [2]) Mechthild von Wunnenberg.

Doc. Abb. VII. 371. (*Aus einem alten: Census bonorum monasterii Thuricensis.*)

197.

Aebtissinn Mechthild verleiht auf Bitte der Wittwe des Volmar Wolfleibsch ein von dieser ihr übertragenes Gut in Spreitenbach dem Kloster Oetenbach.

Kloster Zürich. 1. Juli 1265.

Machthildis [1]) Dei gratia. Turicensis Monasterii Abbatissa. Omnibus presentium inspectoribus. notitiam subscriptorum. Noverint tenore presentium universi. quod. Adilheid. relicta Volmari dicti Wolfleibesch bone memorie. domino Jacobo dicto Tuto suo patre assumpto legitime sibi pro tutore. consentiente et ad hoc auctoritatem prestante. predium suum quod habuit in villa Spretinbach [2]). ad manus nostras libere resignavit. quod nos postmodum. ad preces ipsius relicte, Conventui Sororum de Oetinbach. quibus ipsa abdicato seculo intendebat sociari. concessimus pro annuo censu unius denarii videlicet, inperpetuum possidendum. In cuius rei testimonium. ipsis sororibus. presentem duximus literam concedendam. Testes sunt. Magister Uolricus Wolfleibesch Canonicus. Heinricus Senior Brun. Uolricus de Schöninwert. Heinricus Marcius Milites. Ruodolfus Martini. Wernherus et Johannes Willin. Burchardus de Palma [3]) et alii quam plures. Acta sunt hec in Curia nostra apud Thuregum. Anno domini Millesimo. Ducentesimo. Sexagesimo Vto. Kal. Julii. Indict. VIII.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Spreitenbach, Kts. Aargau. [3]) Dieser letzte Name ist kaum zu entziffern.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

198.

Aebtissinn Mechthild verleiht einen von Konrad Martini ihr hiefür übertragenen Acker in Riesbach dem Kloster Oetenbach zu ewigem Besitz.

Kloster Zürich. 1. Juli 1265.

Mehtildis [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis. Dilectis in Christo . . et Conventui Sororum de Oetinbach. ordinis beati Augustini. salutem in omnium salvatore. Vineam in Riespach quam habuit

Chuonradus Martini concivis noster per vos comparatam et ab ipso. unâ [2]) Judenta uxore eius. et tota prole sua. ad manus nostras libere resignatam vobis concedimus perpetuo possidendam. Ita quod de ipsa. annuo in festo beati Martini pro censu duos denarios nostro monasterio persolvatis. In cuius rei evidentiam pleniorem. vobis presentem literam tradimus. nostri sigilli munimine roboratam. Testes sunt. Heinricus Bruno senior. et H. filius eius. Uolricus de Schöninwert. Johannes Rumer. Heinricus de Chlotun. milites. Berhtoldus et Uolricus dicti Stourini. Chonradus Goltstein. Uolricus Schupher. Jacobus Mulner. Hugo Milchelinus. cives Thuricenses. Ruodolfus conversus de Oetinbach. et alii quam plures. Acta sunt hec in curia nostra apud Thuregum. Anno domini. M.CC.LXV. Kalen. Julii. Indict. VIII.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) „*cum*“ fehlt.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

199.

Ritter Jacob der Mülner überträgt der Abtei, zum Ersatz für seine in Erblehen verwandelten Mannlehen in Fällanden, Grundstücke in Zürich, welche er hinwieder als Mannlehen empfängt, und verzichtet ferner auf seine Meier- und Vogtrechte an einem Weingarten an Snellesberg.

Kloster Zürich. 25. Juli 1265.

Allen dien die disen brief lesent alde horent lesen. enbüte ich. Jacob. der Mülner. ritter und dienstman des Gotshus von Zürich. in dem Bistuome von Chostence. minen dienst; Darzuo chunde ich alre menlichmo. daz ih allez daz manlên daz ih hatte ze Vellanden. ân daz Meiertuom. lideklich uf gab in miner vrouwen hant der Ebtisschenne [1]) von Zürich zegegenwürtige ir Samenunge, vrouwen und phafen. und ander des Gotshus dienstman. und ir rat. mit der aller rate. so lech si mir daz selbe guot wider ze rechtem erbe in erbe lens rechte. umb einen vierdunk Wachses cinses. ze der heiligen martererren dult sante Felix und sante Regulun [2]) ze gebenne; Unde durh daz daz dem Gotshus ersezet und gewidert wurde. ub ez da von dehein schaden hette. so gab ich dem Gotshus mit miner wirtenne und mit minen kinden die hofstat oberthalp mime Turne [3]). da. Sigebotte. uf sizet, mines lidigen eigens. diu vier phunt giltet. und ze der andern siten mis Turnes, diu Gedemer an der Brugge elliu. diu ouch geltent. vier phunt. nah dem gelte und in der mâze alse daz lên stuont von Vellanden, uf frilich und lideklich in ir hant. und lech si mir wider die selben hofstat. und diu selben Gedemer ze rechtem Manlên; An der selben stat enzeh ouch ich mich alles des rechtes. des ih von Meiertuome, alde von Vogeteie hatte an dem Wingarten der lit an Snellesberg [4]). den min Vrouwe diu Ebtisschenne diu hievor genennet ist, dien Svesteron von Chostenze ze choufenne gab. umbe fünf und zvenzich March. die bechert und verbuwen wurden an den bu ir chors. Diz beschach in des selben gotshus chrucegange. do von unsers herren geburte waren zwelfhundert iar.

und vier. und Sechzech iar. und in dem fünften iare an sante Jacobes dult des zvelfbotten [5]). Die zügen und die rathgeben die hie bi waren. daz ist der Convent aller der namen diu hie nach geschriben sint. Willibirg von Hagenbuoch. Berchta von Chembtun. Berhta von Tessen. Berchta von Tüfen. Hedewig von Wunnenberg. Elsabetha von Wezzinkon. Elsabetha von Spiegelberg. Elsabeta von Cranburg. Chunegunt von Wasserstelzun [6]). unde her. heinrich. der lüppriester von Sarmannestorf [7]). her heinrich der lüppriester von sante Petre. her Burchart von Altdorf. her Ruodolf von Rümelank. heinrich der Merzo. Chorherren des selben gotshus. Uolrich der Wolfleibscho. Huch Milcheli. ander genuoge. Und daz diz stete und veste belibe. darumbe hench ich min ingesigel an disen brief.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Von späterer Hand ist hier oben eingesetzt: „uns jerlich". [3]) Ueber diesen Thurm der Mülner, neben dem Gasthofe zum Schwert in Zürich, s. *V. A. Z. S.* 87. 88 und *Anm.* 248. [4]) In der Nähe von Zürich. Heute: Schmelzberg, Gmde. Fluntern. [5]) Die Uebereinkunft war schon im Laufe des Jahres 1264 beredet worden; am 25 Juli 1265 wurde sie mit Abfassung dieses Briefes geschlossen. [6]) Vergl. zu diesen Namen B. 78. 96. 190. 210. [7]) Sarmansdorf, Kts. Aargau.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Ritters hängt.*) — *Abgedruckt: N. C. D. nr.* 990. (*Nur mit Jahr* 1265.) — *Abschriften: Haer. fol. CLXIX. Doc. Abb. I.* 422. *Sch. C. D. nr.* 579.

200.

Rudolf von Bürglen, Chorherr und Diacon an der Probsteikirche zu Zürich, schenkt dem Fraumünster einen Acker und eine Wiese zu Altstetten, unter Verordnung von Brod- und Geldaustheilungen zur Jahrzeit.

Kloster Zürich. 28. April 1266.

Mechthildis [1]) Dei gratia Abbatissa et Conventus monasterii dominarum in Turego, Constant. dioc. universis presentium inspectoribus inperpetuum. Noverint quos nosse fuerit oportunum. quod Rudolfus. dictus de Bürgelon Canonicus et Diaconus Ecclesie Turicensis prepositure sue saluti prospiciens quendam agrum situm in Altsteten [2]) Parrochie Ecclesie nostre que dicitur Sancti Petri in Turego solventem annuatim sex quartalia tritici, quos agrum et pratum idem Canonicus ab Ulrico dicto Flore cive Turicensi pro decem libris monete Turicensis publice ac legaliter conparaverat, nobis et ecclesie nostre donavit, tradidit de nostra auctoritate et consensu ex eisdem agro et prato taliter ordinando, instituendo, quod predicti duo modii tritici vel si plura inde possunt haberi in die anniversarii prefati Canonici solummodo residentibus et anniversali misse ipsius Canonici personaliter presentibus distribuantur hoc modo unus videlicet modius in simulos. et alter in denarios monete usualis, et pauperibus hospitalis intra muros Turegi eadem die anniversarii sicut aliis de Conventu dari debet unus simulus de modio tritici ad simulos prout dictum est deputato. Si quis autem hanc ordinationem immutare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et divinam in se excipiat ultionem. In huius etiam rei evidentiam ad petitionem antedicti Canonici presens littera sigillis nostro videlicet prefate Abbatisse quo et nos Conventus utimur, et eiusdem Rudolfi Canonici

patenter communitur. Actum in Capitulo nostro Anno domini M.CC.LX.VI. Festo Vitalis martyris Indictione nona. Ego prefatus Rudolfus Canonicus dictus de Bürgelon recognoscens predicta esse vera sigillum meum duxi presentibus apponendum. Anno domini et die et Indictione prenotatis.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Altstetten bei Zürich.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt; das andere fehlt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 430.

201.

Ritter Heinricus Martius von Zürich, Rinwin und Hiltbrand, seine Söhne, haben ein Gut in Uerzlinkon, Lehen von der Abtei Zürich, an Kloster Capell verkauft. Hiefür geben sie der Aebtissinn Mechthild das Eigen an dem Rebgut Schilthalden in Küssnach am Zürichsee auf und empfangen dieses Gut von der Abtei zu Lehen.

Kloster Zürich. 30. Mai 1266.

Mechthildis[1]) divina permissione Abbatissa Turicensis. Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, noticiam subscriptorum. Humana labente memoria, et crescente cupiditatis malitia, expedit ea que geruntur, ad obviandum litibus scripture testimonio perhennari. Noverint igitur tàm presentes quam futuri, quod cum Heinricus miles dictus Martius[2]), civis Turicensis, possessiones suas, unum videlicet mansum, situm in territorio ville de Uirzelinkon[3]), quem a nobis jure feodali possidebat, Religiosis in Christo Abbati et Conventui de Capella, Cistertiensis ordinis, Constantiensis Dyoecesis, vendere pro viginti duabus marcis puri et legalis argenti, ponderis Turicensis, intenderet, nec id sine nostro consensu perficere posset, nobis humiliter supplicavit, quatinus sibi indulgeremus, ut predictas possessiones jamdictis religiosis vendere posset, de nostra permissione, ita tamen quod ipse miles proprietatem vinee sue, dicte an Schilthaldun, site in Chussenacho, prope lacum Turicinum, tantumdem valentem, nobis et nostro Monasterio loco predictarum possessionum resignaret, et ipsam a nobis eodem jure reciperet feodali, quo premissas possessiones dinoscitur habuisse. et insuper predicti religiosi de Capella jamdictas possessiones a nobis reciperent, pro annuo censu uno videlicet denario, jure hereditario possidendas. Nos habito consilio Conventus nostri, et inspecta utilitate nostri Monasterii, prefatas possessiones de Uirzelinkon, antedictis religiosis de Capella, predicto Milite et filiis suis Rinwino et Hiltbrando, nobis easdem cum suis attinentiis universis resignantibus, de consensu Conventus nostri libero et expresso concedimus, cum omnibus suis appenditiis, videlicet agris, terris, cultis, incultis, nemoribus, virgultis, pratis, pascuis, piscationibus, venationibus, aqueductu, et decursu aquarum et omnibus aliis juribus et communitatibus, que ad premissas possessiones seu mansum, et ipsorum areas et agros spectabant, jure hereditario, pro uno denario nobis in festo Sancti Galli, singulis annis persolvendo, perpetuo, pacifice et quiete, ab hac die inantea possidendas et habendas. In cujus rei testimonium, presentem litteram, sigillis nostro videlicet et Consulum Turicensium, sepefatis religio-

sis, tradimus et donamus, firmiter roboratam. Ego vero prefatus Heinricus miles et nos predicti Rinvinus et Hiltbrandus, filii ipsius, omnia prescripta sic esse, et ad petitionem nostram ordinata et facta, prout dictum est, presentibus profitemur. Ad majorem etiam cautelam pro nobis nostrisque heredibus, et aliis successoribus, presentium tenore, renuntiamus privilegio in integrum restitutionis, consuetudini, edicto edito et edendo, privilegio impetrato et impetrando. omni favori legum et canonum, officio judicis et omnibus aliis. per que prefata venditio posset aliqualiter irritari vel revocari. Profitemur etiam nos viginti duas marcas puri et legalis argenti, pro sepius memoratis possessionibus totaliter et integraliter ab ipsis religiosis de Capella recepisse. Presentibus quoque obligamus nos, nostrosque heredes et successores, ad premissorum omnium veram warandiam, sepedictis religiosis prestandam, ubicunque et quandocunque de jure fuerimus requisiti. Hujus rei testes sunt Chunradus et Arnoldus monachi et sacerdotes de Capella, Rudolfus conversus ejusdem loci. H. plebanus in Sarmanstorf, Burchardus plebanus in Altdorf, Hugo dictus Bokli, canonici Turicenses. Ulricus de Chlotun miles. Heinricus dictus Wesi. Heinricus portarius. Rudolfus de Bremegarton, Burgenses de Turego, et alii quamplures. Ut autem premissa nullius irritari valeant cavillationis ingenio vel variari, presenti instrumento, sigillum meum videlicet Heinrici militis antedicti, cum sigillis prenotatis, quibus et nos Rinwinus et Hiltbrandus utimur in hac parte, cum propera non habeamus, duxi apponendum. Acta sunt hec in Camera domine Abbatisse prenotate, Anno domini MCCLXVI. III Kal. Junii. Indictione nona.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Vergl. B. 184. [3]) Uerzlinkon, Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Die drei Siegel, der Aebtissinn, des Rathes und des Ritters hängen.*)

202.

Aebtissinn Mechthild und Convent, Probst Heinrich und Kapitel und sämmtlicher Clerus von Zürich beschweren sich bei Bischof Eberhard und dem Domkapitel von Konstanz über die Schmähungen des Minderbruders Otto.

Zürich. 16. Juni 1266.

Venerabili patri ac domino. E.[1]) Dei gratia Ecclesie Constantiensis Episcopo . . Decano . . Thesaurario . . Scolastico totique capitulo eiusdem Ecclesie. M.[2]) Abbatissa suusque conventus, H.[3]) Prepositus et suum capitulum, ac universitas cleri ville Turicensis, subjectionem debitam et devotam. Filiorum est pii patris providentiam in suis necessitatibus et gravaminibus precipue inconsuetis specialiter et humiliter implorare. Igitur cum nos domum fratrum minorum in Turego et personas domus eiusdem hactenus dilexerimus, promoverimus, puro affectu et fideli effectu, sicut iidem non possunt diffiteri, frater cum Otto, eiusdem ordinis et domus, aliter quam suum ordinem deceat, et nobis expediat, tam in suis sermonibus quam alias adeo gravis est et iniuriosus, ordinem et honorem nostrum ac totius cleri pro posse vilificando, persequendo, latenter et patenter, quod dissimu-

lare salvis conscienciis et honore nostro ac tocius cleri non possumus, quin vestre benignitatis providentie lacrimabiliter exponamus. et per nuncios presencium exhibitores exponi faciamus. Precipue cum idem frater Otto malum malo accumulando. de novo dilectissimum nostrum Wel. [4]) plebanum Turicensis Prepositure, immo sanctissimos martires nostros et personas eorundem proxima die dominica tam in Ecclesia Turicensis Prepositure quam in predicatione habita ad domum minorum fratrum plurimis probris ignominiosis verbis, quantum in eo fuit, enormiter affecerit et impudenter in oprobrium ordinis clericalis et sui honoris detrimentum. vobis itaque provolutis genibus, querulosis vocibus suplicamus, unanimiter, humiliter et attente, quatenus huiusmodi malis et morbis celeriter obviando, consilium et auxilium efficaciter impendatis, alioquin non solum apud nos sed etiam per totam vestram dyocesin honor et libertas vilescet clericalis. Prenotata vero et cetera predictus plebanus et R. de Klotun concanonici nostri vobis de verbo ad verbum plenius declarabunt. Dat. Turegi. XVI. Kl. Julii. Indictione IX.

[1]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [2]) Mechthild von Wunnenberg. [3]) Heinrich Manesse. B. 170. [4]) Welcho, Chorherr der Probstei, und Leutpriester bis mindestens 1273. († 31. October 1282.)

Urk. bei Lindinner. (*Das Siegel des Capitels der Probstei hängt; diejenigen der Aebtissinn und des Probstes fehlen.*).

203.

Eberhard, Bischof von Konstanz, bestätigt ein Verkommniss des Chorherrenstiftes und der Minderbrüder in Zürich betreffend der letztern Einmischung in die Seelsorge.

Konstanz. 1. August 1266.

E. [1]) Dei gratia Constantiensis Episcopus. Omnibus in Christo fidelibus in domino karitatem. Divini cultus augmentum affectantes, vota religiosorum nostre dyocesis, favore debito prosequi cupimus, ut cum ad ipsos fidelium mentes in devotionem convertimus, ex hoc reverentia clero debita minui nullatenus videatur, set inter unius menbra corporis mutua karitas solidetur. Noverint igitur presentes et posteri quod mota questione super sepultura cuiusdam parochiani plebanatus Turicensis cum ex hoc inter Prepositum et Capitulum ipsius ecclesie ex una, et fratres domus minorum in Turego ex parte altera, orta foret discordia, et in aliis etiam eisdem disceptationibus per discretos viros. Ber. custodem. et magistrum Walchonem Ecclesie nostre Canonicum, a latere nostro missos ad inquirendum invenissent, aliqua correctione digna, et iidem pacem et quietem partium antedictarum provide cogitantes, prudentum consilio per viam compositionis concordiam pietatis studio procurantes ordinarunt unanimi consensu predictorum. quod verbis detractoriis sicut decet utrimque dimissis semper et exclusis que scandalum generant, ac bonum conscientie perturbant, fratres ipsi quemquam subditorum ipsius plebanatus, ad eligendum apud se sepulturam, per se vel per alias medias personas nullomodorum alliciant, aut invitent . . . . . [2]) non ex ambitione . . . . . [3]) quod absit aut aliquis eorum sue innitendo prudentie populum a consuetis elemosynis. tricesimis, remediis quocum-

que nomine censeantur presumat avertere, set potius ad ea et similia bona opera fideles studeat animare. Cavendum etiam addiderunt, ne fratres sepedicti divinum officium, a canonicis seu plebano peragendum, per suas predicationes aut alias operationes, populum occupando, aliquatenus impediant, in hoc capituli honestati cum mansuetudine deferendo. Set ne zelus spiritualium hominum ambigatur, equali pondere subsistere karitatis, cautius est adjunctum. quod ipsi Capitulum et Plebanus totusque Clerus Turicensis paupertatem fratrum ipsorum voluntariam, compassionis animo supportando, universos et singulos in concepta devotione confortantes eos frequentius exhortentur, ut de bonis sibi a Deo concessis, sepedictis fratribus, qui in commissis animarum curis ecclesiarum rectoribus propensius suffragantur, suas elemosinas curent liberius erogare. Et ut futuris temporibus, discordie materia et occasio litis excludatur conventum est, quod si casu quolibet emergat aliquid questionis, inter fratres et Capitulum antedictos, se invicem requirant cum modestia litem motam sopiendo, ne suadente hominis inimico subrepat cysma pacis et quietis inimicum. Vel saltim id ipsum ad superiorem sine quolibet odio et absque strepitu transferatur dirimendum. Nos autem tranquillitati predictorum et saluti paterna sollicitudine providentes, quod ab ipsis tam provide factum est ordinatum, unanimiter et statutum, ratum et gratum habentes, presentibus duximus confirmandum. Has literas sigilli nostri munimine roborando. Datum Constantie Anno domini MCCLXVI. Kal. Augusti. Ind. IX.

[1]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [2]) und [3]) Hier ist ein Wort nicht zu enträthseln. *Scheuchzer* liest: „*Item non ex ambitione suspecti quod absit*“ etc.

Urk. bei Lindimer. — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 587.

204.

Aebtissinn Mechthild verleiht dem Kloster Wettingen ein Haus in Zürich zu Erbe auf Begehren der bisherigen Erbbesitzer, Otto's, Leutpriesters von Kilchberg, und Rudolfs von Kilchberg.

Kloster Zürich. 19. August 1266.

Mecthildis [1]). Dei gratia Abbatissa Monasterii Turicensis, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus, noticiam subscriptorum. Solent gesta modernorum mandari publicis instrumentis, ut via precludatur posteris malignandi. Noverint igitur presentes et posteri, quod dilecti in Christo Otto plebanus Ecclesie in Kilchberch [2]) prope lacum Turicensem et Ruodolfus [3]) laicus dictus de Kilchberch, carnalis frater Heinrici dicti Chlevinner. domum suam sitam in Turego, prope portam ville superioris [4]), cum torculari in eadem domo et eiusdem domus area posito, monasterio nostro in duobus denariis annuo censualem, in manus nostras resignarunt, omni iuri in eisdem sibi competenti renunciantes libere et expresse. Qua resignatione et renunciatione facta, nos ad ipsorum preces eandem domum et aream cum torculari, reve-

rendis in Christo . . . Abbati et conventui de Wettingen et eorum monasterio, Cysterciensis ordinis, et prefate dyocesis, pro annua pensione. scilicet pro uno fertone cere ponderis Turicensis, singulis annis, in crastino post exaltationem sancte crucis persolvendo, de consensu conventus nostri et domini Jacobi Molendinarii militis, villici in Stadelhoven, concessimus perpetuo possidendam, usufructu dicte domus qui in vulgari dicitur Lipgedinge dicto Ottoni plebano in Kilchberch quamdiu vixerit remanente. In testimonium etiam rerum premissarum, videlicet resignationis, renunciationis, concessionis presentem literam antedictis, Abbati et conventui, sigillis, videlicet nostro, et predictorum Ot. plebani et Jacobi Militis tradimus patenter communitam. Acta sunt hec Anno domini M.CCLX.VI XIIII Kal. Sept. Indict. IX. Testes qui rogati interfuerunt, sunt, frater. Ar. quondam Dapifer de Habsburg. frater. Wern. de Richen. Fr. Uol. de Snabelburg. Fr. Uol. Trembilli conversi de Wetingen. Magr. H. plebanus sancti petri. Magr. Uol. dictus Wolfleipscho, Canon. Turicen. Heinr. et Hu. dicti Milcheli. Ruo. et H. dicti Herwegere de Zollinkon. Lu. et H. dicti Füzin. pellifices. et alii quam plures fide digni.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) und [3]) Der Decan von Kilchberg, Otto von Hottingen, und Rudolf, sein Neffe (B. 131)? [4]) „Auf Dorf“ in Zürich.

Archiv Wettingen. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Leutpriesters Otto hängen; dasjenige des Ritters fehlt.*)

205.

Aebtissinn Mechthild verleiht einen von Rüdger und Johannes Manez ihr hiefür übertragenen Weinberg in Riesbach dem Kloster Oetenbach.

Kloster Zürich. 1. September 1266.

Machthildis[1]) Dei gratia Turicensis Monasterii Abbatissa. Omnibus presentium inspectoribus notitiam rei geste. Noverint universi. quod dilecti in Christo. Roedegerus et Johannes fratres. dicti Manezen cives Turicenses. vineam quandam in Riespach prope ripam sitam. quam Uolricus de Hottingen eisdem rite tradiderat. ad manus nostras libere resignarunt. quam nos postmodum ad ipsorum preces. Conventui Sororum in Oetinbach legitime concessimus possidendam. Ita quod exinde pro censu unum denarium persolvant nostro Monasterio annuatim. In huius rei testimonium. ipsis Sororibus. tradimus presentem literam nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius rei sunt. Heinricus et Heinricus Brun. Heinricus de Curia. Uolricus de Chlotun. Cunr. de Wolrou. Milites. Hiltebrandus Marcius. Ruodolfus Martini. Hugo Milchelinus. Cives Turicenses. Acta sunt hec in curia nostra. Anno domini. M.CC.LXVI. Kal. Sept. Indit. VIII. [2])

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Richtiger: VIIII.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt.*)

206.

Aebtissinn Mechthild verleiht Güter in Ober-Affoltern, welche ihr zu diesem Behufe von Conrad Thya übertragen worden waren, an das Kloster Frauenthal.

Zürich. 18. September 1266.

Mechtildis [1]) divina permissione Turicensis Abbatissa. uniuersis Christi fidelibus presentium inspectoribus noticiam rei geste. Universitati vestre presentibus innotescat. quod cum dilectus noster Chuonradus dictus Thya. civis Turicensis. filias suas Guotam et Margaretam. in monasterium vallis sancte Marie [2]) ordinis Cysterciensis, Constantiensis dyocesis, collocasset. et ipse filie eundem ordinem et habitum recepissent, libere, voluntarie et expresse, ut ibidem summo regi Christo, et sponso fidelium animarum sue castitatis conservarent integritatem, placuit eidem Chuonrado, aliquas de suis possessionibus predicto monasterio vallis Sancte Marie donare et conferre, unde nobis supplicavit. quatinus curtim sitam in superiori Affoltre [3]), quam quondam bone memorie Uolricus dictus Trembelli civis Turicensis, a nobili viro, Uolrico de Regensperc, pro triginta duabus marcis, puri et legalis argenti ponderis Turicensis comparavit. sicut in instrumento super hoc confecto plenius edocetur [4]), et quam curtim idem Uolricus, Hemme nepti sue, uxori quondam predicti Chuonradi Thya libere contulit et donavit. de manibus ipsius Chuonradi Thya et liberorum suorum, Chuonradi, Ruodolfi. Mechtildis, Anne et Katherine, reciperemus. et eandem curtim, prefatis religiosis, iure hereditario concederemus, possidendam. Nos attendentes, ex hoc divini cultus honorem augmentari. ipsius Chuonradi Thya et liberorum suorum precibus, pium prebentes assensum. predictam curtim, de manibus eorundem, ipsis nobis voluntarie, libere et expresse resignantibus, recepimus. et prefatis religiosis, Abbatisse videlicet et Conventui monasterii vallis sancte Marie, pro annuo censu, videlicet uno denario Turicensi, nobis in festo sancti Galli persolvendo, concedimus et assignamus. iure hereditario perpetuo possidendam et habendam. Testes huius rei sunt. Reverendus in Christo. dominus Martinus Abbas Capelle. Chuonradus Monachus. Rudolfus conversus eiusdem loci. H. plebanus Abbacie Turicensis. Heinricus notarius noster [5]). Hugo Manezzo. Hugo Milcheli. Vol. Swalo. R. Bremegarton. cives Turicenses. et alii quamplures. In cuius rei testimonium, presentem litteram, sepedictis religiosis vallis sancte Marie tradimus. sigillo nostro patenter communitam. Datum Turegi, Anno domini M.CC.LXVI. XIIII. Kl. Octobris. Indictione nona.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Kloster Frauenthal, Kts. Zug. [3]) Ober-Affoltern, Bez. Regensberg, Kts. Zürich. [4]) Vergl. B. 149. [5]) B. 162. 165. 168. 210. etc.

207.

Aebtissinn Mechthild urkundet, dass ihr Höriger R. von Nordinkon sein Gut zu Rossau dem Kloster Engelberg tauschweise gegen ein solches in Nordinkon übergeben habe.

(Kloster Zürich.) 19. Juli 1268.

Universis presentem paginam inspecturis. M. [1]) divina permissione Abbatissa Turicensis inperpetuum. Ea que geruntur ne cuiusquam valeant inpugnari calumpnia ut litibus obvietur et quieti hominum consulatur scripture testimonio perennantur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum quod reverendi in Christo abbas [2]) et conventus montis angelorum predium suum situm in Nordinchon [3]) reddens annuatim. V. modios tritici et unum quartale mensure Turicensis. R. de Nordinchon servo monasterii nostri sueque uxori et liberis nostro ad hec accedente consensu pro predio sito in villa Rossowe [4]). tantundem reddens annuatim, permutando donarunt tradiderunt. Idem etiam R. cum uxore sua et liberis. Uol. et R. Berta. et Ita. eisdem abbati et conventui predium in Rossowe prelibatum permutationis titulo sine dolo et fraudis scrupulo donarunt tradiderunt libere quiete et pacifice possidendum perpetualiter. Preterea Wal. senior miles et H. filius suus et Wal. miles iunior confrater eiusdem de Yberc cesserunt omni iuri advocacie si quod habebant in predio Rossowe, et homagio quod dictus R. eis fecerat ratione predii Rossowe prelibati. Jus et homagium predicto predio Nordinchon inponentes eo modo quo poterat et debebat secundum petitionem R. suorumque liberorum ville prenotate et terre consuetudinem. Ad habundantem etiam cautelam idem R. de Nordinchon dictis abbati et conventui montis angelorum predium in Nordinchon quod ab eis permutationis titulo recepit obligavit ad X. annos eo titulo qui in wlgari dicitur ursaz si interea predium Rossowe coram quocumque iudice ipsis sententialiter fuerit ablatum vel minoratum. Eisdem de predicto predio per se et suos liberos warandiam, plenam et securam coram quolibet judice prestando, ipsi etiam abbas et conventus dicto R. de nordincon suisque liberis et successoribus permutationem premissorum bonorum sine dolo et qualibet captione se promiserunt ratam et gratam habituros pro se suisque successoribus, renunciantes utrimque in integrum restitucioni et omni rationi, exceptioni, consuetudini, edicto edito vel edendo, privilegio inpetrato vel inpetrando et omni favori legum et canonum et consuetudini feodorum per que vel per quod huiusmodi permutatio prediorum et homagii ratione advocacie vel quocunque modo inpugnari posset vel eciam revocari. In cuius rei testimonium et habundantem cautelam presens instrumentum nostri sigilli et dictorum abbatis et conventus montis angelorum et Wal. et Wal. de Yberc confratrum petierunt et obtinuerunt communiri utrique parti uno instrumento remanente. Dat. anno domini. M.CC.LX.VIII. XIIII. Kal. augusti. Indictione XI.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Walther II., Abt von Engelberg 1267—1276, aus dem Geschlechte von Cham. Vergl. *Versuch Engelberg. S.* 89. [3]) Nordinkon (jetzt: Notikon genannt), Kgde. Baar, Kts. Zug. [4]) Rossau, Kgde. Mettmenstetten, Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die wohlerhaltenen Siegel der Aebtissinn, Walthers »senioris« und Walthers »junioris» von Iberg, des Conventes und des Abts Walther II. von Engelberg.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Versuch Engelberg. S.* 150.

208.

Aebtissinn Mechthild verleiht ein von Guota Sender ihr hiefür übertragenes Gut in Boppelsen dem Kloster Oetenbach zu ewigem Besitz.

Zürich. 15. October 1268.

M. [1]) Dei gratia Abbatissa Monasterii Turicensis, omnibus Christi fidelibus presentem literam intuentibus, inperpetuum. Noverint universi, quod nos predium in Boppensol [2]) a domina Guota vidua relicta quondam Henrici Sender. civis Turicensis, bone memorie, ad manus nostras libere resignatum, religiosis in Christo . . . Priorisse et Sororibus conventus claustri in Oetenbach, ad preces dicte vidue, pro censu unius denarii, qui crastino Exaltacionis Sancte Crucis, annis singulis est ab eis nostro monasterio persolvendus, concessimus inperpetuum possidendum, tutoris dicte vidue. Henrici senioris Senders consensu ad hoc libere et legittime accedente. Testes qui adherant hii sunt. Henricus miles de Klotun. Johannes dictus Retro macellum. Werh. Biberlinus. Uolricus prope pontem. Burchardus dictus Rez. H. Sender. Cives Turicenses. Acta sunt hec in Turego Anno domini. M.CC.LXVIII. Idus Octobris. Indict. XII.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Boppelsen, Kgmde. Otelfingen Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt.*)

209.

Schiedsrichterlicher Spruch des Probstes am Grossmünster, des Pfarrers an der St. Peterskirche und des Scolasticus von Einsiedeln betreffend eine streitige Mauer zwischen dem Einsiedlerhofe und dem Fraumünster.

Zürich. 25. October 1268.

Universis hanc paginam inspecturis. Heinricus [1]) Prepositus. Heinricus plebanus sancti Petri Thuricenses, et Magister Rudolfus Scolasticus Heremitarum, noticiam subscriptorum. Orta lite inter reverendos in Christo Ulricum [2]) Abbatem Heremitarum ex una, et Mechthildem [3]) Abbatissam Thuricensem ex parte altera, super quodam muro sito ante domum [4]) ipsius domini Abbatis in Thurego, eodem domino Abbate asserente, eundem murum ad domum predictam pertinere. memorata vero domina Abbatissa asserente, ipsum murum ad cimiterium sui monasterii pertinere. Tandem in nos vallata pena decem marcarum extitit compromissum, et causa partis contravenientis penitus amissa. Nos circumstantiis omnibus inspectis, auditis etiam assertionibus vicinorum, communiter arbitrando, diffinimus, statuimus et ordinamus. quod iam dictus dominus Abbas in competenti structura eundem murum edificet, ita tamen quod nichil in ipso muro edificet, quod ultra murum emineat vel pre-

cellat in omnibus etiam ligneis structuris caveat quantum caveri potest, ne si incendium emerserit prenominato monasterio exinde periculum valeat generari. Datum Thuregi Anno domini M.CC.LX.VIII. VIII. Kal. Novembr. Indictione XII. In testimonium premissorum partibus duo paria litterarum tradimus sigillorum nostrorum munimine roborata.

[1]) Heinrich Manesse. B. 170. [2]) Ulrich II., Abt von Einsiedeln 1266 bis (11. August) 1277; ein Freier von Weneden. [3]) Mechthild von Wunnenberg. [4]) Dieses Haus, der alte Einsiedlerhof, im Jahr 1234 von dem Abte Anshelm von Schwanden erbaut (*Ann. Eins. Geschichtsfrd. I.* 150) stand an der Stelle des jetzigen Zunfthauses zur Meise. *V. A. Z. S.* 91. *Anm.* 260.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel des Probsts und des Leutpriesters bei St. Peter sind gut erhalten; von demjenigen des Scolasticus Rudolf hängt ein Bruchstück.*) — *Abgedruckt: Zapf. Mon. anecd. I.* 144. *Regest. d. Arch. d. Schw. Eidg. B. I. Heft I. nr.* 89. (*Auszug*). — *Abschriften: Haer. fol. CCIV. a. Doc. Abb. I.* 434.

210.

Aebtissinn Mechthild übergibt ihrem Schreiber, Heinrich von Rüti, anderthalb Juchart Acker im Thalacker, dass er daselbst einen Weinberg pflanze, der nach seinem Tode wieder dem Kloster zufällt.

Kloster Zürich. 2. November 1268.

Universis presentem paginam inspecturis. Mechtildis [1]) divina clementia Abbatissa totusque Conventus Monasterii Thuricensis, ordinis Sancti Benedicti Constantiensis Dyoceseos, noticiam rei geste. Juste agitur et pura fides observatur, si hiis, que sua grata servicia monasteriis fideliter impendunt, solatia fiunt et subsidia graciosa. Cum igitur Heinricus notarius noster, dictus de Rüti, monasterio nostro hactenus grata servicia impenderit, et adhuc majora studiose, fideliter et assidue impendere proponat. Nos utilitati nostri monasterii et sibi prospicientes unum jugerum et dimidium agri siti in campo qui dicitur Talacher [3]), cum via et itinere dicto agro necessariis, ei concedimus et concessimus sine dolo et fraudis scrupulo et qualibet captione, de unanimi libero et expresso consensu nostri Conventus. tantum quamdiu vixerit possidendum utendum et fruendum, nulli heredum suorum ipso cedente vel decedente in dicto agro aliquo jure permanente, sed libere nostro monasterio remanebit. dictus etiam Heinricus nobis promisit ex pacto, quod in eodem agro debet vineam plantare, plantatam utiliter et fideliter colere — sic quod utilitati nostri monasterii per huiusmodi vinee plantationem prospiciatur. ut autem premissa firma et rata permaneant duo paria instrumenta super hoc confecta nostro sigillo videlicet Abbatisse, quo et nos conventus utimur, fecimus roborari. uno instrumento sibi et reliquo nobis observato. Hii de conventu erant presentes. Willeburgis de Hagenbuch. Hedewig de Wunnenberg. Berchta de Tessen. Berchta de Chembtun. Berchta de Tüfen. et Elisabeta de Wezzinkon [3]). Bur. Plebanus de Altorf. Magister Ulricus dictus Wolfleibs et alii. Frater Ar. sacerdos de Capella dictus de Bruggethal. H. dictus Milcheli. Wal. filius suus. B. de Bas-

selstorf[4]). H. dictus Wollebo. Scolares. et alii quam plures. Actum Turegi in Stuppa nostra superiori. in commemoratione animarum. Anno Domini M.CC.LX.VIII. Indictione XII.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Der Thalacker, jetzt eine Strasse in Zürich. [3]) Zu diesen Namen vergl. B. 78. 96. 190. 199. [4]) Basserstorf bei Zürich.

Archiv Wurmsbach. (*Nach einer von P. Albert Zwyssig gütigst mitgetheilten Abschrift.*)

211.

Aebtissinn Mechthild verleiht einen Weinberg in Bendlikon, bisher Erbe des Heinrich Schurgo, auf dessen Bitte in gleichem Rechte an das Kloster Oetenbach.

Kloster Zürich. 18. November 1268.

M.[1]) Dei gratia Abbatissa Monasterii Turicensis, Universis Christi fidelibus presentem literam inspecturis, inperpetuum. Noverint universi quod nos vineam in Benchlinkon[2]) sitam, quam Henricus Schurgo a nostro monasterio iure possedit hereditario, pro annuo censu unius denarii videlicet, nobis libere resignatam, eodem iure ad preces ipsius. H. conventui Sororum in Oetenbach, concessimus possidendam. Ita quod ab eisdem Sororibus, dictus census crastino exaltacionis Sancte Crucis. nostro monasterio annis singulis persolvatur. Testes huius sunt, Henricus Bruno Miles. C. filius suus. Wernh. Biberlinus Burchardus dictus Lez. et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini. M.CC.LXVIII. In octava Martini. Indict. XII.

[1]) Mechthild von Wunnenberg. [2]) Bendlikon am Zürichsee.

Staatsarchiv Zürich. (*Ohne Siegel.*)

212.

Aebtissinn Mechthild von Wunnenberg bestimmt, dass die Lehen Zürcherischer Bürger vom Gotteshause auch auf Töchter übergehen können.

Kloster Zürich. Jahr 1256–1268.

»Das elich Tohtren dis Gotshuses erbent die lehen, diu ir vetter dar bringent von dem Gotshuse, ob da nit sunes ist.«

Wir der Rat künden allen, die disen brief sehent: das wir kamen für Eptischen Mechthilt von Wunnenberg und ir capitel mit andern dien burgern und baten die und vorderonten einen tag an si nach rechte und umb unser len reht, den tag gab si uns mit ir willen und ir capitels und nach rehter urteilde. Do der tag kam, do kam der Rat dar mit dien bürgern, und stuonden da mit für-

sprechen, und ward inen da mit rechter urteilde erteilt ane widersprache der lantlüte und der burger und der Eptischen und irs Capitels: das ein jelich elich tohter, diu des Gotshuses ist, diu lehen, diu ir vatter dar bringet von dem Gotshuse, erben sol, ob da suns nit ist. Da von setzen wir mit gemeinem Rate, gunst und willen aller der burger: Ob dehein burger über disiu reht dasselbe len empfinge wider dien tohtron, daz der an die veste geben sol zehen march, und darnah je ze vier zehen nehten zehen pfunt, untz er den kinden den selben krieg abe geneme, und sol der Rat bi dem eide dar zuo gebunden sin, das selbe guot ze nemmene und nit ze lazzene. Und swie sich der selbe da wider sezten wollte, swer demselben dar zuo hulfe ald riete, der ist schuldig der selben buoze, und ist dar zuo meineide. Und sol der rat bi dem eide den selben kleger schirmende sin vor dien burgern und vor dien landlüten.

Archiv für Schweizergeschichte. 1843. V. 214. (*Der Richtebrief der Burger von Zürich h. von Friedrich Ott.*)

213.

Vertrag des Probstes und der Abtei Zürich, wonach zwischen ihren Weinbergen in Signau keine Bäume, Weiden oder andere Schattenpflanzen gepflanzt werden sollen.

Zürich. (Vor der Wasserkirche.) 1. März 1269.

Universis presentium inspectoribus. H.[1]) Prepositus ecclesie Turicensis. H. plebanus monasterii Turicensis. magister Ul. dictus Wolfleipsch. et H. dictus Manezze. Canonici eiusdem monasterii. Notitiam subscriptorum. Notum sit universis presentem paginam inspecturis quod nos Prepositus nostro commodo. Nos vero Heinr. plebanus. magister Ul. et H. dictus Manez cupientes utilitati nostri monasterii providere. de consensu Chunradi dicti ministri[2]) taliter ordinavimus et statuimus. ut inter vineam nostri videlicet prepositi et nostri monasterii vineam. sitas in Sigenou[3]). in qua dictus minister habet quamdiu vixerit usufructum. de cetero, per nos nostrosque successores non debent arbores vel salices vel aliquid plantari, per cuius umbram vinee ambe, vel una earundem possit deteriorari vel aliqualiter damnificari. In cuius rei testimonium duo instrumenta paria conscribi fecimus. utrique parti uno remanente, sigillis nostri videlicet Prepositi. H. plebani. magistri Ul. et H. dicti Manezzin. roborata. Testes qui hiis interfuerunt sunt H. dictus Kurwesi. Waltherus dictus de sancto Petro et dictus Goltschalch et alii quam plures. Acta sunt hec ante capellam que dicitur aquatica in Turego. Anno domini M.CC.LXVIIII. Kal. Marcii. Indict. XII.

[1]) Heinrich Maness. B. 170. [2]) Wegen des Ammanns Konrad s. B. 162. 192. [3]) Siehe ebendaselbst.

Stadtarchiv Zürich. (*Drei der genannten Siegel hängen; dasjenige des Leutpriesters H. der Abtei fehlt.*) — *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 438. *Sch. C D. nr.* 608.

214.

Ritter Jacob der Mülner verkauft die als Lehen von der Abtei besessene Hube zu Wiedikon an das Kloster Seldenau, und bestellt Geiseln für Auswirkung der Genehmigung durch die Aebtissinn.

Zürich. 21. März 1270.

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Jacobus Molendinarius [1]) miles Turicensis noticiam rei geste. Successus temporum, varietas casuum, preclarorum oblivio cogunt et ammonent facta preteritorum transmitti ad noticiam posterorum. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod ego cum consensu et voluntate R. et R. filiorum meorum sponte et sine omni dolo et fraude possessiones meas sitas in Wiedinkon [2]) dictas die alte Huba, quas a monasterio Turicensis Abbacie iure hereditario possedi hucusque, cum agris, pratis, nemoribus, pascuis, cultis et incultis, aqueductibus et eorum usibus religiosis in Christo Abbatisse et Conventui Sororum in Seldenowa [3]) prope Turegum vendidi et tradidi pro decem et octo marcis argenti examinati ponderis Turicensis, quod in presentibus confiteor persolutum, adhibita et observata omni sollempnitate et cautela, que in huiusmodi de jure vel consuetudine terre debent et consueverunt observari, libere et pacifice perpetualiter possidendas. Et ne dicta Domina . . . Abbatissa et suus Conventus per me valeant aliquatenus defraudari. eis fidejussores et obsides dedi, me videlicet et R. filium meum, Ul. Florem, Ul. in Turi . . . [4]) cives Turicenses, ut cum Abbatissa Turicensis plenam et quietam possessionem sue Abbacie adepta fuerit ipsa vendicionem predictam et resignationem meam ratam habebit, eis predictas possessiones iure hereditario concedendo. Si vero hoc procurare neglexerim, ego cum predictis meis coobsidibus et fidejussoribus super eodem monitus, post unum mensem a tempore monitionis nos in obstagio secundum consuetudinem Turicensem ponemus, inde non recessuri, donec predicta concessio ratificabitur per Dominam nostram Abbatissam Turicensem, et si unus obsidum medio tempore decesserit, reliqui moniti ad obstagium se ponent, quousque eque bonus substituetur. In cuius rei testimonium presentem literam sepefatis . . . Abbatisse et Conventui in Seldenowa trado, sigillis Consulum Turicensium et meo patenter communitam. Nos Consules Turicenses, quorum hec sunt nomina. H. de curia. R. de Glarus. Jo. Manesso. Rü. et Wer. Bibri. R. an dem Stege, H. de Clotun, milites. Ul. in foro. Jo. Pistor. Jo. Schafli et Willo, quia premissis interfuimus, presentem literam nostro patenti sigillo sigillamus. Testes etiam hiis interfuerunt. Frater H. de Zollinkon. R. de Basceldorf, Hartlieb, R. de Spiegelberg. H . . . Uri, Ul. Cocus. C. de Heinsche et C. Snetzer et alii quamplures. Actum Anno Dom. M.CC.LXX. XII. Kal. April. Indict. XIII.

[1]) Vergl. B. 90. 104. [2]) Wiedikon bei Zürich. [3]) Seldenau. Vergl. B. 151. [4]) In Turri?

Scheuchzer Cod. dipl. nr. 614. a.

215.

Eberhard, Bischof von Konstanz, dotirt mit einem Theile der Einkünfte der St. Peterskirche in Zürich ein neu geschaffenes Kirchenamt (Plenarier-Amt) am Fraumünster; dieses Amt nebst Pfründe wird dem Leutpriester Heinrich in Kilchberg verliehen.

Zürich. 26. und Konstanz 30. August 1270.

E. [1]) Dei gratia Episcopus Constantiensis. Omnibus Christi fidelibus presentium inspectoribus. Salutem in domino. Cum iure communi dyocesanis data sit potestas, ut ex causis certis unire dividere parrochiales ecclesias et statuere in conventualibus ea que sunt tam ordinis, quam iurisdictionis, prout evidens exposcit utilitas et urgens necessitas, adhibito consensu eorum quorum interest, possint. Scire volumus universos, quod nos ad petitionem Reverende in Christo E.[2]) Abbatisse totiusque conventus Monasterii Thuricensis vacante ecclesia sancti Petri, receptaque resignatione in manus nostras cure eiusdem ecclesie, cuius ius patronatus ad idem monasterium spectare dinoscitur, cum ecclesia ipsa tantis reditibus habundaret, ut non diminuto in ea cultu divino officium ad honorem dicti monasterii, in quo defectum paciebatur, statui posset, de consensu nostri Capituli necnon dicte Abbatisse et sui Conventus subscriptos reditus: videlicet omnes dotes et decimas in Altsteten[3]), et novalia que nunc sunt ibidem, exceptis futuris novalibus, que sunt computata ad septuaginta unum frustum. Item dotes et decimas omnes in Ringlinkon[4]) et Uitinkon[5]) que sunt estimate ad decem et septem frusta. Item dotem in Wiedinkon[6]) que cum vineis in Seldenowe et in Woloshoven[7]) quas colit.. dictus Walchiner. et vinea Honrein[8]) quam colit Wernherus residens ibidem sunt estimati ad triginta frusta. Item duo frusta de decima an dem Stalden.[9]) superfluo ibidem an dem Stalden Ecclesie sancti Petri remanente. que sicut premissum est omnia computata sunt ad centum et viginti frusta. — Reliqua vero omnia prenotata, sive decrescant vel crescant, prebende a nobis et dicta Abbatissa et conventu ordinate remanebunt, exceptis novalibus in Altsteten, que si crescunt ipsarum decime ad dictam Ecclesiam sancti Petri de iure communi pertinebunt — in prebendam perpetuam eidem officio deputamus. statuentes ut quicunque in dicta prebenda institutus fuerit plenarium ad latus Abbatisse, que nunc est vel pro tempore fuerit, in solitis processionibus per se vel per alium deferat, in hoc de ipsa prebenda reverentiam Abbatisse dicti monasterii exhibendo. Porro, merita H. plebani in Kilchberg prope lacum Thuricensem considerantes, concessa nobis a dictis Abbatissa et conventu potestate, cum hoc habito consilio iurisperitorum sine cuiuslibet preiudicio fieri possit, specialiter autem illorum, pro quibus scriptum est ad prefatum monasterium super beneficiis vacantibus, cum non possit dici vacare quod nunquam fuit, sed auctoritate permissa statui possit de novo officium, predicto H. plebano idem officium cui annexa est prebenda cum reditibus pretaxatis conferimus, et ipsum de eadem in domino investimus. Nolentes in posterum ex collatione huiusmodi vacante dicta prebenda preiudicium Abbatisse dicti monasterii generari, sed ut ipsa dictum officium cum prebenda sic stastuta, tempore se offerente, nullo ad ipsius conventum circa collationem eandem habito respectu, cui maluerit conferat et potestatem habeat conferendi. In cuius rei evidentiam ut statuta premissa in posterum infringi non valeant, presens instrumentum loco privilegii conscribi fecimus ad petitio-

nem Abbatisse et conventus predictorum et sigillis tam nostro quam capituli nostri, necnon ipsius Abbatisse quo etiam conventus utitur fecimus communiri. Testes sunt hii. Waltherus decanus. Berch. Thesaurarius. Burch. Scolasticus. Ruprechtus de Tannenvels, Canon. maioris ecclesie Constantiensis. Frater Alexander lector predicatorum in Constantia. Frater Eberhardus confrater suus. C. cellerarius sancti Stephani. Magister C. quondam offic. H. notarius domini Episcopi Constantiensis. Albertus Tociller Canon. sancti petri auge maioris[10]). Magister H. de Vilingen. H.[11]) prepositus Thuricensis. H. prepositus Imbriac. Wel. plebanus Thuricensis. Magister Ulricus dictus Wolfleipsche. Nicolaus Tya. Canon. Thur. H. plebanus monasterii Abbacie Thur. Jo. de Wecinkon. Hermannus de Bonsteten Nobiles. Jacobus Molendinarius. R. et Jo. Manezzen. Burch. de Hottingen. Rudolfus et Wernherus Castores. Ulr. Bumbiler. Rudolfus de Clarona. milites. et alii quam plures. Actum Turegi. VII. Kal. Sept. Anno domini M.CC.LXX. Indict. XIII. Datum Const. II Kal. Sept. eiusdem anni et Indict.[12]).

[1]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [2]) Elisabeth von Wezikon. [3]) Altstetten, [4]) Ringlikon, [5]) Uitikon, [6]) Wiedinkon, und [7]) Wollishofen, alle in der Nähe von Zürich gelegen. [8]) Honrein, und wahrscheinlich auch [9]) Stalden, Namen von Gegenden in der Gemeinde Wollishofen. [10]) Augia major, Reichenau. [11]) Heinrich Manesse. B. 170. [12]) Eine Bestätigung dieses Erlasses von Bischof Eberhard durch seinen Nachfolger Rudolf (von Habsburg-Laufenburg) s. unten B. 244.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel des Bischofs, des Domkapitels Konstanz und der Aebtissinn in Zürich. Letzteres, eiförmig, zeigt die beiden Heiligen in ganzer Figur unter zwei durch eine Mittelsäule getragenen Spitzbogen, die sich nach aussen an den Perlenrand des Siegels stützen; oberhalb einen Stern, unter den Heiligen das Brustbild einer betenden Nonne. Die Umschrift: S. ELYSABET. DI. GRA. ABBISSE. MON. TVRICEN.*) — *Abschriften: Doc. I.* 442. *Sch. C. D. nr.* 614. *Dürst. Mscr. E.* 14.

216.

Burchard, Pfarrer von Altorf, vergabt sein Haus »apud ostiolum quod in vulgari dicitur in dem Münsterhofe», Erbe von der Abtei, dem Kloster Capell.

Zürich. 23. October 1270.

Universis presentem paginam inspecturis. Elisabeth[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis ordinis Sancti Benedicti Constantiensis Diocesis in perpetuum. Ea que geruntur ut firma et illibata permaneant et nullius possint tergiversari calumpnia, ne lites efficiantur immortales, scripture testimonio roborantur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod Burchardus Sacerdos incuratus Ecclesie de Altorf domum suam[2]) cum areis ad eandem pertinentibus sitam apud ostiolum quod in vulgari dicitur in dem Münsterhove, quam comparavit a Hugone seniore dicto Manezzen et Hugone et R. et Margareta ejusdem liberis, assumpto sibi advocato prout moris est clericorum Hugone dicto Milchlin, suo consanguineo, et a nostro monasterio jure hereditario pro annuo censu unius denarii monete Thuricensis in exaltatione S. Crucis annuatim persolvendo legitime possidebat, in remedium anime sue necnon parentum suorum, accedente nostro consensu et Conventus tam dominarum quam Canonico-

rum secularium nostri monasterii et dicti advocati sui libero et expresso, monasterio de Capella ordinis Cysterciensis eiusdem dyoceseos contulit, tradidit et donavit, voluntarie sine dolo et fraudis scrupulo, adhibita omni solempnitate que in talibus donationibus de jure vel consuetudine adhiberi consuevit et debuit, quiete et pacifice pro eodem censu predicto festo persolvendo jure hereditario perpetualiter possidendam. Renuncians pro se suisque heredibus et ceteris successoribus in integrum restitutioni, omni actioni, exceptioni, consuetudini, officio judicis, edicto edito vel edendo, privilegio impetrato vel impetrando et omni favori legum et canonum, per que hujusmodi donatio pia impugnari posset vel aliqualiter revocari, Ea conditione adjecta, ut si dicti loci Abbatem et Conventum, qui nunc sunt aut pro tempore fuerint, eandem domum et areas contingeret a suo monasterio vendere, donare, permutare, vel quocunque titulo alienare, prelibata domus et area debent cedere monasterio Abbatie nostre integraliter et libere perpetualiter possidenda, sine omni contradictione et reclamatione Abbatis et Conventus de Capella. Testes sunt hii M. Abbas de Capella, Rudolfus portarius monachus et sacerdos ejusdem domus. Henricus plebanus monasterii nostri. Heinricus Manezzo Sacerdotes, Magister Uolr. dictus Wolfleipscho, et Heinricus Marcius Canonicus ibidem. Heinricus dictus de Rüti noster notarius.[3]) Berchta de Tessen. Berchta de Tiufen, Hedewigis de Wnnenberg, Berchta de Chemthon, ... de Trachsilwalt, ... de Granzen[4]) nostre Sanctemoniales. Uolr. nobilis de Rusegge, Hermannus de Bonstetten, nobiles, milites. Walter dictus de Sancto Petro, Hugo Milchli, Johann de Torlinkon, Walter minister noster et alii quam plures. In premissorum vero testimonium ad habundantem cautelam presens instrumentum duplicatum sigilli nostri munimine, quo et conventus utuntur quum proprium non habeant et Henrici[5]) Prepositi Turicensis honorandi in Christo supradicti Abbas de Capella et incuratus de Altorf petierunt et obtinuerunt roborari. Datum Turegi X Kalendas Novembris. Anno Domini MCCLXX. Indictione XIIII.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Der jetzt noch so genannte „Capellerhof" in Zürich. [3]) Siehe B. 162. 164. 168. 206. 210. 218 etc. [4]) Zu diesen Namen vergl. B. 78. 96. 190. 199. 210. Die fehlenden Taufnamen der beiden Conventsfrauen von Trachselwald (Kts. Bern), Anna, und von Granson (Kts. Waadt), Margaretha, ergeben sich aus den erhaltnen Auszügen des Jahrzeitbuchs der Abtei. S. Anmerk. 58. des Ersten Buches. [5]) Heinrich Manesse. B. 170.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Probstes von Zürich hängen.*) *Abschriften: Doc. Abb. I.* 457, *Sch. C. D. nr.* 615. — *Abgedruckt im Auszuge: Hott. Spec. tig. helv. pag.* 280. *Reg. der Arch. der Schw. Eidg. B. I. Heft.* 4. *nr.* 99.

217.

Die Aebtissinn verleiht: 1) Reben in Mörishalden an Ulrich von Stadelhofen, dessen Bruder H. und an Hiltbold Manger; 2) die Mühle in Rümlang an Rudolf, den Müller daselbst; 3) Güter in Roche(?) an R. und R. Ower.

1) Im Februar 1271.

Ulricus dictus de Stadelhofen et H. frater suus et eorum heredes solvant annuatim de vinea sua in Morishalden[1]) III urnas albi vini II et urnas rubei de eodem quod crescit ibidem. Hs. Bröthi et D. de Stadelhofen fidejusserunt ad triennium pro bona cultura. Actum anno domini MCCLXXI. Mense Februario.

Domina Abbatissa [2]) concessit Ulrico famulo quondam Peregrini [3]) vineam suam in Morishalden pro medietate vini et debet sibi dare VI lib., de fimo tantum quod VI naves possent onerari, in primo anno mediam partem lignorum que ad culturam vini indiget. Debet et ibidem construere domum sibi competentem et annuatim dare I plaustrum feni et I straminis. Idem vero Ulricus debet annuo dare ad culturam dicte vinee X plaustra fimi et debet eandem vineam habere in bona cultura et pro his peragendis B. Brothi et R. am Ro ad V annos se fidejussoria cautione dicte Abbatisse et monasterio firmiter obligarunt. Dictus etiam U. debet habere tertiam partem bonorum seu novalium in Stokke in adjutorium culture dicte vinee quamdiu eam possidet. Sic dictum est.

Hilboldus Mangere et sui heredes solvunt annuatim de vinea Morishaldun III. urnas albi vini et I urnam rubei de eodem. quod crescit ibidem. Ad hec B. Brothi et Ul. dictus de Stadelhofen pro bona cultura monasterio nostro se ad terminum fidejussoria cautione firmiter obligarunt. Actum anno MCCLXXI. Mense Februario.

2) Im März 1271.

Anno domini MCCLXXI. Mense Martio. molendinum in Rummelanc concessum est R. molendinario ita ut per triennium possideat sine censu, postmodum vero idem R. annuatim X quartalia tritici debet persolvere de molendino supradicto.

3) Im März 1271.

Eodem mense Martio mansus in Roche [4]) concessus est R. et R. dictis Ower ita ut denarios pecorum et ovium annuatim solvant usque ad terminum, deinde usque ad sex annos annuatim VI modios tritici cum denariis premissis solvent. Illis autem sex annis peractis annuatim tenentur solvere VIII modios tritici cum denariis prenotatis, et sic istum mansum iure hereditario possidebunt.

Eodem anno et mense bona dicti Herri [5]) et bonum quod dicitur Cymberlen [6]) concessum est C. dicto Ower jure hereditario possidendum, ita ut per tres annos annuatim X quartalia tritici et eosdem denarios, postmodum vero annuatim IIII modios tritici debeat persolvere cum denariis supradictis.

[1]) Mörishalden. Wo? [2]) Elisabeth von Wezikon. 3) „Bilgeri", ein altes bürgerliches Geschlecht in Zürich. [4]) und [5]) Wo? In Uri? [6]) Zimmermanns-Lehen?

Doc. Abb. VII. 742 u. ff. (*Aus einem alten: Census bon. mon. Thur.*)

218.

Ulrich Blum verkauft eine Hube im Sihlfeld um vierzig Mark dem Kloster Seldenau unter Ueberbindung eines Wachszinses an die Abtei und unter dem Siegel der Aebtissinn und des Rathes.

Kloster Zürich. 30. Mai 1271.

Universis presencium inspectoribus, Uolricus Flos [1]) civis Thuricensis, noticiam rei geste. Cum omnia sint hominum tenui pendencia filo et subito casu que valuere ruant, dignum censetur, ut ea que geruntur in tempore, ne ex lapsu et casu ipsius temporis et hominum ad modum umbre quo-

modolibet evanescant, scripture testimonio roborentur. Noverint igitur quos nosse fuerit opportunum, quod mansum meum an dem Silvelde cum omnibus pertinenciis suis vendidi et tradidi, vendo ac trado, cum omni effectu, honor. in Christo.. Abbatisse et Conventui in Seldenowe[2], Cisterciensis ordinis, pro quadraginta marcis legalis argenti, ponderis Thuricensis, in meam, uxoris et puerorum mei evidentem utilitatem conversi, jure hereditario sub annuo censu, videlicet quarta parte libre cere ponderis predicti loci monasterio Thuricensis Abbacie persolvenda, festo sanctorum martirum Felicis et Regule. Et ut premisse vendicio et tradicio a me et meis heredibus non retractentur, renuntio pro me ac pro eisdem heredibus, juris, consuetudinis, constitutionis municipalis, papalis gracie seu indulgencie, officii judicis cuiuscunque, restitutionis in integrum, et tocius adminiculi beneficio, per quod materia retractationis predictorum posset inveniri. Et in huius rei testimonium presentem literam sigillis Domine mee Elizabethe[3] Thuricensis et Consulum dicti loci trado antedictis Abbatisse et Conventui in Seldenowe patenter communitam. Acta sunt hec in Stuppa domine Abbatisse Thuricensis, presentibus Heinrico plebano ipsius monasterii, Burchardo de Altorf, Heinrico Notario[4] eiusdem Abbatisse, Uolrico dicto Rümbeli, Heinrico dicto Churwesin, Rodolfo et Wernhero fratribus dictis Wellen, Walthero de Sancto Petro, Heinrico vor der Mezie, Johanne dicto Bochs, Hugone dicto Milcheli, et Wernhero dicto de Badin, ac aliis specialiter vocatis et rogatis ad hec. Anno Domini M.CC.LXXI Sabbatho ebdomade pentec. Indict. XIIII.

Nos Elizabetha et Conventus Thuricensis predictis vendicioni et tradicioni liberum et expressum adhibentes consensum, communi consensu tractatu speciali prehabito non semel sed multotiens, sigillum mei videlicet Abbatisse, quo et nos utimur nomine Conventus, huic littere apposuimus. Nos Consules Thuricensis oppidi ad instantem peticionem dictarum partium, ex certa scientia nostrum sigillum huic carte duximus appendendum. Anno Domini die et Indict. prenotatis.

[1]) Ulrich Flos, oder „Blum", aus dem Geschlechte des Probstes Wernher Blum. B. 88. [2]) Kloster Seldenau. B. 151. [3]) Elisabeth von Wezikon. [4]) B. 162. 165 u. f.

Spitalarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Rathes hängen.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 618 *b*

219.

Herr Heinrich aus dem Hofe, Ritter, überträgt der Abtei das Eigenthum zweier Güter in Hedingen und Bercheim, unter Vorbehalt des Erblehenrechts, welches er mit Bewilligung der Aebtissinn an das Kloster Frauenthal verkauft.

Kloster Zürich. 29. Juli 1271.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Heinricus Miles civis Thuricensis dictus de Curia[1], Constantiensis dyocesis, affectum karitatis. Noverint quos nosse fuerit opportunum. quod ego proprietatem duorum prediorum meorum. videlicet predii mei, quod situm in Hedingen[2], dictum Zurichguot, solvit annuatim sex frusta et dimidium, et predii mei siti in Obrun Berchein[3] quod, dictum daz guot in dem hove, solvit annuatim tria frusta et dimidium, in manus honorabilis domine

mee Elizabethe [4]) Abbatisse monasterii Thuricensis, predicte dyocesis, publice ac legitime resignavi. Jure hereditario mihi reservato. tali conditione. ut de ipsis duobus prediis et ipsorum proprietate, eidem monasterio Abbatie Thuricensis in festo sanctorum martirum Felicis et Regule annuatim solvantur duo denarii monete Thuricensis usualis. Predicta quoque duo predia de auctoritate et consensu eiusdem domine Abbatisse dilectis in Christo. Ite Abbatisse et conventui sororum in Vrowental [5]). Cysterciensis ordinis, sepedicte diocesis, pro decem et octo marcis puri et legalis argenti ponderis Thuricensis legitime vendidi, tradidi, warandiam ubicunque et quandocunque necesse fuerit legitimam super eisdem prebiturus. salva in perpetuum monasterio Abbatie Thuricensis duorum denariorum in signum proprietatis annua pensione. predictas etiam decem et octo marcas argenti recognosco et presentibus confiteor et protestor, mihi a prenotatis Abbatissa et Conventu esse pleniter persolutas. Et in huius venditionis, traditionis evidentiam sepedictis Abbatisse et sororibus et earum monasterio trado presentem litteram sigillis iam dicte domine Elizabethe Abbatisse, et consulum Thuricensium, et meo, patenter communitam. Acta sunt hec Thuregi in domo Abbatisse. presentibus quorum hec sunt nomina. Heinricus clericus notarius [6]) iam dicte Abbatisse. Hugo dictus Milcheli. Ruodolfus dictus Phungo. Chuonradus Burdiner. Heinricus et Fridericus fratres dicti Stageln. Wernherus Thya. cives Thuricensis, Anno domini. M.CC.LXXI. Octava Marie Magdalene. Indictione XIIII.

Nos Elizabetha prenotata Abbatissa prenotata predya, quorum venditionem, traditionem de nostra auctoritate factam recognoscimus, et approbamus. antedictis Abbatisse et conventui sororum in Vrowental et earum monasterio hereditario iure ab ecclesia nostra sub prenotato censu concedimus perpetua littera possidenda. In testimonium premissorum nostrum sigillum presentibus apponi faciendo.

Nos predicti Consules quorum hec sunt nomina. Jacobus Molendinarius. Burchardus de Hottingen. Dietlo. Wernherus Castor. Reinhardus dictus de Clotun, Milites. Hugo dictus Manezzo. Ruodolfus Willo. Ruodolfus Chrieg. Uolricus Trueber. Chuonradus Thya. Heinricus Churwesi. Wernherus Biberli cives Thuricenses, ad petitionem predilecti concivis nostri Heinrici Militis antedicti, cuius venditionem in hac parte legitimam scimus et iustam, nostrum sigillum presentibus apponi facimus et appendi. Anno domini die et Indictione prenotatis.

[1]) „de Curia“, oder: „aus dem Hofe“, auch „im Hofe“, ein bürgerliches Geschlecht in Zürich. Der Ritter ist 1252 bis mindestens 1282 im Winterrathe. Siehe zum Beispiel in B. 129. 131. 137. 162. 195. 214. 223. 225. 230. (Also nicht: „von Cur“.) [2]) Hedingen, Kts. Zürich. [3]) Ober-Berken, Kts. Aargau. [4]) Elisabeth von Wezikon. [5]) Kloster Frauenthal, Kts. Zug. B. 105. [6]) B. 162. 165 u. f.

220.

Aebtissinn und Convent weisen mit bischöflicher Genehmigung der Kämmererinn der Abtei, Frau Bertha von Tüfen, statt der Einkünfte von Häusern am Fischmarkt in Zürich, welche verkauft werden, andere Einkünfte an.

Kloster Zürich. 24. October 1271.

Universis presentium inspectoribus. Elysabetha [1]) Dei gratia Abbatissa totusque conventus monasterii Turicensis, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyoceseos, noticiam rei geste. Licet novitatis

plerumque sit reprobanda mutatio, illa tamen, que maioribus malis potest suis occurrere remediis, sincere discretionis opera non odiosa potest aliquomodo iudicari. Cum itaque dilecte in Christo Berchte de Tüfen [2]) sanctimoniali monasterii, camerarie nostre, ad officium suum, camere videlicet, certos reditus constituerimus, inter quos domus monasterii nostri site in foro piscium eidem fuerant deputate, ut in instrumento ex hoc confecto plenius continetur, et ob necessitatem evidentissimam, debita videlicet, nostri monasterii possessiones aliquas vendere compellamur, pensatis omnibus diligenter circumstantiis non invenimus nec invenire potuimus inter omnes dicti monasterii possessiones, quas cum maiori commodo et utilitate vendere possemus. Unde cum magna precum instantia apud dictam camerariam obtinuimus, ut venditionem dictarum domorum fieri permitteret eique suum preberet consensum, refusis seu reassignatis eidem reditibus istorum vice redituum qui sex libras monete Turicensis ascendebant in duabus scopossis que Stromeiers vocantur, quas idem Stromeier [3]) iure hereditario possidet, et de eis nobis V. modios tritici et II. quartalia consuevit persolvere annuatim; item predio quod Cholbenthal [4]) vocatur de quo VI. modii tritici nobis annuatim persolvi consueverunt. Item predio quod dicitur Gerute, de quo VIII modii tritici nobis persolvebantur annuatim. Item predio nostro sito Mulihaldun [5]), quod possidet Ulricus dictus Bernolt, de quo II quartalia tritici persolvi deberent annuatim. Hec coniuncta in universo ascendunt annuatim XX frusta mensure Turicensis. Et sicut dicta Berchta pro tempore vite sue in predictis domibus facultatem habuit instituendi, destituendi, locandi et ordinandi, idem ei concedimus et constituimus in premissis reditibus nunc ei assignatis. Et ut hec non valeant in posterum infringi seu violari, premissa rata habere et non contravenire quocunque casu, nos astringimus et obligamus fide data nomine iuramenti. Dantes eidem Berchte presens instrumentum, sigillis venerabilis patris nostri. E. [6]) Dei gratia. Episcopi Constantiensis necnon capituli eiusdem loci, nostro, et H. plebani nostri monasterii patenter communitum. Nos E. Dei gratia Episcopus Constantiensis predictam permutationem seu redituum assignationem quam in utilitatem predicti monasterii cognovimus attemptatam auctoritate ordinaria confirmamus. Nos etiam capitulum Constantiense ad maiorem rei firmitatem sigillum nostrum huic littere duximus appendendum. Ego quoque plebanus ad preces tocius Conventus dicti monasterii, qui sigillo meo in hac parte uti voluerunt duxi apponendum. Acta sunt hec in stupa nostra superiori. IX. Kal. Novemb. Anno domini M.CC.LXX.I. Indictione XV. Testes sunt hii. Magister H. de Rosseberg. H. Notarius noster [7]). Her. de Bounstetten. Jo. de Wezzinkon. Nobiles. Ja. Molendinarius. Ru. Manezzo. milites. Hug. Milcheli et alii alii quamplures.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) B. 96. u. a. m. [3]) B. 144. [4]) Kolbenhof am Uetliberg. [5]) Mühlihalden bei der Stadt Zürich. [6]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [7]) B. 162. 165 u. f.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängt das Siegel der Aebtissinn, die andern fehlen. — Abgedruckt: N. C. D. nr.* 1010. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 458. *Sch. C. D. nr.* 618.

221.

Probst Heinrich von Klingenberg und Capitel in Zürich verpflichten sich, verschiedene Stiftungen ihres Sängers, des Magister Konrad von Mure, zu Gunsten der Abtei Zürich, des Spitals daselbst, der Armen an der Sihl, der Augustinerklöster auf dem Zürichberg, sowie des Chorherrenstifts Zürich selbst, getreulich zu erfüllen.

Probstei Zürich. 16. November 1271.[1]

Heinricus prepositus dictus de Chlinginberch[2], totumque capitulum ecclesie Turicensis, Constantiensis dyocesis, universis presentium inspectoribus notitiam subscriptorum. Facta hominum per diversas mutationes temporum et personarum de facili transeunt, nisi scripture testimonio ad noticiam posterorum fideliter transmittantur, quia tempora volvuntur tacitisque senescimus annis. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod dilectus in Christo magister Chuonradus, primus cantor in ecclesia nostra Turicensi, dictus de Mure, anno domini Mill.CC.LVIII. festo Philippi et Jacobi apostolorum. data nobis ad emptionem quorundam prediorum, tam in Rieden[3] et Altsteten[4] quam alias pecunia competenti, de consilio et consensu predecessoris nostri Ottonis bone memorie prepositi dicti Manezzen et capituli nostri, et postmodum anno domini M.CC.LXV. vigilia Jacobi apostoli. Indict. octava, sub Heinrico bone memorie preposito dicto Manezzen per quandam Innovationem, sue et suorum parentum saluti prospiciens, in capitulo nostro taliter ordinando statuit ordinavit statuendo, ut in festo beati Martini camerarius noster de nostro granario claustrali honorabilibus in Christo Abbatisse et suis, videlicet Conventui ordinis sancti Benedicti et septem canonicis secularibus ipsius Abbatie in Turego, unum modium tritici ad simulos, pauperibus in Sila unum modium tritici, pauperibus hospitalis intra muros unum modium tritici persolvat annuatim. Et eadem die cantori, qui pro tempore fuerit, de pistrina Abbatie unus simulus dari debet. Et de simulis istis nec domina Abbatissa, nec plebanus dominarum, sed solus ebdomedarius ipsius festi sacerdos dupplicem habebit prebendam. Sed cantor, qui pro tempore fuerit, de proventibus cantorie in Rüti in loco, qui dicitur Bi dem vallenden brunnen[5], et in Vetinchon[6] assignatis, in ipso festo dilectis in Christo preposito et Conventui utriusque sexus[7] eeclesie montis Turicini ordinis sancti Augustini predicte dyocesis unum modium tritici ad refectionem ipsius Conventus persolvat annuatim. Preterea denarii, qui de quatuor modiis tritici ex nostro granario venditis possunt haberi, ab eodem camerario dari debent cantori, ut idem preposito et canonicis ecclesie nostre vesperis, matutino, publice misse Scti Martini, duplex festum ex institutione eiusdem cantoris in ecclesia nostra habentis, nisi infirmitas excuset presentibus, equaliter distribuat, ita tamen ut ebdomadarius sacerdos et ipse cantor distributor in huiusmodi distributione duplicem habeant portionem. Et isti quatuor modii tritici et modius Abbatie et modius ecclesie montis Turicini, ut predictum est, deputati a festo Martini non debent aliquatenus removeri, sed modius hospitali, et modius pauperibus in Sila deputati, post mortem ipsius magistri Chuonradi cantoris in diem anniversarii sui per administratores pauperum debent in refectionem eisdem pauperibus secundum necessitatem converti competentem. Predicta etiam octo modiorum solutio, de proventibus cantorie et granario claustrali facienda, non debet redimi, nisi predia, que eandem summam in tritico persolvere valeant, sine omni dolo prenotatis Ecclesiis et domibus pauperum empta fuerint et legi-

time assignata. Ad inviolabilem etiam premisse ordinationis observantiam nostras et nostrorum successorum personas adstrinximus et innovando astringimus publice in capitulo fide data nomine iuramenti. Ad maiorem quoque premissorum evidentiam et firmitatem presens litera sigillis nostris videlicet Heinrici prenominati prepositi et capituli, ac ipsius cantoris patenter communitur. Item nos ad reformationem, meliorationem, renovationem presentis instrumenti, si vetustate, vel alio quocunque casu viciatum fuerit vel consumptum, faciendam, dum fuerimus requisiti, nos et nostros successores et sepedictum capitulum nostrum bona fide firmiter obligamus. Acta sunt hec in capitulo nostro. Anno domini M.CC.LXXI. festo Othmari Abbatis Indictione XV.

[1]) Zu dieser, in Nennung der Geschlechtsnamen etc. besonders ausführlichen Urkunde, vergl. B. 187. [2]) Heinrich von Klingenberg (im Thurgau), Probst zu Zürich nach Heinrich Maness (B. 170) von 1271—1276, Probst von St. Stephan in Konstanz und seit 1275 Domprobst ebendaselbst, starb am 1. Mai 1279. Vergl. *Kopp. Eidg. B. II. 1. pag.* 11 *u.* 12. [3]) Albisrieden und [4]) Altstetten bei Zürich. [5]) Vergl. B. 187. Der Hof „Zu dem fallenden Brunnen", Gemeinde Unterstrass, heute noch so genannt, heisst in dieser Urkunde und in B. 187 „Rüti". Es möchte diess die „Samilinsrüti" sein, die bereits im 10. Jahrhundert B. 20 b. 27. und 28. erscheint. So bemerkt schon *Hottinger Schola Tigur. pag.* 194. [6]) Uitinkon am Zürichsee. [7]) Es bestanden also zu dieser Zeit zwei Augustinerklöster auf dem Zürichberg, ein Männer- und ein Weiberkloster.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel des Probsts, des Capitels der Chorherren und Magister Konrads.*) — *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 450. *Dürsteler Mscr. E.* 14.

222.

Bischof Eberhard von Konstanz tauscht die Kirche zu Cham, welche sein Amtsvorfahr Heinrich von Aebtissinn Judenta in Zürich um die Zehntenquart zu Altorf und Bürglen eingetauscht hat, mit der Probstei Zürich um die Kirche zu Schwenningen. Gegen Ueberlassung der letztern übergibt und incorporirt er der Probstei die Kirche zu Cham.

Konstanz. 21. December 1271.

Eberhardus [1]) Dei gratia Constantiensis episcopus universis Christi fidelibus presentium inspectoribus salutem et in domino karitatem. Debitam pastoralis officii curam exequi videmur, dum et nostram ecclesiam kathedralem, quantum in nobis est, non negligimus, et tamen aliarum ecclesiarum nostre dyocesis utilitati prospicimus et quieti. Recognoscentes igitur quod permutatione legaliter ordinata venerabilis in Christo. Judenta Abbatissa monasterii Thuricensis ordinis Sancti Benedicti, nostre dyocesis, de consilio sui conventus et consensu. Ecclesiam in Chamo, cum jure patronatus, dote et decimis, eidem ecclesie ad portionem plebani pertinentibus. Inclite recordationis. Hein. episcopo predecessori nostro suisque successoribus et ecclesie Constantiensi, ad mensam episcopalem, ante viginti octo annos et amplius legaliter contulit pleno jure perpetualiter possidendam, eiusdem juris dominium vel quasi dominium in nostre ecclesie potestatem legitime transferendo, recipiens ab eodem Heinrico episcopo, et suo capitulo, in recompensationem, decimas ecclesiarum in Altorf, et in Burgelon de quarto in quartum annum, Constantiensi episcopo ratione circuitus pertinentes. [2]) Attenden-

tes nichilominus, quod nos de ipsa ecclesia in Chamo, et dilecti in Christo Heinricus prepositus Thuricensis dictus de Klingenberch [3]) et suum capitulum de ecclesia sua et proventibus in Swenlingen [4]) que dicitur sancti Vincentii, propter loci distantiam, multiplices terrarum guerras et alias quasdam incommoditates interjacentes et periculis subjacentes, jam multis annis debitos nec potuimus nec possumus habere reditus et proventus [5]), multa et bona deliberatione prehabita, de consilio et consensu capituli nostri libero, unanimi et expresso, eandem ecclesiam in Chamo dilectis in Christo jam dictis preposito et capitulo ecclesie Thuricensis et eorum successoribus, ac ecclesie, legittimo permutationis contractu presentibus donamus, vacuam et a nullo occupatam, tradimus, assignamus, ad mensam et usus eorundem, et ipsos prepositum et eorum ecclesiam in possessionem predicte ecclesie in Chamo, cum omni jure quod ibidem usque nunc ratione prenotate ordinationis habuimus, mittimus corporalem, omne jus nostrum, quod nobis in eadem ecclesia ratione ordinationis prenotate competebat vel competere videbatur, in ipsos et suam ecclesiam sine omni exceptione totaliter transferendo. Dantes eisdem plenam specialiter auctoritatem, vicarium instituendi et destituendi ibidem secundum quod sue saluti viderint expedire. Instrumenta etiam que super hiis habuimus, in manus eorum resignamus, renuntiantes nomine ecclesiae, nostrorumque successorum, omni juri, consuetudini, constitutioni, ratione quorum hujusmodi permutationis contractus posset aliquatenus irritari. Nam curam animarum in ipsa ecclesia Chamo de consilio capituli nostri et consensu sic annectimur, unimus, incorporamus Thuricensi prepositure, quod ipse prepositus Thuricensis in ipso actu confirmationis sibi inpense simul recipit curam animarum ecclesie prenotate. Licet id verbis non exprimatur. Et sic idem prepositus nonnisi de consensu totius capituli Thuricensis, vel majoris partis eiusdem, ecclesie in Chamo de vicario ydoneo tenetur providere, sive sit de predicto capitulo, vel alter. Si vero in electione prepositi discordia fuerit suborta, auctoritas instituendi et destituendi vicarium in prefata ecclesia Chamo, et procurandi eandem, penes totum capitulum, quod censetur unum corpus, vel majorem et saniorem partem eiusdem remanebit, donec prepositus lite sopita fuerit confirmatus. Protestantes quod in sepedicta ecclesia Chamo nomine quarte nos et successores nostri nichil de cetero percipiemus, salvo in aliis jure dyocesani. Ad plenam warandiam, ubicunque et quandocunque necesse fuerit super premissis universis et singulis prestandam, nos et nostros successores et nostrum capitulum firmiter obligando. Dicti etiam prepositus et capitulum Thuricen. ecclesiam suam in Swenlingen, que dicitur Sancti Vincentii, cum jure patronatus, dote et eiusdem hominibus seu mancipiis ad ecclesiam prepositure Thuricensis jure proprietatis pertinentibus, decimis, censibus, mansibus, scoposis, agris, pratis, pascuis, cultis et incultis, nemoribus, aquarum decursibus et omnibus juribus ac servitutibus, que ibidem usque ad presens habuerant, nobis et nostris in ecclesia kathedrali Constantiensi successoribus donaverunt, tradiderunt, assignaverunt, et in eorundem bonorum et jurium possessionem miserunt corporalem. Nos etiam ad reformationem, meliorationem, renovationem presentis instrumenti, si vetustate vel alio quocunque casu vitiatum fuerit vel consumptum, faciendam, efficaciter procurandam, dum fuerimus requisiti, nos et nostros successores, et sepedictum capitulum nostrum bona fide firmiter obligamus. Et in evidentiam et assertionem premissorum, ad quorum omnium et singulorum observantiam nos et nostrum capitulum prestito super sacrosancta evangelia juramento obligamus, presens instrumentum non solum sigillis, nostro videlicet et nostri capituli Constantiensis, verum etiam dilectarum in Christo Elyzabethe [6]) Abbatisse Thuricensis et sui conventus, ac predictorum prepositi et capituli Thuricensis partibus hinc inde duplicatum traditur communitum.

Acta sunt hec Constantie, presentibus quorum hec sunt nomina. Mag. Walchun decanus, Heinricus sanctorum Johannis et Stephani Constantiensis ecclesiarum prepositus, dictus de Klingenberch, Bertoldus custos, et frater suus Burcardus scolasticus dicti de Hohenvels. Bertoldus de Bussenanch. Burcardus de Hewen. Ruopertus de Tannivels can. majoris ecclesie nostre, Mag. Heinricus de Capella, canon. Sancti Johannis Constantiensis, item Mag. Cunradus cantor[7]), Mag. Bertoldus scolasticus, Welcho plebanus, Rudegerus de Klotun, Joh. Schafelinus, Rudegerus de Schönenwert, Ulricus Wolflaibschun, Heinr. de Rosseberch, Mag. Heinr. notarius noster. Can. Thuric. et alii quamplures. Anno dom. Millesimo CCLXXI. Festo Thome apostoli, Indictione quintadecima.

Nos prenominati capitulum ecclesie Constantiensis ad omnium premissorum observantiam personas nostras, et nostrorum successorum firmiter obligamus. Et in evidentiam nostri consensus et obligationis presens instrumentum sigillo nostro facimus communiri.

Nos autem predicta Elyzabetha Dei permissione Abbatissa Thuricensis monasterii, Nos etiam Heinricus prepositus et capitulum Thuricense in testimonium recognitionis, ratihabitionis, resignationis, renuntiationis premissorum, que scimus esse vera, presenti instrumento sigilla nostra apponi facimus scienter et patenter. Nos quoque ipsius monasterii Thuricensis conventus ordinis Sancti Benedicti, et nos ejusdem monasterii canonici seculares sigillo prefate domine nostre Elyzabethe Abbatisse, quia proprium non habemus, in testimonium nostri consensus utimur in hac parte. Data crastino Sancti Thome apostoli. Anno dom. et Indictione prenotatis.

[1]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [2]) Die Urkunde Bischofs Heinrich (von Tanne) und der Aebtissinn Judenta hierüber, siehe in B. 96. [3]) B. 221. [4]) Schwenningen, Kön. Würtemb. Oberamt Tuttlingen, am Ursprunge des Neckar. Das Chorherrenstift Zürich besass daselbst seit alter Zeit den Kirchensatz. S. den Erlass Herzog Berchtolds IV. von Zähringen vom 10. April 1185 bei *Schöpflin Als. dipl. I.* 281 und *Hist. Zar. Bad. V.* 217. Vergl. auch B. 88. — Vögte der Kirche daselbst waren die Herren von Kürnach (bei Villingen). Siehe Urk. vom 3. Jan. 1265 bei *Sch. C. D. nr.* 584*a*. [5]) Bezeichend für die „kaiserlose Zeit". [6]) Elisabeth von Wezikon. [7]) Konrad von Mure.

Stadtarchiv Zug. (*Doppelt. Es hängen die Siegel des Bischofs, des Domcapitels Konstanz, der Aebtissinn in Zürich, des Probsts und des Chorherrencapitels.*) — *Abgedruckt: Zapf. Monum. Anecd. I.* 145. *Dr. Franz Müller „Die Urk. des Landes Uri bezüglich auf d. Abtei Zürich"* (*Einsiedeln.* 1852). 5. 8. — *Auszug: Geschichtsfr. IV.* 173. (*Regest. der Bisch. Konst. Urk. von Schneller.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 618. *d.*

223.

Aebtissinn Elisabeth verkauft dem Hugo Milcheli, ihrem Schneider, einen halben Mansus im Sihlfeld, unter Albis und in Honrein, und verleiht ihm dieselbe nebst der ihm schon früher verkauften andern Hälfte zu Erbe.

Kloster Zürich. 19. Februar 1272.

Universis presentium paginam inspecturis. Elysabetha.[1]) Dei gratia Abbatissa, totusque conventus monasterii Turicensis, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, noticiam subscriptorum. Ea que publice ac bona fide aguntur, ut futuris litibus facilius obvietur, et ut ad memoriam hominum

necessitate cogente reducantur, scripture testimonio solent roborari. Noverint igitur presentes et futuri, quod nos bonam habentes memoriam de venditione medii mansus, siti in campis, qui dicuntur Silvelt, et under Albis, et in Hônrein, ad officium Sartoris nostri quondam pertinentis, Hugoni dicto Milcheli, nostro servo, a venerabili domina M.[2]) pie memorie Abbatissa et conventu nostri monasterii rite et legittime facta, eidem Hugoni residuum medium mansum in predictis locis situm, urgente nos ad hoc gravi onere debitorum, que incidimus ex lite mota super Abbacia nostri monasterii[3]), ne per graves expensas obsidum et usurarum omnes res nostri monasterii penitus exhaurirentur, habito consilio proborum, de unito consensu et favore nostri conventus tam dominarum quam dominorum nostrorum secularium, singulis circumstanciis consideratis et inspectis, legittimo venditionis titulo vendimus et vendidimus pro quindecim libris usualis monete, quas presentibus confitemur recepisse et in utilitatem nostri monasterii convertisse necessariam et honestam, eundem mansum totaliter predicto Hugoni, qui predictum officium Sartoris a nobis jam possidet, concedentes iure hereditario pro annuo censu videlicet uno vertone cere in Exaltatione sancte Crucis nobis ac nostro monasterio persolvendo, libere, pacifice et quiete perpetualiter possidendum et fruendum. Obligamus nos insuper ad prestandam warandiam prefato Hugoni. suisque heredibus super prenotato mansu coram quocumque judice ecclesiastico vel civili, cum nostris laboribus et expensis. Renunciantes nichilominus omni iuri, actioni, constitutioni edite vel edende, restitutioni in integrum, privilegio impetrato vel impetrando, omni auxilio legum et canonum et generaliter omnibus exceptionibus que nobis competere possent super restitutione mansus supradicti. Ut autem hec firma et rata permaneant, presens instrumentum sigillis, nostro videlicet Abbatisse quo et noster utitur conventus, nec non consulum Turicensium predicto Hugoni tradimus patenter roboratum. Testes sunt hii, B. Incuratus de Altorf, H. Manezo, Mag. Uolr. Wolfleibs. H. Martius. nostri monasterii canon. H. notarius noster.[4]) Ja. Molendinarius. Burchardus de Hottingen. Ruc. Manezzo. milites. H. dictus Wesi. Walterus dictus de Sancto Petro. et alii quam plures. Nos consules Turicenses, quorum nomina sunt, R. de Clarona. H. de Curia. Jo. Manezzo. L. dictus Füschi. H. de Chlotun. Wil. Bocheli. milites. Jo. de Basilea. Uolr. Wolfleibs. Jo. retro macellum. Waltherus de sancto Petro. Jo. dictus Biber, et Willo de sancto Petro. ad petitionem reverendarum in Christo Abbatisse et conventus monasterii memorati, et in testimonium premissorum, presens instrumentum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Acta sunt hec in stupa nostra superiori. XII. Kal. Martii Anno dom. M.CC.LXXII. Indict. XV.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Mechthild von Wunnenberg. Eine Urkunde über den von ihr gemachten Verkauf an H. Milcheli scheint, nach dem Ausdrucke hier zu schliessen, niemals vorhanden gewesen zu sein. [3]) Vergl. B. 214. [4]) B. 162. 165 u. ff.

Spitalarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn und des Rathes.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 626 *a.*

224.

Bischof Eberhard von Konstanz weist die Convente der Abtei, der Prediger, Minderbrüder, Augustiner, des Chorherrenstifts und alle Pfarrer in Zürich an, das Fest des heiligen Karl, Kaisers, nach Anordnung seines Amtsvorfahren, Bischofs Heinrich, regelmässig zu begehen, und ertheilt zwanzig Tage Ablass auf dasselbe.

Konstanz. 22. Februar 1272.

Eberhardus [1]) Dei gratia ecclesie Constantiensis episcopus dilectis in Christo . . .[2]) Abbatisse ordinis Sancti Benedicti. Priori predicatorum. Gardiano fratrum minorum. Priori fratrum ordinis Sancti Augustini et eorundem conventibus. Preposito et capitulo et universis Plebanis et vice Plebanis in Turego dilectionem in domino et salutem. Juris est et rationis, ut majori devotione hos sanctos studeamus reverenter amplecti, a quibus dum in terris viverent, dignoscimur plus gratie plus beneficii recepisse. Quorum etiam nunc reliquias in ecclesiis nostris habemus et apud dominum patrocinia devotis affectibus prestolamur. Igitur cum bone memorie Heinricus [3]) Episcopus Constantiensis predecessor noster rationabiliter attendens, quod magnificus gloriose sanctitatis Karolus magnus Romanorum imperator et rex Francorum ob reverentiam Dei et sanctorum martirum Felicis et Regule ac Exuperantii ecclesiam Thuricensis prepositure, quo iidem martyres post innumeras penas a Decio presule Maximiani imperatoris decollata sua capita quadraginta cubitis sub certis indiciis deportasse leguntur, eleganter fundavit, dotavit, ipsam divitiis et honoribus decenter ampliando, adtendens etiam, quod pie memorie Ludewicus rex nepos ipsius Caroli Magni monasterium Abbatie Thuricensis fundasse legitur ac dotasse, de bono consilio natalem ipsius Karoli ab inclite recordationis Gregorio papa nono sollempniter canonizati in octava Sancte Agnetis [4]) occurrentem firmiter statuitur [5]), in ecclesiis Abbatie, prepositure et Sancti Petri in Turego et in ipsarum ecclesiarum parrochiis et terminis cum omni veneratione ferialiter et sollempniter observari, ut ab omni strepitu causarum et omni opere servili eodem cessetur natali. Maxime cum ipse Sanctissimus Carolus loci Thuricensis evidens extitit exaltator. Nos antecedentis predecessoris nostri factum, quod nostrum reputamus, presentibus innovamus, vos universos et singulos rogamus, monemus in domino fideliter exhortando et demum authoritate qua fungimur districte precipiendo mandamus, quatenus predicti natalis ferias ob Dei et magni Karoli reverentiam institutas inviolabiliter observetis et faciatis ab omnibus parochianis vestris devotius observari, transgressores seu violatores secundum rigorem canonis puniendo. Observatoribus vero, de misericordia Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli confisi, viginti dies de injuncta sibi penitentia presentibus relaxamus. Datum Constantie. Anno domini M.CC.LXXII. kathedra Sancti Petri. Indictione quinta decima.

[1]) Eberhard von Waldburg. B. 115. [2]) Elisabeth von Wezikon. [3]) Heinrich von Tanne. B. 85. [4]) Am 28. Januar. [5]) Soll heissen: *statuit* (sc. Heinricus Episc.).

Sch. C. D. nr. 625. (*Mit Abbildung des Siegels des Bischofs.*)

225.

Aebtissinn Elisabeth fertigt dem Kloster Oetenbach verschiedene ihm von dem zürcherischen Bürger Heinrich Terrer geschenkte Grundstücke als Erbe von der Abtei zu.

Kloster Zürich. 2. März 1272.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. Elizabet[1]) Dei gratia abbatissa monasterii Turicensis, ordinis Sancti Benedicti Constantiensis diocesis, imperpetuum. Juste agitur, quieti hominum prospicitur et litibus obviatur, si ea que geruntur, scripture testimonio roborantur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum. quod H. dictus Terrer civis Turicensis, pro remedio anime sue et parentum suorum, domum suam cum area et orto et omnibus aliis appendiciis, contigua domui H. dicti Bilgerin ex una, et domui Wernh. Thyen ex parte altera, cum omni iure proprietatis quod in ipsis habuit, et vineam suam sitam in Snellesberch[2]), duorum jugerum, quam a nostro monasterio iure hereditario pro censu duorum denariorum annuatim in festo sancte Crucis persolvendo, hactenus possedit, in manus nostras adhibita omni sollempnitate, que in talibus de iure et consuetudine adhiberi debuit et consuevit, resignavit voluntarie, libere et expresse, sine dolo, et qualibet captione. Nobis humiliter supplicando, ut easdem possessiones, scilicet domum. aream. ortum. et vineam. et attinentia. Priorisse et conventui sororum in Oetinbach pro eodem censu concederemus, iure hereditario perpetualiter possidendas. Quam resignationem, habito maturo et prudenti consilio recepimus. et predicta bona, scilicet domum. aream. ortum et vineam. et omnia eisdem attinentia prefatis Priorisse et conventui concessimus pro predicto censu. videlicet duorum denariorum de vinea, et uno denario, quem superaddiderunt, de domo, area et orto predictis, quiete et pacifice, a nostro monasterio, iure hereditario perpetualiter possidenda. Predicte etiam Priorissa et conventus, tantis beneficiis non ingrate, in reconpensationem premissorum duas filias memorati. H. Terrerii. in suum consortium et ordinem receperunt. et alias gratias et beneficia dicto civi. H. Terrer. et H. nepoti suo fecerunt, sicut in instrumentis super hoc confectis plenius continetur. Et ut premissa inviolata permaneant et perpetuo inconvulsa, presens instumentum petierunt eadem Priorissa et conventus. et H. dictus Terrer, sigilli nostri munimine roborari. Nos igitur sigillum nostrum huic instrumento appendimus bona fide. Acta sunt hec Turegi, coram nobis, anno domini M.CC.LXXII. VI. Nonas Marcii. Indictione XV. presentibus hiis, quorum nomina sunt hec. Welcho plebanus Turicensis. H. plebanus abbatie Turicensis. Bur. plebanus in Altorf. Ruo sacerdos filius quondam Ruothardi. C. plebanus in Chilchtorf, filius quondam Albi militis. R. Beggenhoven. Miles. Ja. Tuto. C. Burdinerius. Hu. Milchelinus. H. Stagela. cives thuricenses. Nos etiam consules thuricenses. Joh. Maneze. R. de Clarona. H. in dem Hove. H. de Kloten. Wil. Bochli. Lu. Fuschi milites. Jo. Castor. Jo. de Basilea. Joh. retro Macellum. Uol. Wolfleipsche. Wille ennent a.[3]) Walt. de sancto Petro ad instantiam predictorum sigillum nostre communitatis presentibus duximus apponendum.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Schmelzberg, Gmde. Fluntern bei Zürich. [3]) „Jenseits der Limmat“ (Aa) d. h. auf dem linken Ufer. Denn in B. 223 heisst dasselbe Rathsmitglied: Willo de Sancto Petro. Ein anderer Willo (oder: Wello) wohnte in der Nähe des Grossmünsters (in der spätern „Leutpriesterei“). Vergl. *V. A. Z. Anm.* 61.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn und des Rathes.*)

226.

Herr Jacob Mülner, Vogt von Zürich, trägt in Folge Tausches gewisse Grundstücke der Abtei zu Lehen auf.

Kloster Zürich. 7. März 1272.

Ich Jacob der Mulner[1]) und Voget von Zürich, ein ritter, chunde allen dien, die disen Brief sehent olde hörent. daz ih gegen rechtem wechsel. an des guotes stat. das ze Oerlinkon[2]) lit, das eteswenne Drizich Stükü galt. und aber nu nicht wan Drü und zvenzich. das min herre her. Ruodolf. von Wediswile, von miner vrouwen der Ebthisschen und dem Gotshus von Zürich. und ich von deme. und aber Chuonrat. der Schröter. Chuonrat. der Goltsmit. und Heinrich. die Graven von sant Lienharte, Gebruodera, hatten ze Manlên von mir und an des Wingarten stat. mit hofstat und mit allem dem so derzuo hört. der ze sant Lienharte[3]) lit, enzwischen dien inren Bechelin, niderhalp der herstrâze, des zwo Juchert sint. den ih hatte von derselben miner vrouwen der Ebtisschen und dem Gotshus von Zürich ze Manlên. den ouch die selben vorgeschriben Bruodra hatten von mir. han uf geben allez min erbe. das ze Vellanden[4]) lit. das ich hatte um ein vierdunch wachses, ierliches zinses von demselben gotshus. das mir Drizich Stukü giltet. und min michel Stuben und Louben, und waz darzuo hört, das ich gebüwen han olde noch gebüwe, an Nidrun Brugge in den sê, uzerthalb die muren.[5]) in miner vrouwen hant der selben Ebtisschen. und han die selben guoter enphangen von ir und dem Gotshus von Zürich, ze rechtem Manlên. darumbe das si und ir gotshus, an ir rechte und ir êren nicht geswechet wurdin. Ich binde ouch mich und min erben alle, mit disem Briefe darzuo. das wir der undrostun Thyli so vil rumen und dannan nemen. so man bedarf wenne man das vach, daz under dem selben minme hus uf gat, büwen sol olde muoz. Daz diz veste und stête blibe, so gib ich disen Brief dem selben gotshus besigelt mit minem Ingesigel. Diz beschach an dem Sibenden tage Merzen. do von unsers herren geburt waren zwelfhundert und sibenzich und zwei iar, unz an den vorgeschriben tach merzen. Do diz allez beschach in miner vrouwen Stuben der Obrun, als hie vor geschriben ist. do waren da ze gegen. her Burchart von Altorf. her heirich Manezzo. Briestera. Meister Uolrich Wolfleibs. her huch von Mülimatton. Meister. H. von Basela. Meister. H. Manezzo. chôrherren von Zürich. her H. im Hove. her Dietlo. her Rüe. Manezzo. her Uol. der Bumbler und Schultheizo. her H. von Chlotun. rittera. her H. Wesi. Johannes Wello. R. Schafeli und Bur. sin Bruoder. Otto von Mülimatton. Huch. Milcheli. und ander genuoge.

[1]) Siehe B. 99. 104. 199. 214. [2]) Oerlinkon und [3]) St. Leonhard bei Zürich. [4]) Fällanden, Kts. Zürich. Vgl. B. 199. [5]) Aus diesem Gebäude des Mülners, neben seinem Thurme (B. 199), wurde nachmals der Gasthof „Zum Schwert“ in Zürich. Siehe *Y. A. Z. pag.* 87. 88 und *Anmerk.* 248. Die Limmat heisst also hier noch einfach „See“; in B.225 die „Aa“.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängt: S. IACOBI. MOLENDIN. ADVOCATI. TVRICEN. — Abschriften: Haer. fol. CLXIX. Doc. Abb. I.* 462. *Sch. C. D. nr.* 626.

227.

Aebtissinn Elisabeth verleiht die Münze an sechs Bürger der Stadt Zürich (Münzmeister) auf drei Jahre.

(Zürich). 1. December 1272.

Wir Elsebetha[1]) von gots gnaden Ebthisschenna von Zürich künden allen dien die disen Brief hörent alde sehent, die rede diu hie nach geschriben stat; uiwer bescheidenheit wissen und merken soll, daz wir nach rate des Rats von Zürich und unsers gotshus dienstman und ander biderber Burger von der Stat mit ir willen und ir wissende die münze von Zürich mit allem rechte, daz sie hat, an der wir von unser gotshus wirdi gewalt han und haben sun, verlühen han Chuonrat Thyon. Heinrich dem Terrer. Wernher Biberlin. Heinrich Goltstein. Huge von Lunchuft. und Ruodolfe Schafelin unz ze dien nehesten Ostern und dannan drü iar. umb zwenzich march silbers und sun der weren zehen march ze sant Johannes mes des Toüfers dannan uber ein iâr sechs march dannan uber ein iâr vier march und swie si des nicht tuont, so sun siu sechse alle sich entwürten in rechte giselschaft nach der stat gewonheit swenne siu von uns alde unsern botten gemant werdent. unz dez daz selbe silber gewert werde. und lit aber dekeiner in ander giselschaft. der sol ein andern legen an sin stat ân geverde. Swer ouch von der münze lên hat, den sun si weren sins Lêhens, als unz her gewonlich ist gewesen und sint ouch dien giselschefte als uns gebunden, und soll diu münze also stan, dz uf iegeslich march silbers, die siu wurchent sol gan ein und vünzech schillinge mit gewicht. und sol aber diu march mit sechzehen phenningen endelich bestan so man si versuochet wande uf dz werch vil chumbers und schaden gat. Ist ouch das sich fuoget eteswenne von misselingen ân alle geverde und âchust daz achzehen phenninge ab der march gewicht gât. darumb sun die münzmeister ern olde guots dekeine gerichte schuldich sin. Drift aber ez daruber, so sint si dem gerichte schuldich als unz her gewonlich ist gewesen. ouch ensol dekein voget olde ander richter der hie ist enhein phenning versuochen mit brande olde mit gewicht, wan den er an dem wechsel offenlich funden hât. Beschicht ouch dz daz diu münze dekein irrot older stoz im Lande gewinnet; da von die münzmeister schaden mun gewinnen, daz han wir und siu gesezet an hern Rue. Manezzen und Uol. den Vriburger, dz die die gelegenheit alle an sêhen. und des gewaltich sin. was siu uns und die münzmeister heizen, daz sun wir stete han. als wir bi unser trüwe beidunthalb gelobt han. gewinnet aber diu münze enhein schedelichen stoz. so sol daz gedinge als hievor gesprochen ist, stête sin. Diz beschach mornandes nach Sant Andreas tage. do von ûnsers herren geburt waren zwelf hundert und sibenzech und zwei iâr. und zeinem urchunde und werschefte des hie vor geschriben stât. so geben wir dien vor genanden münzmeistern disen Brief und unser Ingesigel daran. und behalten uns den ander, wand ir dur gewarsami zwene gliche sint geschriben.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängt das Siegel der Aebtissinn.*) *Abgedruckt*: *Hott. Spec. tig. helv. S.* 241. — *Abschriften*: *Haer. fol. LXXV. Doc. Abb. I.* 466. *XI.* 958. *Sch. C. D. nr.* 624.

228.

Aebtissinn Elisabeth fertigt den Verkauf von Gütern in Baar, welche Hugo Milcheli, Höriger der Abtei, Bürger in Zürich, und dessen Gattinn Adelheid, Tochter und Erbinn des verstorbenen Ritters Walther von Baar, an Kloster Capell verkaufen.

(Kloster Zürich.) Jahr 1272.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, Elisabetha [1]) divina permissione Abbatissa Thuricensis notitiam subscriptorum. Humana labente memoria, et crescente cupiditatis malitia, expedit ea, que geruntur, ad obviandum litibus, scripture testimonio perhennari. Noverint igitur quos nosse fuerit opportunum. Quod cum Hugo, dictus Milcheli [2]), servus ecclesie nostre, burgensis Thuricensis, possessiones suas, sitas in Barro [3]) et in territorio ville de Barro, videlicet aream quondam Walteri, militis de Barro, cum omnibus suis juribus et attinentiis, ac omnes alias possessiones, quas idem miles in predicta villa quondam jure proprietatis dinoscitur possedisse, et in quibus Adelheidis, filia ejusdem militis, uxor praedicti Hugonis Milchelis, eidem Waltero militi, patri suo, successit, venerabilibus in Christo Abbati et conventui monasterii de Capella Cysterciensis ordinis, Constantiensis dyocesis, vendere intenderet, nec id sine nostro consensu perficere posset, nobis humiliter supplicavit, ut predictas possessiones de manibus ipsius recipientes, easdem prefatis religiosis de Capella, quibus ipsas pro quadraginta et sex marcis puri et legalis argenti, ponderis Thuricensis, vendiderat, conferre dignaremur. Nos ipsius petitioni pium praebentes assensum easdem possessiones, ipso nobis, cum uxore sua Adelheidi et liberis eorundem universis videlicet. Waltero, Hugone, Berta, Anna, Adelheidi, Margareta, tunc temporis genitis, libere resignante, prefatis religosis de Capella ipsas possessiones cum universis suis juribus et attinentiis, videlicet areis, agris, pratis, pascuis, virgultis, aque ductu, decursu aquarum et omnibus juribus et communitatibus, quae ad premissa bona et ipsorum areas et agros spectabant, donamus, conferimus et assignamus, libere et pacifice perpetuo possidendas et habendas, praedictum Hugonem et suos heredes et successores universos ad veram warandiam omnium praemissorum sepefatis religiosis praestandam obligantes, quandocunque et ubicunque ab ipsis fuerint requisiti. Sepefatus etiam Hugo et uxor sua Adelheid, ac liberi eorundem praenominati partem dotis ecclesie de Barro, quam se dicebant jure hereditario possidere, sub eadem venditione libere eisdem religiosis resignarunt. Renunciarunt quoque, ad majorem cautelam privilegio, in integrum restitutioni, consuetudini, edicto, edito et edendo, privilegio impetrato et impetrando, omni favori legum et canonum, officio iudicis, et omnibus aliis per que premissa venditio, et resignatio posset irritari vel revocari. Horum omnium rerum testes sunt. Burchardus Grelle, Walther Reinger, monachi de Capella. Heinricus plebanus Thuricensis, Magister Ulricus Wolfleibs, Burchardus plebanus in Altorf, canonici Thuricenses. Hermannus Nobilis de Bonstetten, Jacobus Molendinarius, Burchardus de Hottingin, milites, Heinricus Wesi, Walther de Sancto Petro, Burgenses Thuricenses et alii multi. Ut autem premissa nullius cavillationis ingenio valeant impugnari aut variari presens instrumentum ad petitionem prenotati Hugonis et Adelheidis, uxoris sue, confectum et conscriptum sigillis, nostro videlicet, et consulum Thuricensium sepefatis religiosis, donamus, conferimus et assignamus firmiter roboratum. Datum in Thurego. anno

domini MCCLXXII. Nos vero predicti conjuges, Hugo et Adelheidis, presentibus publice confitemur, omnia predicta per nos et nostros liberos prenominatos fore facta, secundum quod prescriptum est, et ad ea conservanda nos et nostros haeredes ac successores presentibus firmiter obligamus. Profitemur quoque nos supradictum argentum, quadraginta et sex marcas legalis argenti, ponderis Thuricensis, pro sepefata venditione et resignatione, integraliter recepisse, et in usus nostros ac utilitatem convertisse.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Vergl. B. 223. [3]) Baar, Kts. Zug.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Rathes hängen.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Reg. der Arch. der Schw. Eidg. B. I. Heft. 4. nr.* 103.

229.

Urkunde betreffend die Bestattung der Gebeine der ersten Aebtissinnen, Hildegard und Bertha, durch Aebtissinn Elisabeth von Wezikon.

Jahr 1272.

(Die Urkunde ist nicht mehr erhalten; einen Auszug derselben nach *Bullinger* s. oben B. 21).

230.

Aebtissinn Elisabeth und Convent lassen sich vom Kloster Oetenbach eine Reihe von Zinsen abkaufen, jedoch unter Vorbehalt des Eigenthumsrechtes an den betreffenden Grundstücken und einer jährlichen Recognition.

Zürich. 10. März 1273.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus. Elysabetha [1]). divina clemencia Abbatissa, totusque conventus monasterii Turicensis, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyoceseos, noticiam rei geste. Noverint omnes tam posteri quam presentes, quod nos de unanimi consilio libero et expresso, propter grave onus debitorum nostri monasterii, ne per expensas obsidum et usurarum res dicti monasterii penitus consumerentur [2]), census, videlicet XXXII. denarios monete Turicensis, nobis ac nostro monasterio annuatim debitos, de quibusdam bonis sitis in Riespach, Sêvelde [3]). in Goltbach. in Heslibach [4]). in Mennidorf [5]). in Tignouwa [6]). in Ilnouwa [7]). in Rieder [8]). in Wezwile [9]). in Gerlisperch [10]). in Rüti [11]). de vinea sita prope Fluontrein [12]). de domo Heinrici dicti Terrer. de vinea in Ruochlinkon [13]). de territorio in Chüssenah [14]). de vinea in Benkelinkon [15]). de domo sita in Eselgazzun. de bonis in Spreitenbach [16]). in Hundebach [17]). in Sisengun [18]). et in Bopensol [19]). Item unam libram et dimidiam cere, nostro monasterio nomine census in Herdiberch [20]). et de domo in

foro Turicensi annuatim debitam, nec non tria quartalia tritici mensure Turicensis, que nobis et nostro monasterio . . Priorissa et conventus in Oetenbach, ordinis predicatorum, dicte dyoceseos, annuatim de bonis in Ischena[21]). et de agro in Tignouwa. cum omnibus prenotatis censibus persolvebant, legitimo venditionis titulo vendimus et vendidimus pro tribus marcis et dimidia puri argenti, ponderis Turicensis, predicte . . Priorisse et conventui in Oetenbach. libere omnia premissa bona perpetualiter possidenda. proprietate tamen eorundem bonorum nostro monasterio totaliter permanente. in cuius signum, sepefate . . Priorissa et conventus nobis et nostro monasterio annuatim in Exaltatione sancte crucis II. denarios usualis monete persolvere debent nomine census sine fraude. Predictam autem pecuniam presentibus confitemur recepisse et in usus nostri monasterii convertisse necessarios et honestos. Renunciantes nichilominus omni iuri, consuetudini, actioni, constitutioni edite vel edende. restitutioni in integrum. privilegio impetrato vel impetrando. et generaliter omni auxilio legum et canonum per quod dicta venditio posset aliquatenus irritari vel revocari. Ut autem hec firma et rata permaneant, presens instrumentum nostro sigillo, quo et nos conventus utimur, patenter duximus roborandum. Testes sunt hii. H. scriba noster[22]). H. de Curia miles. Johannes de Basilea et quidam alii. Actum Turegi. VI. Idus Martis. Anno domini M.CC.LXXIII. Indictione prima.

[1]) Eisabeth von Wezikon. [2]) Vergl. B. 223. [3]) Riesbach und [2]) Seefeld bei Zürich. [4]) Goldbach und Heslibach, Gmde. Küssnach, [5]) Männidorf und [6]) Diknau, Gmde. Küssnach Kts. Zürich. [7]) Illnau, Kts. Zürich. [8]) ? [9]) Wezwil, Gmde. Herrliberg Kts. Zürich. [10]) Gerlisberg, Gmde. Kloten Kts. Zürich. [11]) ? [12]) Fluntern bei Zürich. [13]) Rüschlinkon, [14]) Küssnach und [15]) Bendlikon am Zürichsee. [16]) Spreitenbach, Kts. Aargau. [17]) ? [18]) ? [19]) Boppelsen, Kts. Zürich. [20]) Herrliberg am Zürichsee. [21]) Itschnach, Gmde. Küssnach Kts. Zürich. [22]) Vergl. B. 162. 165 u. ff.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

231.

Spruch des Rathes in einem Streite zwischen dem Kloster Seldenau und Marchwart, Herrn Wernhers Sohn, betreffend die Ufer des zwischen ihren Gütern fliessenden Baches, welcher der Aebtissinn in Zürich gehört.

Zürich. 15. April 1273.

Allen die disen brief sehent olde horent kunden wir, der Rât von Zurich, der namen hienah geschriben sint. das der krieg. der enzwischen unsern vrouwen. der Ebetischen unde deme Convente von Seldenouwa einunt was. vnde andrunt enzwischen. Marquarte hern Wernhers sun. umbe die gewer. der borter des baches. der enzwischen ir guote rinnet. vur uns kam. den han wir also gescheiden, das die vrouwen von Seldenouwa jrhalb des baches. suln ir gewer han mit zunen mit bendelstoken unde svas siu da han wen, unde hant uber den bach niht ze tunne. Marquart olde sver den Wingarten unde das gut hat hern Brôsemen sol ouch sinhalb des baches sin gewer uf dem borte han mit zunen mit stocken unde sves er bedarf, unde sol ouch uber den bach enkein gewer han unde suln jwedront friden alse es in wol kumt. so sol enwedere teil jn dem bache alse er rinnet

enkein gewer han wan mit unser vrouwen willen der Ebetischen von Zurich[1]) der er ist. Vnde das dis stete si, so geben wir jewederme teile einen brief hie uber mit unserme jngesigel gesigelt. Des Rates namen sint. Herre H. in dem hove, herre R. von Glarus, herre Jo. Manesso, herre Wil. Bocli, herre H. von Kloton Ritter, Jo. von basel, Walt. von Sampeter, J. de phister, Willo, H. Gnurser, Otto von Milimatton, Jo. biber. Dis geschach vor uns do von Gots geburt warent Tusent zwei hundert drü unde sibenzig Jar ze mittem Abrellen.

[1]) Die Aebtissinn beim Fraumünster, Frau Elisabeth von Wezikon.

Spitalarchiv Zürich. (*Es hängt das Siegel des Rathes.*)

232.

Schutzbrief der Gräfin Gertrud von Habsburg, erwählten Römischen Königinn, für Engelberg gegenüber Uri.

Brugg. 10. October 1273.

G.[1]) Comitissa de Habsburc de Kyburc Alsatieque Lantgravia nutu Dei in reginam Romanorum electa. B. ministro suo, ceterisque ministris, ac hominibus universis vallis Uranie suam gratiam. Cum nos dilectos in Christo regulares monasterii in Engloberc ordinis sancti Benedicti cum personis et rerum omnium facultatibus in nostram protectionem et tuitionem recepimus specialem. Universis vobis precipimus et mandamus quatenus dictam protectionem nostram taliter observare velitis, sicut nostram diligitis gratiam et amorem. maxime in Alpibus. Secundum quod hactenus regio imperio tuebantur. et prout in suis privilegiis sunt ab eodem imperio privilegiati. Datum in Brugge anno domini M.CC.LXXIII. VI. Idus Oct.

[1]) Gertrud von Hochberg, Gemahlinn König Rudolfs von Habsburg. S. *Kopp. Eidg. Bünde I.* 129.

Archiv Engelberg. (*Das Siegel der Königinn hängt.*) *Abgedruckt: Tschudi Chron. I.* 179. *Herrg. Gen. Habsb. II.* 437. *Versuch Engelberg. S.* 191. (*Auszug*).

233.

Aebtissinn Elisabeth verleiht ein Gut in Horgen, bisher Eigen der Gebrüder von Ruchenstein, aus Auftrag derselben dem Kloster Oetenbach zu Erbe.

Zürich. 23. October 1273.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elisabeth[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Ne ex longinquitate temporis, rerum gestarum labatur noticia, presertim cum hominum labilis sit memoria, expedit memorie fragilitatem litteris adiuvari. Noverint igitur

quos nosse fuerit oportunum, quod Uolr. Heinr. et Ruodolfus fratres dicti de Ruchenstein, proprietatem predii sui siti in Horgen ex inferiori parte ecclesie, solventis annuatim novem modios tritici. et decem solidos monete Thuricensis, sub hac conditione in manus nostras publice ac solempniter resignarunt, ut idem predium sub annuo censu unius denarii usualis monete .. Priorisse et conventui in Oetenbach iure hereditario concederemus. Nos itaque prefatum predium, sub censu predicto, prenominatis .. Priorisse et conventui concedimus per presentes. In cuius rei testimonium presentem cartam tradimus predictis .. Priorisse et Conventui, nostri sigilli munimine patenter communitam. Acta sunt hec Thuregi. Anno domini. M.CC.LXX.III. in octava Galli. Indictione III. presentibus. domino Burch. a dem Turne. milite. Wal. de Sancto Petro. Hug. dicto Milchlin. Uolr. Wolfleibschen .. dicto Owiler .. dicto Vischilin. fratre Ruodolfo de Oetenbach et fratre Berchtoldo de Oetenbach et aliis fide dignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

234.

König Rudolf nimmt die Abtei, Probstei und Stadt Zürich in seinen Schutz und erklärt die Vogtei über dieselben, so wie überhaupt Leute, Rechte und Güter für unveräusserlich vom Reiche.

Köln. 2. November 1273.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis in perpetuum. Regalis excellentie dignitas tunc vere laudis titulis sublimatur et eminenti decore perfulget, cum fidelium suorum devotionem clementer attendit et eis de sua liberalitate confirmat, que a suis predecessoribus iuste collata et indulta videntur, cum in observandis beneficiis non minus quam in elargiendis laus dignitatis regalis accrescat. Ad imitationem igitur dive memorie Friderici Secundi Romanorum imperatoris predecessoris nostri [1]) de solita gratia et consueta liberalitate et benignitatis nostre clementia monasterium Abbatie et ecclésiam prepositure in Turego et ipsam civitatem Thuricensem Constantiensis diocesis sub nostra speciali protectione et defensione recepimus, tam clerum quam ceteros homines suos nec non possessiones suas et jura ad easdem ecclesias pertinentia et omnes bonos usus et bonas consuetudines quibus olim tempore predecessorum nostrorum imperatorum et regum Romanorum usi et gavisi fuisse dinoscuntur, eisdem clero et civibus auctoritate regalis culminis confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Insuper advocatiam tam monasterii quam ecclesie predicte ac totius civitatis ad manus nostras recepimus et etiam reservamus, ut nulli de cetero nisi nobis immediate de advocatia teneantur aliquatenus respondere, decernentes ut predicte civitatis clerici et laici ac homines utriusque sexus et cuiuslibet etatis et ordinis ac sua bona mobilia et immobilia cum suis juribus et libertatibus et consuetudinibus nulla necessitate incumbente nullo modo alienari possint ab imperio et a nobis.

Mandamus igitur et sub interminatione nostre gratie universis et singulis districtius inhibemus, ut nullus amodo prefata loca, civitatem, clerum et homines, sive cives civitatis eiusdem super premissis omnibus offendere vel molestare presumat. Quod qui facere presumserit gravem indignationem celsitudinis nostre se noverit incursurum. Ad cuius nostre confirmationis, protectionis et inhibitionis memoriam ac immobile firmamentum presens scriptum exinde conscribi et sigillo majestatis nostre jussimus communiri. Datum Colonie secundo die Novembris. Anno domini millesimo ducentesimo LXXIII. Indictione secunda. Regni nostri anno primo.

[1]) Vergl. B. 59.

Staatsarchiv Zürich. (*Des Königs Siegel hängt.*) *Abgedruckt: N. C. D. nr. MXIV. Archiv f. Schw. Gesch. I.* 94. (*Auszug*). *Böhmer. Reg. K. Rudolfs.* (*Ausg. Stuttg.* 1844) *nr.* 14.

235.

König Rudolf verordnet auf Ansuchen der Bürger von Zürich, dass ein Reichsvogt daselbst nicht länger als zwei Jahre dieses Amt bekleiden und nachher während fünf Jahren dasselbe nicht wieder erhalten könne.

Köln. 5. November 1273.

Rudolphus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentium inspectoribus gratiam suam et omne bonum. Notum facimus universis per presentes, quod nos precibus civium civitatis Thuricensis Constantiensis dioecesis clementer inclinati eis de solita benignitate nostre majestatis gratiam fecimus specialem, quam edicto perpetuo decernimus duraturam. Videlicet quod advocatus quem eis praefecerimus duobus annis solum regere debet civitatem Thuricensem qui et completo biennio infra proximum quinquennium ad advocatiam dicte civitatis nullatenus debet praefici vel assumi. In cujus rei testimonium presentem literam scribi fecimus et sigillo nostre majestatis roborari. Datum Coloniae anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio. Non. Novembris. Anno regni nostro primo.

Staatsarchiv Zürich. (*Des Königs Siegel hängt.*) *Abgedruckt: Herrg. Gen. Habsb. II.* 439. (*Mit irrigem Datum*). *Archiv f. Schw. Gesch. I.* 94. (*Auszug*). *Böhmer Reg. K. Rudolfs nr.* 20. — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 633.

236.

König Rudolf nimmt Ammann und Gemeine des Thales Uri in des Reiches besondern Schutz und verspricht, sie niemals vom Reiche zu veräussern.

8. Januar 1274.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex et semper Augustus prudentibus viris ministro et universitati vallis Uranie dilectis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. In benevolenciae singularis applausu

complectitur nostra serenitas clare fidei puritatem et sinceritatis indubitate constantiam, qua vos erga nos et Romanum imperium semper incaluisse experimur, que quidem vestra graciosa placiditas lucidis insignita frequenter operibus nostris sic memoriabilibus est inscripta tenaciter, quod ad omnem provectum vestrum et tranquillitatem omnimodam promptis votis assurgere volumus, libertates vestras, honores et jura incommutabili animo disponentes ubilibet non minuere sed augere. Eia igitur vos fideles egregii ad insistendum nostris et imperii beneplacitis de bono in melius continuatione perpetua mentes et animos quesumus preparate. Certos enim vos reddimus et securos, quod in nullo eventu vel casu vos obligabimus aut alienabimus ullo modo, sed inter speciales alumpnos imperii computare vos volumus, specialibus nostris et imperii usibus et obsequiis omni tempore reservandos. Datum VI Id. Januar. Indictione II. Regni nostri anno primo.

Schmid Gesch. von Uri II. 204. *Abgedrucki: Tschudi Chron.* 180. (*Mit Auslassungen*). *Böhmer Reg. K. Rudolfs nr.* 48.

237.

König Rudolf bestätigt der Aebtissinn Elisabeth in Zürich, Fürstinn des Reiches, ihre königlichen Lehen und die Verwaltung der Temporalien ihres fürstlichen Stiftes, und bezeugt, dass sie die hiefür schuldigen Gebühren an seine Hofbeamte entrichtet habe.

25. Januar 1274.[1])

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Universitatis vestre notitie declaramus, simpliciter et publice protestantes, quod nos obtentu meritorum quibus honorabilis Elizabeth[2]) Abbatissa monasterii Turicensis dinoscitur prepollere, volentes Abbatissam eandem prerogativa favoris et gratie prosequi specialis, feoda sua regalia, et amministrationem temporalium principatus monasterii sui sibi concessimus liberaliter et libenter. ipsaque Abbatissa, princeps nostra dilecta, officialibus curie nostre, predicta amministratione de manu nostra sceptroque regali recepta, de regalibus iuribus, prenotatis officialibus debitis, plenarie satisfecit. In cuius rei testimonium presens scriptum sibi tradidimus, nostri sigilli munimine roboratum. Datum VIII. kalend. Febr. Anno domini M.CC.LXX.III. Indictione secunda. Regni vero nostri anno primo.

[1]) Der Ort der Ausstellung, in der Urkunde nicht angegeben, ist Zürich, wo König Rudolf am 25. Jan. 1274 weilte. Siehe dessen Urkunde vom gleichen Tage für Kloster Engelberg. *Herrg. Gen. Habsb. II.* 440. *Versuch Engelberg S.* 151. *Böhmers Reg. K. Rudolfs nr.* 53. 54. [2]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Des Königs Siegel hängt.*) *Abgedruckt: Hott. Spec. tig. helv. pag.* 245. *Herrg. Gen. Habsb, II.* 441. *Arch. f. Schw. Gesch. I.* 95. (*Auszug*). *Böhmer Reg. K. Rudolfs. nr.* 55. — *Abschriften: Haer. ol. LVI. Doc. Abb I.* 470. *Sch. C. D.* 639.

238.

Aebtissinn Elisabeth fertigt eine Schenkung des zürcherischen Bürgers Heinrich Rossberger an das Kloster Oetenbach, unter Uebernahme des Eigenthumsrechtes an den geschenkten Grundstücken, zwei Häusern in der Brunngasse.

Zürich. 27. Januar 1274.

Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus. Elizabeth[1]) Abbatissa monasterii Thuricensis, noticiam subscriptorum. Illi non inmerito in suo bono proposito sunt fovendi, qui de rebus sibi a Deo datis, quod animarum suarum saluti fuerit utile duxerint ordinandum. Sane quia ex consuetudine antiqua et approbata, cives nostri castri domos vel areas suas piis locis largiri cupientes, per manum Abbatisse, que pro tempore fuerit, hoc perducere dignum duxerint ad effectum[2]), Henricus dictus Rosseberger civis nostri castri predicti et Judenta uxor sua duas domos in Brunnegazzen sitas, in remedium animarum suarum unanimi consilio et consensu, per manum nostram, devotis et dilectis in Christo. B. Priorisse et conventui sororum in Oetinbach, salvo iure censualis et usualis denarii, in recognitionem nostri dominii in festo Exaltationis sancte crucis nobis a dicto conventu singulis annis persolvendi, liberaliter contulerunt. Insuper res suas alias mobiles quascumque habebant vel habituri erant in vita vel in morte, in nostra presentia et de nostro consensu, auctoritate et licentia eisdem dederunt libere et expresse. In cuius resignacionis et donationis testimonium, dictis B. Priorisse et conventui presentem litteram tradidimus sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec in Thurego. Anno domini millesimo ducentesimo LXXIIII. Sexto Kal. Februarii. Indictione II. Testes qui interfuerunt. sunt isti. fratres C. lector. R. de Oerlinkon ordinis predicatorum. dominus Hermannus de Rusekke plebanus monasterii Turicensis. Johannes dictus Hinder der mezzie. Uol. dictus Wolflebsch. Willo. C. dictus Burdiner. R. dictus Biberli. Hugo dictus Milchli. Uol. dictus der Wal, cives Thuricenses. et frater. R. conversus sororum de Oetinbach.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Vergl. zu dieser Stelle B. 67. Der Ausdruck „*nostri castri*“ ist bemerkenswerth.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

239.

Schiedspruch mehrerer Geistlicher in Sachen der Aebtissinn Elisabeth und ihres Convents gegen Rüdiger von Kloten, den Leutpriester zu Horgen, betreffend den Neugrützehnden daselbst.

Zürich. 17. August 1274.

In nomine domini Amen. Anno domini MCCLXXIIII octava Laurentii Mart. Indictione secunda. Cum in causa seu lite quam Ruodegerus dictus de Kloton canonicus Thuricensis plebanus ecclesie

in Horgen prope lacum Thuricensem honorabilibus in Christo Elizabethe[1]) Abbatisse totique Conventui dominarum et dominorum monasterii Thuricensis Constantiensis dyocesis super decimis novalium citra XIIII annos in parrochia ipsius ecclesie Horgen factorum movere intendebat, in nos videlicet Cuonradum Cantorem[2]). Heinricum dictum Manezzen magistros, canonicos Thuricenses, Burchardum plebanum in Altorf, magistrum Heinricum de Wetgis, canonicum Werdensem predicte dyocesis, legitime compromissum fuisset, partibus ad ratihabitionem et observationem nostre abitrarie secundum amicabilem ordinationem sententie, se sub ammissione cause et pena XX marcarum, puri et legalis argenti ponderis Thuricensis, fide data nomine iuramenti hinc inde astringentibus, et nichilominus Walthero dicto de sancto Petro et Hugone dicto Milchlin, civibus Thuricensibus, pro prefatis domina Abbatissa et suo conventu, Wilhelmo vero Milite dicto de Kloton et Johanne laico dicto Schaflino pro dicto Ruedegero se ad ratihabitionem et ad summam predicte pene scilicet XX marcarum, a parte arbitrium non servante parti servanti infra unius mensis spatium solvendam, se obligantibus, fide etiam hinc inde data super observatione arbitrii et premissis nomine iuramenti, predictis Abbatissa et Conventu prescriptionem et consuetudinem pro se et suo monasterio pretendentibus, set R. predicto petente et pretendente ius commune, et tamen asserente, quod propter amorem, honorem et quietem predictorum Abbatisse et conventus causam ipsam secundum amicitiam potius quam secundum justitiam et rigorem iuris cuperet diffiniri. Nos ad parrochiam Horgen personaliter accedentes, visis omnibus circumstantiis, et inspectis negocii et personarum qualitatibus, partibus prefixo a nobis termino presentibus, bona deliberatione prehabita arbitrando primo et principaliter nobis reservamus auctoritatem declarandi, diffiniendi dubia, si qua in nostra arbitraria sententia visa fuerint aliqualiter et inventa. Idem ordinamus arbitrando et arbitramur ordinando, quod de decima in Turrenmosa, quoad jus et partem dictorum Abbatisse et conventus, dictus R. plebanus annuatim, dum vixerit, percipere debet decem frustra sub hac forma: Abbatissa pro tempore et idem R. plebanus prefatam decimam in Turrenmose annuatim simul concedere debent bona fide sine fraude, simul etiam recipere debent arram et de decima solvenda cautionem. et ipse R. plebanus de parte Abbatisse debet decem frusta recipere annuatim. Si quid vero de novo in novalibus et agris incultis ac aliis meliorationibus in predicta decima accreverit, ipsa Abbatissa et R. plebanus equaliter inter se dividant, secundum consuetudinem hactenus ibidem super talibus observatam. Hec etiam ordinatio seu abitraria diffinitio de decimis novalium que in presentiarum sunt, vel in futuro erunt, in prefata parrochia Horgen ab ipso R. dum plebanus ibidem fuerit sine preiudicio sui successoris debet firmiter et inviolabiliter observari. Ipso vero R. plebano cedente vel decedente, hec ordinatio et tritici solutio penitus cessabit, et utraque partium tam monasterium quam plebanatus ad suum jus in hac parte per omnia redibunt. Prenominati etiam fideiussores a sue fideiussionis promissione sunt penitus absoluti, quam cito presens instrumentum sigillis predicte domine Abbatisse, quo et suus conventus utitur, et nostris qui sumus arbitratores ac ipsius R. plebani fuerit roboratum. Item arbitramur, quod predicti Abbatissa et suus conventus, et R. plebanus, omne ius in percipiendis decimis novalium et agrorum, ac aliarum rerum, quo hactenus usi sunt in parrochia Horgen preter premissa, pro tempore R. plebani debent habere. Et in huius rei testimonium presentem literam duplicatam partibus tradimus sigillis prenominatis patenter communitam. Actum Thuregi in domo mea[3]) videlicet predicti B. plebani in Altorf. Anno domini die et Indictione prenotatis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Konrad von Mure. [3]) Der Capellerhof in Zürich, vgl. B. 216.

Stadtarchiv Zürich. (*Zwei Ausfertigungen. Die Siegel der Aebtissinn, der vier Schiedsrichter und des Leutpriesters R. von Kloten hängen*). — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 474.

240.

Aebtissinn Elisabeth beurkundet, dass die Auskaufssumme, welche Burchard, dem Pfarrer zu Altorf, für ein der Abtei zurückgegebenes Erbe gebührt, nach Burchards Willen theils dem Convente anstatt eines auf Burchards Hause haftenden Zinses zukommen, theils zur Feier der Jahrszeit des Pfarrers verwendet werden soll.

Kloster Zürich. 3. März 1275.

Universis presentium inspectoribus. Elizabeth [1]) Dei gratia Thuricensis notitiam rei geste. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, expedit ut ea que geruntur, ne ab humana cadant memoria, scripture testimonio roborentur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod dilectus in Christo Burchardus incuratus in Altorf, canonicus monasterii nostri, vineam suam duorum jugerum, sitam in loco iuxta Thuregum, qui Signou [2]) appellatur, quam vineam iure hereditario pro annuo censu videlicet duorum quartalium tritici a nostro monasterio possidebat, reservato sibi usufructu pro tempore vite sue, nobis nomine monasterii vendidit pro sex marcis argenti legalis, ponderis thuricensis. de solutione ipsius argenti taliter ordinando, ut nobis [3]) seu quecumque fuerit Abbatissa post ipsius decessum conventui nostri monasterii solvat predictas sex marcas ad predii conparationem, quarum quatuor ipse conventus habebit in recompensationem duorum modiorum tritici, qui de domo sua iuxta fossatum [4]) annuatim ipsi conventui solvebantur; reliquas duas marcas pro uno modio tritici, qui in die sui anniversarii debet in simulis residentibus distribui, ob salutem et sue anime commemorationem, et domus predicta erit immunis et libera inantea solutione census memorati. Acta sunt hec in capitulo monasterii Thuricensis. Anno domini M.CC.LXXV. V. Non. Marcii. Indictione tertia. Presentibus Hugone preposito ymbriacensi. Hermanno de Rusegge plebano monasterii nostri. Heinrico dicto Manezzen sacerdote. Heinrico Marcio. Heinrico Manezzen, magistris, canonicis nostri monasterii. Jacobo Molendinario. Ruo. de Lunkuft. H. de Curia militibus. Ber. notario consulum Thuricensium et aliis quam pluribus. In cuius rei evidentiam presentem literam sigilli nosri munimine duximus roborandam.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Signau, Gmde. Hirslanden bei Zürich. [3]) So, statt: *nos.* [4]) Der Capellerhof (am alten Stadtgraben) in Zürich B. 216.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) *Abschrift: Doc. Abb. I.* 502. *Sch. C. D. nr.* 649.

241.

Burchard, Pfarrer in Altorf, erläutert die Vergabung seines Hauses an das Kloster Capell dahin, dass zu derselben auch Trotte und Weingeschirr gehört haben und gehören sollen.

Zürich. 10. Mai 1275.

Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint Burchardus Incuratus de Altorf, canonicus Thuricensis, noticiam rei geste. Licet quondam domum meam sitam infra muros Thuricenses prope ostiolum quod in wlgari dicitur in dem Münsterhove reverendis in Christo . . Abbati et conventui de Capella Cisterciensis ordinis Constantiensis[1]) dederim et contulerim cum areis et omnibus aliis que ad eandem domum spectare dinoscuntur, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur[2]), tamen, quia quidam dubitare videbantur, utrum in ipsa donacione torcular in ipsa domo existens deberet vel posset comprehendi, pro eo quod nominatim non fuerat expressum, ego omnem causam ambiguitatis et dubii excludere volens, presentibus profiteor, me dictum torcular cum vasis vinariis que in domo mea sunt, prefatis religiosis contulisse libere possidenda et habenda. Ad majorem etiam cautelam predictum torcular cum omnibus vasis vinariis, que in domo mea sunt supradictis religiosis libere verto confero et assigno perpetualiter possidenda, non obstante alicujus ecclesiastice vel secularis persone seu potestate[3]) contradictione. Huius rei testes sunt C. major cellarius de Capella . . . . de Egga. Joh. Schafeli, canonici Thuricenses. Chuonradus viceplebanus in Horgin. H. dictus Wesi. Hugo Milcheli. Walter filius ejusdem. Arnoldus et Johannes conversi de Capella et alii multi fide digni. In cujus testimonium presentem literam sigillo meo sepefatis religiosis trado et confero firmiter roboratam. Acta sunt in cespite qui adjacet predicte domui. Anno domini M.CC.L.XXV. VI Idus Maji. Indictione III.

[1]) Adde: *dioecesis.* [2]) Vergl. B. 216. [3]) Lege: »*potestatis*«.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Pfarrers hängt.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Reg. der Arch. d. Schw. Eidg. B. I. Heft* 3. *nr.* 108.

242.

Aebtissinn Elisabeth Namens ihres Gotteshauses gibt dem Herrn Jacob Mülner den halben Theil Rechtes an einer Hörigen zu rechtem Lehen.

Kloster Zürich. 5. Juni 1275.

In gottis namen Amen. Allen dien die disen brief sehent alde horent lesent dien kunden wir ábtissin Elsebeth[1]) von Ziurich, das wir mit guotem rate Hern Jacobe dem Müller und sinen kinden han virlüwen ze rehtem Lêne. Meister Johannes wib von wiedinkon, der schuolmeister ze Lucern ist. und ir tohter die des stanners sun hat genomen zer ê. und ander ir kint die sie hat alde noh

gewinnet. vrowen und kint ze dem halben teile. dar nach sien wir uber ein komen, mit hern Jacobe dem Müller und sinen kinden. swas guotis Meister Johannes bringet unz an sinen tot, das der Müller und sinü kint die selben lüte die hie vor genennet sint lazen ze rehtem erbe gan. und unbeswe-ret an ir guote. Were aber das, daz die selben liute sich wolten ledigen von dem Müller wider an an das gotshus, swas si darumbe gent daz sol er halbes geben einer äbtissin von ziurich. wolti aber der Müller und sinü kint an dien tegedinge ze strenge sin. so suln wir und her Herman von Bounstetten der tegedinge gewaltic sin, gegin gelimpfe und gegin fuoge. Her ubir hat uns der Müller burgen gegebin umbe vierzic marke, das er stête habe das hie vor geschriben ist. Unde tete er des niht so suln sich die bürgen antworten uber ahte tage. so si gemant werdent, ze rehter giselschefte ze ziurich, unz ez volfueret wirt, alde aber die vierzic marke gewert. Dise burgschaft han wir inpfan-gen und her hereman von Bounstetten an diz gotshus stat, und sint uns daruber burgen gigebin, her Ruedege Manezze, und her Ruodolf von Lunkouft, und her Uolrich der Bumbler. Do diz beschach do was gesin von gottis geburte zwelfhundert und sibenzic iar, und in dem fünften iare, an dem guoten tage [2]) in der pfingest vuoken. in unserm huse an der louben. ze geginwrte dirre liute die hie geschriben stant. hern huges des brobstes von Emmerrach, hern heremannes von Rusegge, der unser lüprister ist. Meister Ruodolfs von Wediswile, hern heremannes von bounstetten, hern Ruede-ger Manezzen, hern Ruodolfs von lunkouft, hern Uolrichs Bumblers. Und das disiu rede belibe stete und unvirvalst, so henken wir unser ingesigel daran und der Müller das sin. und behalten wir einen brief und der Müller den andern.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Mittwoch in der Pfingstwoche.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und Herrn Jacob Mülners hängen.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 650.

243.

Der Edle Wernher von Attinghusen schenkt verschiedene Hörige an die Abtei Zürich.

Jahr 1275.

Homines suprascriptos W. [1]) Nobilis de Attinghusen cum jure servitutis dedit et contulit ad coe-nobium Thuricensis monasterii quorum nomina sunt H. dictus Chreginch, P. filius suus, Ul. Bu. C. Walt. et Ar. fratres dicti Chreginch. Hedewig conversa soror eorum carnalis. H. dictus Chrigench. C. H. Ul. filii sui. Ar. dictus Meister Burkars. H. R. Richwinus Ar. et Itha liberi sui. Wer. dictus Meister Burkars et liberi sui. H. dictus Meister Burkars et C. filius suus. In signum autem dicte do-nationis homines premissi solvunt annuatim in die Martini I p. predicto monasterio nomine census de prato suo in Haseln. Actum in Urania [2]) anno MCCLXXV. Post hec idem Wern. de Attinghu-sen dedit monasterio nostro Walterum de Beroldingen. Et idem Walterus [3]) dedit monasterio nostro bona in Rupoltzingen ab dem Brunnen [4]) et in Oberunwinkeln [5]).

[1]) Wernher von Attinghusen. Vergl. *Kopp Eidg. B. II, 1. S.* 266. [2]) Altorf oder (im weitern Sinne) Uri? [3]) Wern-herus? [4]) Rupeldingen am Born, Pfarre Olten, Kts. Solothurn, [5]) ?

Doc. Abb. VII. 348. (*Aus einem alten: Census bon. mon. Thur.*).

244.

Rudolf, Bischof von Konstanz, bestätigt die von Bischof Eberhard im Jahr 1270 erlassene Verfügung betreffend die Dotirung eines neuen Kirchenamtes aus den Einkünften der St. Peterskirche.

Konstanz. 18. Januar 1276.

R.[1]) Dei gratia Episcopus Constantiensis Omnibus presentium inspectoribus salutem in domino. Noverint universi, quod nos reverendi in Christo patris E. pie memorie predecessoris nostri litteras non abolitas non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, vidimus et legimus in hec verba:

(Hier folgt wörtlich die Urkunde von 1270. B. 215 oben.)

Nos igitur predicti predecessoris nostri vestigiis inherentes, attendentes, quod ea que in instrumento presentibus inserto continentur, cum provida deliberatione et maturo sui capituli et aliorum iurisperitorum consilio, statuit et ordinavit, quicquid per ipsum circa divisionem predictorum redituum et ordinationem prebende prout in eodem instrumento plenius continetur, factum esse dinoscitur, ratum habemus et gratum, et universa et singula circa premissam ordinationem et divisionem redituum habitam in domino approbamus. Datum Constantie. Anno domini MCC.LXXVI. XV. kal. febr. Indict. IIII.

[1]) Rudolf, Graf von Habsburg-Laufenburg, ein Vetter König Rudolfs, Bischof von Konstanz von ao. 1274 (August) bis 1293. S. *Kopp. Eidg. B. I. S.* 130. *Anm.* 1. *II. S.* 524. *Anm.* 7 und *Geschichtsfrd. IV.* 174. 182.

Staatsarchiv Zürich. (*Des Bischofs Siegel hängt.*)

245.

Tauschvertrag zwischen Aebtissinn Elisabeth und Convent einer- und Frau Anna, Herrn Konrads Wirthinn von Glarus, anderseits betreffend Grundstücke bei Stadelhofen, unter Zustimmung des Meiers von Stadelhofen hinsichtlich seiner Meierrechte.

Kloster Zürich. 16. Februar 1276.

Allen dien die disen brief ansehent, künden wir, Elsebetha[1]) von gottes genaden Ebetissinne ze Zürich des Munsters vnd ouch der Samenunk, das wir einen akker, den man da nennet Triuchtental vnd einen garten ze stadelhofen bi der Strâze vnz an die marksteine, die da nüliche gesezzet sint. vnd ein gerteli das bi dem Mülihvse ze Stadelhoven ist, ovch vnz an die marksteine, han gewechselt, lidig vnd lere vmb den akker, der oberthalb der selben Müli vnd dem kenel lit, bi der boungarten abe dorf vnd vmb die witi hinder der Müli niderthalb des kenels, dur vf an den wech, als die marksteine erzeigent, mit vron Annon hern Chounrates wirtinun von Glarus, diu mit ir wirtes hant, dem dise selben akker ze libgedinge gemachet wurden waren, und mit ir beider kinde, Chuonrates und Elsebethun willen und Annon willen. ze rechtem wechsel umbe diu vor geschribenen guot, die selben akker umbechümbert unserme gotteshûse ewekliche hat gegeben. also das wir enkeiner

slachte boun niderthalb dem kenel zwüen noch sezzen. Ouch sol in dem garten den wir gegeben han niemer strazehalb nosboun gesezzet noch gezwüet werden. Darnach sin wir über ein komen mit hern Chuonrate, das wir den Runs des Oetenbaches, der da ze unserre Müli vlüzet [2]), bi sinen reben und sinem guote dem man da sprichet zelters buel [3]), leiten, wisen, unde twingen mögen swa wir wollen ald swa es uns aller beste komet. und swas rechtunge der Meier und der Banwart unz her hatten an dien Guetern so wir uns entânet han, die sulen sie hinnan vür lidekliche han, uf der Müli und uf dien akkern die uns ze gegen wechsel gegeben sint. Und das dis iemer stête si, so henken wir unser ingesigele an disen brief.

Wir herre Chuonrat. und vro Anne von Glarus, veriehen alles des so da vor geschriben ist, und wand wir nit ingesigelen hân, so binden wir uns under der burger ingesigel von Zürich.

Wir Herre Johannes Manezze, Herre Ruodolf der Mulner, Herre Ruodolf von Glarus, Herre Volrich von Rumelinkon, Herre Heinrich von Chlotun, Herre Willeheln Bokkeli rittere, Wernher Marchwartez, Walther von sante Peter, Ulrich in dem Marchete, Berchtolt Swende, Friderich ze Nidebrugge, Ruodolf Manezze, die dez rates von Zürich sint besigelen disen brief, dur Hern Chuonrates und siner wirtinne bitte und willen.

Ich Herre Jacob der Mulner der Meier von Stadelhoven, spriche das dis mit minem willen geschehen ist und binde mich mit minem ingesigele ze behaltenne alles dc da vor geschriben stat.

Dis alles geschach do von gottes geburte waren Tusent zweihundert sechs un sibenzig iar an dem sonnentage vor der alten vasenacht in unserre, der Ebetissinne stoben, da ze gegeni waren, Herre Heinrich Manezze der priester, Herre Ruodolf von Glarus, Herre Heinrich in dem hove rittere, Hug Milcheli, Ruodolf Manezze, Heinrich von Yschena, Walther Bruehunt und ander genuoge die sonderliche dar gebetten worden. Indictione quarta.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Dieser Runs des Oetenbaches, der zur Mühle in Stadelhofen fliesst, ist der heutige „Mühlebach". Vergl. B. 86. [3]) Ist wohl der ursprüngliche Name des jetzigen „Kreuzbühl", von welchem die Strasse zu seinen Füssen jetzt „Zeltweg" heisst. So auch *H. Meyer*, *die Ortsnamen des Kts. Z. nr.* 912.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Rathes hängen; das von Herrn Jacob Mülner fehlt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 486.

246.

Aebtissinn Elisabeth und Convent verleihen dem Heinrich von Itschena einen Rebberg und Obstgarten in Signau gegen einen jährlich dem Convente zu bezahlenden Zins als Erblehen.

Kloster Zürich. 25. Februar 1276.

Universis presentium inspectoribus Elizabeta [1]) abbatissa et conventus Turicensis affectum caritatis. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod vineam et pomarium sitam et situm in Siggenowe [2]) quam et quod Chuonradus quondam minister noster possidebat a nobis. Heinrico dicto de Ychena [3]) et suis heredibus jure hereditario sub annuo censu videlicet quinque modiorum et duorum quartalium

tritici mensure Turicensis in festo Regule, nobis videlicet conventui solvendo, concessimus et concedimus exceptione et actione qualibet semotis, ita videlicet ut non solum predicta vinea et pomarium verum et ager quatuor jugerum, situs iuxta dictum locum Siggenouwe, qui similiter a nobis jure hereditario a predicto H. possidetur pro dicto censu V. modiorum et duorum quartalium tritici sit conventui libere obligatus. Ordinatum est etiam, ut liberum sit ipsi Heinrico vel suis heredibus redimere ipsum censum, excepto uno quartali tritici, ita quod pro modio tritici duas marcas persolvat nobis conventui, quia dicta vinea et pomarium specialiter ad nostrum conventum pertinere dinoscitur, nec nos abbatissa ratione abbacie quicquam de dicto censu valemus quomodolibet vendicare. In quorum testimonium presentem literam sigillo mei videlicet abbatisse quo et nos conventus utimur tradimus dicto Heinrico et suis heredibus patenter communitum. Datum in capitulo nostro, presentibus Ruodolfo et Chuonrado dictis de Clarona militibus, Hugone dicto Milchelin et pluribus aliis ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Anno domini M.CC.LXX.VI. festo Mathie apostoli. Indictione quarta.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Signau, Gmde. Hirslanden bei Zürich. Vergl. B. 102. [3]) Itschnach, Gmde. Küssnach Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 482. *Sch. C. D. nr.* 660.

247.

B. thesaurarius in Zofingen, von Herrn Heinrich von Klingenberg, dem Stellvertreter Bischofs Rudolf von Konstanz, als Richter bestellt zwischen Kloster Capell und Ritter Rudolf von Baar, urkundet, dass Letzterer eingestanden, er habe den Zehnten in Uerzlinkon bisher nicht richtig an das Kloster erstattet, dass er sich aber verpflichtet, dieses künftig gemäss den von der Aebtissinn in Zürich und dem Edeln Rudolf von Wediswile verfertigten Instrumenten zu thun.

16. September 1276.

B. thesaurarius Zovingensis, judex subdelegatus a venerabili domino H. de Klingenberch, vicem gerenti R. Dei gratia Constantiensis episcopi, omnibus presencium inspectoribus noticiam rei geste. Cum acta temporalia per successum temporis pereant et succedant, statutum est a sapientibus, si que gesta memorie hominum debeant commendari, quod ipsa litterarum serie conscribantur. Noverint igitur omnes harum litterarum inspectores, quod coram nobis constitutis Eberhardo cellerario de Capellis, procuratore abbatis et conventus ejusdem loci, et R. de Barro milite, mota sibi questione pro quadam decima in Urzlinkon, te qua pleno jure non respontitit, tandem idem miles ad cor reversus tamquam volens conscienciam mundare, coram nobis et aliis fidedignis professus publice fatebatur, se de eadem decima prefato domino Abbati et conventui non secundum justiciam respondisse, unde amplius voluntarie non coactus se sine omni doli scrupulo astringebat, quod de eadem decima secundum instrumenta confecta a sublimibus personis Abbatisse Thuricensi et R. de Wediswile nobilis pro tem-

pore vite sue tenetur annis singulis respondere, nichil minuens in modio vel mensura immo largiens integraliter et perfecte sicut illi, qui ipsam decimam possidebant, faciebant, cessante omni actione juris canonici et civili. Testes hujus cause sunt hii, ad hoc vocati. Johannes cellerarius sancti Urbani. Eberhardus cellerarius de Capellis sacerdotes. Uol. de Ifendal miles. G. scolasticus Zovingensis. Heinricus dictus Schaller. et alii fide digni. In hujus etiam facti evidenciam et robur veritatis, Nos thesaurarius suprascriptis una cum premisso milite R. de Barro fecimus hanc litteram nostrorum sigillorum munimine consignari. Datum et actum anno domini M.CC.LXXVI. iiij[a] post exaltacionem sancte crucis.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Thesaurarius B. hängt.. Eiförmig, der heilige St. Moriz in voller Rüstung als römischer Soldat; die Umschrift: S. B. CVSTODIS. ECCE ZO..... EN. Das Siegel Ritter R. von Baar ist abgerissen, aber der Pergamenstreifen da, an welchem es hing.*) *Abgedruckt: Reg. der Arch. der Schw. Eidg. B. I. Heft* 3. *nr.* 109. (*Auszug*).

248.

Aebtissinn Elisabeth bestätigt dem Kloster Seldenau den Kauf der alten Hube zu Wiedikon von Ritter Jacob dem Mülner, mit Vorbehalt des jährlichen Erbzinses an die Abtei Zürich.

1. Februar 1277.[1])

Nos Elysabeth[2]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod cum Jacobus Molendinarius miles possessiones suas sitas in Wiedinkon dictas die alte huoba, quas a monasterio nostro jure hereditario possedit, cum agris, pratis, nemoribus, pascuis, cultis et incultis, aqueductibus et eorum usibus de consensu R. et R. filiorum suorum vendidisset dilectis in Christo Abatisse et conventui sororum in Seldenouwe extra muros Thuregi, pro decem et octo marcis probati argenti ad manus suas traditis et receptis, accedente nostra voluntate et consensu. Nos prefatas possessiones cum omnibus suis pertinentiis, resignatione nobis facta per Jacobum molendinarium militem et filios suos antedictos, jam dictis Abbatisse et conventui de Seldenouwe concessimus sub annuo censu unius denarii Constantiensis nobis in festo Galli persolvendi jure hereditario quiete et libere possidendas. In cujus facti memoriam sigillo nostro presens litera est munita. Testes qui huic resignationi et donationi interfuerunt sunt: Heinricus rector ecclesie de Horgen, Johannes miles de Schoeninwert, Mathias dictus Chiener, Hugo dictus Milkeli, frater Rudolfus conversus de Seldenouwe et Wernherus Textor de Basilea. Actum et datum anno domini MCCLXXVII. Kalend. Febr. Indict. V.

[1]) Zu dieser Urkunde vergl. B. 214. [2]) Elisabeth von Wezikon.

Schenchzer Cod. dipl. nr. 631 a. (*Mit Erwähnung des Siegels der Aebtissinn, das Sch. noch hängen sah.*)

249.

Frau Anna, Gattinn Ritter Walthers von Hünoberg, vergabt mit Einwilligung ihres Mannes und mit Bestätigung der Aebtissinn Elisabeth in Zürich Güter in Steinacher, Leimbach, Spreitenbach, Bassersdorf und Nürensdorf an das Kloster Oetenbach.

Kloster Oetenbach. 25. April 1277.

Omnibus Christi fidelibus presentem litteram inspecturis Waltherus miles dictus de Hünoberg noticiam subscriptorum. Noverint tam posteri quam presentes, quod Anna uxor mea de bonis sibi a Deo concessis, saluti sue cupiens providere, in remedium anime sue et parentum suorum possessiones seu predia sita in villis Steinacher[1], Leimbach[2], Spreitenbach[3], Basselstorf[4], Nüristorf[5], sibi jure proprietatis attinencia, cum omnibus suis pertinenciis et appendiciis, agris, pratis, silvis, rivis, viis et inviis, cultis et incultis, per manum meam, qui ejus tutor extiti, devotis in Christo Priorisse et Conventui sororum de Oetinbach libere contulit et donavit. Et eandem donacionem seu collacionem per manum et auctoritatem venerabilis in Christo domine E.[6] Dei gracia Abbatisse monasterii Thuricensis petivit roborari et ratificari et prescriptas possessiones prenotatis sororibus conferri et donari, quod etiam obtinuit in omnibus et inpetravit. Acta sunt hec anno Domini MCCLXXVII. septimo Kal. Maji. Indict. V. sub ostio chori sororum predictarum, presentibus fratre C. de Constancia, fratre H. dicto Schürge, fratre Johanne de Urania et fratre Wilhelmo de Clarona, ordinis predicatorum. Hartmanno et Rudolfo filiis meis. Johanne filio Petri dicti Wolfleibs, et Walthero dicto de Chussenach servo meo. In cujus rei evidenciam et munimen presentem litteram exinde conscriptam sepedictis sororibus contuli prenotate domine mee Abbatisse ac mei sigillorum munimine roboratam.

[1]) Nebenorte dieses Namens sind in 8 verschiedenen Gemeinden des Kts. Zürich. [2]) Leimbach, Kts. Zürich. [3]) Spreitenbach, Kts. Aargau. [4]) Bassersdorf und [5]) Nürensdorf, Kts. Zürich. [6]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Ritters hängen.*)

250.

Zeugniss, dass die Aebtissinn die Hörigkeit mehrerer Personen an ihr Kloster erwiesen.

19. Mai 1277.

Domina mea probavit per testes idoneos feria quarta ebdomade Penthecostes anno MCCLXXVII. quod H. dictus Chubel de Wintertur et pueri jure servitutis attinent monasterio suo, in cujus signum idem H. et pueri sui dabunt annuatim I fertonem cere. Presentibus H. plebano in Horgen, R. Biberli, Hu. Milchlino, R. Schafli, H. Dotario in Wintertur dicto Velwen, H. Wimann.

Domina abbatissa probavit per testes idoneos, scilicet Wal. et H. dictos Schaden de Chiburg et C. Dotarium de Obrehoven, quod Mechtild uxor E. de Ruzinchon, C. W. R. Adelh. Ita et Mech-

tild liberi sui, ad monasterium suum jure servitutis debent pertinere. Presentes sunt E. de Bichelsee, dicti Giela de Glattburga, milites et Uol. de Tetanch. . . . . Adelheid uxor Johannis sutoris de Griffensee obtinuit se pertinere ad monasterium Thuricense et de persona sua locavit I fertonem cere.

Doc. Abb. VII. 753. (*Aus einem alten census bon. mon. Thur.*)

251.

Aebtissinn Elisabeth und der Rath zu Zürich siegeln den Kauf- und Lehenbrief um gewisse Häuser am Markte zu Zürich zwischen dem zürcherischen Bürger Ulrich an dem Markte und dem Chorherrenstifte daselbst.

Zürich. 4. Juni 1277.

Elisabeth[1]) Dei gratia Abbatissa et consules Thuricenses quorum ad presens hec sunt nomina Jacobus Molendinarius, Burchardus de Hottingen, Dietlo, Wernherus Biber, Chuono de Tuobelnstein, Rudolfus de Bechenhoven, milites. Uolricus dictus Trueber, Rudolfus Chriech, Chuonradus Thya, Uolricus in dem Turne, Petrus Wolfleibscho, Friedericus Peregrinus, Constantiensis dyoecesis, universis presentium inspectoribus imperpetuum . . . . . Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod dilectus concivis noster dictus Ulricus in foro areas suas cum edificiis lapideis et ligneis inedificatis et superedificatis, ex latere superiori contiguas domui Uolrici dicti Chriech, inferiore autem foro boum, anteriore foro communi seu publico, posteriore dicto Schiedelgezzelin, usque ad domum dicti Gersters, cum omni jure dominii et proprietatis quod in eisdem habebat legittima sollempnitate et consuetudine terre approbata adhibitis, honorabilibus in Christo Johanni Preposito[2]) et Capitulo Thuricensi et eorum ecclesie vendidit, tradidit, liberas et absolutas pro quinquaginta marcis argenti ponderis Thuricensis . . . . . Mechthildis etiam uxor ipsius Uolrici publice sponte legitime resignavit usufructum sibi . . . . . constitutum, eorundem Uolrici et uxoris filiis et filiabus quorum intererat resignantibus libere et expresse quicquid juris ex constitutione usufructus seu consuetudine terre vel alio quocunque modo eisdem in predictis area et edificiis competebat vel competere poterat aliqua ratione. Postmodum venditione completa traditione facta et possessione quieta in predictis bonis habita jamdicti Prepositus et Capitulum easdem areas cum edificiis hereditario jure concesserunt eidem Uolrico pro annuo censu videlicet viginti quinque modiis tritici mensure Thuricensis in festo beati Martini in granario claustrali seu canonico solvendo annuatim etc. . . . . Datum et actum Thuregi in Capitulo Prepositure Thuricensis. Anno domini MCCLXXVII. II Non. Juni. Indictione quinta. Nos prenominati Uolricus, Mechthildis, filii et filiae, literam ut premissum est presentem cum sana veri recognitione sigillis honor. predictorum Abbatisse et Consulum Thuricensium petivimus et obtinuimus patenter communiri. Anno domini, die et Indictione prenotatis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Johannes von Wildegg, Probst zu Zürich nach Heinrich von Klingenberg (B. 221) von 1276 bis 12. Januar 1301. (Vergl. *Kopp. Eidg. Bünde II. 1. S.* 12.)

Sch. C. D. nr. 671 f.

252.

Aebtissinn Elisabeth verleiht aus Auftrag von Elisabeth, Frau des Ritters Ulrich von Schönenwerd, dem Kloster Oetenbach ein Gut in Dietikon zu Erbe.

Kloster Zürich. 29. Juni 1277.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elisabeth [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Ne ex longinquitate temporis rerum gestarum labatur noticia, presertim cum hominum labilis sit memoria, expedit memorie fragilitatem literis adiuvari. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod Elisabeth uxor Uolrici de Schönenwert militis, civis Thuricensis, marito suo Uol. predicto auctorante et consensum prebente, predium situm Dietinkon, quod quidem colunt dicti die Banholzerra, reddens annuatim tres modios tritici et unum maltrum avene cum porco valente quinque solidos . . . Priorisse et Conventui in Oetenbach vendidit pro novem marcis argenti ponderis Thuricensis, que etiam Elisabeth, et Uolricus filius suus, proprietatem predicti predii in manostras de voluntate et consensu predicti mariti sui publice resignavit. Qua recepta resignatione nos predictum predium prenominatis Priorisse et Conventui seu monasterio in Oetenbach pro annuo censu duorum denariorum usualis monete Thuricensis iure hereditario concessimus presentibus possidendum. In cuius rei testimonium presentem cartam tradimus predictis . . Priorisse et conventui nostri sigilli munimine patenter communitam. Acta sunt hec Thuregi in ambitu nostro. Anno domini M.CC.LXXVII die Sancti Pauli Apostoli. Indictione V. presentibus. Heinrico dicto Brun seniore, Ruedigero Manessen, militibus. Hug Manassen seniore. Chuonrado Burdiner. Johanne retro Macellum. Ruodolfo Biberlin. civibus Thuricensibus. et aliis fidedignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

253.

Aebtissinn Elisabeth verleiht mehrere von Heinrich Meier ihr hiefür übertragene Grundstücke in Horgen dem Kloster Oetenbach zu Erbe.

Zürich. 7. November 1277.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elisabeth [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Quoniam omnium habere memoriam potius est divinitatis quam humanitatis, idcirco expedit, ut ea que geruntur, ne a memoria hominum labantur, scripture testimonio perhennentur. Notum igitur fieri cupimus universis, quod Chuonradus dictus villicus de Horgen proprietatem pratorum sitorum in Horgen dictorum von Turlimat et in Sutersmos ac proprietatem agrorum

ibidem sitorum dictorum ufen Reit et in dien Venbern sub hac condicione et modo in manus nostras publice ac sollempniter resignavit, ut predicta prata et agros . . Priorisse et Conventui in Oetenbach sub annuo censu unius denarii usualis monete iure hereditario concederemus. Nos itaque prenominata prata et agros sub censu pretacto prefatis . . Priorisse et Conventui jure hereditario concedimus per presentes. Maxime cum memorata . . Priorissa et Conventus ipsi C. pro resignatione proprietatis predictorum pratorum et agrorum solverint quinque libras monete Thuricensis. In cuius rei testimonium presentem literam sepefatis . . Priorisse et conventui sigilli nostri munimine tradimus communitam. Datum et actum Thuregi anno domini M.CC.LXXVII. VII. Idus Novembris. Indictione VI. presentibus Heinr. notario nostro, rectore ecclesie in Horgen. Uolr. dicto Trueber. Friderico Pilgrin. Ruod. Biberlin. Hug Milchlin. et aliis fidedignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

254.

Aebtissinn Elisabeth verleiht ein von Herrn Heinrich im Hofe in Folge Kaufs ihr hiefür übertragenes Gut in Nürenstorf dem Kloster Oetenbach zu Erbe.

Kirchberg. 14. März 1278.

Universis presentium inspectoribus E.[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Ut futuris litibus seu altercationibus obvietur, expedit gesta hominum scripture testimonio roborari. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod Heinr. Miles dictus de Curia[2]), civis Thuricensis, quoddam predium situm in Nuelistorf[3]), cuius proprietas ad ipsum spectare dinoscebatur, reddens annuatim quatuor modios et unum quartale tritici mensure Thuricensis et octo solidos denariorum monete usualis, quod quidem predium dictus Wiro coluit ab antiquo, receptis a dilectis in Christo Priorissa et Conventui sororum in Oetenbach novem marcis argenti ponderis Thuricensis nomine venditionis, proprietatem ipsius in manus nostras publice et legitime resignavit, petens ut dictum predium prenominatis Priorisse et Conventui pro annuo censu duorum denariorum concederemus iure hereditario possidendum. Nos attendentes predictam petitionem juri seu consuetudini consonam, ad petitionem et rogatum ipsius H. pro censu prescripto videlicet duorum denariorum sepefatis . . Priorisse et Conventui predictum predium iure hereditario concedimus per presentes. In cuius rei firmitatem et evidenciam pleniorem presentem cartam tradimus predictis . . Priorisse et Conventui nostri sigilli munimine communitam. Acta sunt hec in Kilchberch[3]) in domo plebani. Anno domini MCCLXXVIII. pridie Idus Marcii. Indictione VI. presentibus fratre Ber. et fratre Ruod. Conversis in Oetenbach. Wern. Biberlin. Ber. Swenden. Hartmanno dicto Saler. civibus Thuricensibus, et aliis fidedignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Vergl. B. 219. [3]) Nürensdorf, Kts. Zürich. Vergl. *Meyer Die Ortsnamen des Kantons Zürich nro.* 928. [3]) Kirchberg, Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

255.

Verleihung eines Erbes der Abtei in Laubegg durch Aebtissinn Elisabeth von Wezikon an Heinrich Nägeli von Richterswil.

8. April 1278.

Anno MCCLXXVIII. VI Idus Aprilis Johannes dictus Munch resignavit predium suum situm in Laubegge[1]) reddens annuatim XV frustra libere et expresse in manus El. Abbatisse Thur. dicte de Wezzinkon. Ipsa vero id ipsum predium concessit H. dicto Negelli de Richteschwyle pro annuo censu videlicet I den. jure hereditario possidendum.

[1]) Laubegg, Kgmde Hütten Kts. Zürich.

Doc. Abb. VII. 353. (*Aus einem alten Census bon. mon. Thur.*)

256.

Aebtissinn Elisabeth verleiht das Grundstück Schilthalden bei Küssnach, Erbe von der Abtei, an Ulrich Ammann von Rüschlikon.

Zürich. 24. Juni 1278.

Universis presentium inspectoribus Elisabeth[1]) Dei gratia abbatissa totusque conventus monasterii thuricensis noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit opportunum, quod Ulrico dicto dem Ammann de Ruechslinkon[2]) agrum situm iuxta Küssenach, qui dicitur Schilthalda[3]), qui ex donatione Heinrici Marcii militis pro anniversariis ipsius Heinrici et uxoris sue Elisabeth ad nostrum spectare libere dinoscebatur monasterium, pro annuo censu unius modii tritici in festo Galli solvendi iure hereditario concedimus per presentes. Idem etiam Ulricus de consensu et auctoritate magistri C. cantoris et Ul. Rorwolfi canonici Thuricensis vices gerentium Johannis prepositi Thuricensis[4]) domum et aream sitas in Ruechslinkon, quas iure hereditario possidet ab ecclesia prepositure Thuricensis, ad habundantem cautelam pro censu supratacto nobis et nostro monasterio obligavit. Promisit insuper prefatus Ulricus in manus predictorum C. et Ulrici bona obligata per quinque librarum solucionem nobis faciendam ab honere solucionis census predicti usque ad unum denarium, quem nobis Abbatisse in signum proprietatis agri ipsius solvet, infra sexennium totaliter liberare, quod si non fecerit, bona predicta nobis a memorato Heinrico Marcio donata et predicto Ulrico a nobis concessa tam diu erunt ecclesie prepositure Thuricensis obligata, quousque ab ipso Ulrico vel suis heredibus bona in Ruechslinkon fuerint, ut promissum est, liberata. Quando vero prenominatus Ulricus totam pecuniam vel partem pecunie solverit ante festum beati Galli, pro rata pecunie solute census erit sibi sine difficultate qualibet remittendus, ita quod pro solutione viginti quinque solidorum semper quartale tritici remittatur seu defalcetur. In cuius rei testimonium presens carta nostri videlicet Abbatisse, quo et

nos conventus utimur et predictorum C . . . et Ul. sigillorum munimine patenter communitur. Acta sunt hec Turegi anno domini MCCLXXVIII in die beati Johannis Baptiste. Indictione V. Presentibus Hugone preposito Ymbriacensi, Heinrico Manezzen sacerdote, Heinrico Marcio, Heinrico Manessen, magistris, canonicis Thuricensibus, Heinrico Stourin, Ulrico Mechkingen Ber. camerario et aliis multis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Rüschlinkon am Zürichsee. [3]) Vergl. oben B. 201. [4]) Johannes von Wildegg, Probst in Zürich. Vergl. B. 251.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn fehlt; dagegen hängen diejenigen der beiden Chorherren, des Sängers Konrad von Mure und Ulrichs Rorworf.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 680.

257.

Aebtissinn Elisabeth verleiht Grundstücke in Witellikon, deren Eigenthum ihr von Ritter Rudolf von Beggenhofen zu diesem Zwecke war übertragen worden, dem Kloster Oetenbach zu Erbe.

Kloster Zürich. (St. Niklaus-Capelle) 30. Juni 1278.

Universis presencium inspectoribus Elisabeth [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Ne ex longinquitate temporis rerum gestarum labatur noticia, presertim cum hominum labilis sit memoria, expedit memorie fragilitatem literis adjuvari. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod Ruodolfus miles de Beggenhoven predium suum situm in Wittelinkon [2]) reddens annuatim quinque modios tritici et quatuor pullos cum centum ovis, et vineam sitam ibidem, annuentibus et expresse consencientibus Anna uxore sua et filiis et filiabus, dilectis in Christo . . Priorisse et Conventui in Oetenbach vendidit et tradidit pro quatuordecim marcis argenti ponderis Thuricensis, quas idem miles confitetur se presentibus integraliter recepisse. Nosque ad prefati militis petitionem, renunciacione proprietatis ipsius predii et vinee ab ipso et predicta uxore ac filiis seu filiabus facta in manus nostras publice et sollempniter, prenominatis . . Priorisse et Conventui memorata bona pro annuo censu unius denarii Constanciensis [3]), in festo exaltationis sancte crucis solvendi, iure hereditario concessimus et presentibus concedimus perpetualiter possidenda. Prenominatus etiam miles cum predictis uxore et filiis seu filiabus renunciavit omni actioni, exceptioni, defensioni, et generaliter omnibus per que dicta venditio posset aliqualiter retractari. Insuper promisit predictis . . Priorisse et Conventui warandiam prestare bonorum predictorum suis expensis in iudicio et extra iudicium coram quocumque ecclesiastico vel seculari. In cuius rei evidenciam, presentem cartam sepefatis . . Priorisse et Conventui ad petitionem militis antedicti tradimus nostri sigilli munimine patenter communitam. Acta sunt hec Thuregi in capella Sancti Nicolai Anno domini M.CC.LXX.VIII. crastino Petri et Pauli apostolorum Indict. VI. presentibus H. Churwesin. Wern. Biberlin. Ruod. Schaflin, civibus Thuricensibus, et aliis quampluribus fidedignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Witellikon, Gmde. Zollikon Kts. Zürich. [3]) Warum nicht *Turicensis?*

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

258.

Aebtissinn Elisabeth verleiht dem Kloster Oetenbach zwei ihr zu diesem Zwecke von Elisabeth, Frau des Ritters Wernher Biber, übertragene Grundstücke zu Regensdorf und Bassersdorf zu Erbe.

Kloster Zürich. 13. August 1278.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elisabeth [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Cum omnium habere memoriam pocius sit divinitatis quam humanitatis, expedit, ut ea, que publice ac bona fide aguntur, ne cuiusquam valeant tergiversari calumpnia, scriptorum testimonio roborentur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod Elisabetha uxor Wernheri dicti Bibers militis civis Thuricensis, ipso marito suo auctorante et expressum consensum exhibente, predium suum situm apud Regensdorf [2]) solvens annuatim septem modios tritici et septem solidos denariorum monete Thuricensis, quod a Berchtoldo dicto Schüfing colitur, et predium situm in Basselstorf [3]) reddens annis singulis quinque modios tritici et octo solidos, quod a dicto Winman colitur, predilectis in Christo . . Priorisse et Conventui in Oetenbach pro viginti marcis et quarta parte marce argenti ponderis Thuricensis, quas se confitetur presentibus plenarie recepisse, vendidit et tradidit libere et pacifice possidenda. Que Elisabeth renunciavit, una cum Wernhero filio suo, in manus nostras proprietati ipsorum prediorum ac omni iuri, quod sibi vel suis heredibus in predictis bonis nunc competit vel posset competere in futurum, super eo iuramentum interponendo videlicet, quod super recisione predicti contractus agendo rel restitucionis beneficium implorando nunquam per se vel per alium laborabit vel faciet laborari. Porro cum servi vel ancille monasterii nostri sine nostro consensu et auctoritate proprietatem prediorum iure vel ratione non valeant alienare, proprietate predictorum bonorum nostro monasterio reservata, [predicta bona] ad petitionem memorate Elisabethe prenominatis . . Priorisse et Conventui pro annuo censu duorum denariorum Constantiensium [4]), solvendorum crastino post exaltationem sancte crucis, concessimus et presentibus concedimus iure hereditario possidenda. In cuius rei testimonium presentem cartam tradimus sepefatis . . Priorisse et Conventui nostri munimine patenter communitam. Acta sunt hec Thuregi super lobio nostro. Anno domini M.CC.LXX.VIII. tertia die post Laurentii. Indictione sexta. Presentibus Heinrico notario nostro, rectore ecclesie in Horgen. H. Brunen seniore. R. de Clarona. Jo. dicto Biber. Uolr. et Jo. fratribus dictis de Schönenwert. militibus. Hug Manessen seniore. Wern. Biberli. Uol. in dem Gewelbe. Jo. dicto Phister. Hug dicto Milchlin. Wern. et Uol. fratribus dictis Thyen. fratre Ber. de Oetenbach. et aliis quampluribus fide dignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Regensdorf und [3]) Bassersdorf, Kts. Zürich. [4]) Warum nicht *Thuricensium*?

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

259.

Aebtissinn Elisabeth siegelt die Uebergabe des obern Hofes in Affoltern an Abt und Convent von Capell, die Hermann, der Edle von Bonstetten, Reichsvogt in Zürich, gegen Bestellung einer lebenslänglichen Rente für sich und seine Gattinn Willebirgis vornimmt.

19 Juni

Zürich. ~~17. Mai~~ 1279.

Universis Christi fidelibus ad quos presentes litere pervenerint Hermannus nobilis de Bounstetten[1]) noticiam rei geste. Humana labente memoria et crescente cupiditatis malicia, expedit, ea que geruntur ad obviandum litibus scripture testimonio perhennari. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod ego quondam possessiones meas videlicet curiam superiorem in Affoltre[2]), quam a nobilibus dominis meis . . . de Snabulburg comparaveram, religiosis in Christo Abbati et Conventui monasterii de Kapella Cisterciensis ordinis Constantiensis diocesis dederim et contulerim nomine elemosine, cum omnibus suis juribus et attinentiis libere et quiete perpetuo possidendas et habendas. Ipsi religiosi non immemores mei talis beneficii in reconpensacionem ipsius michi et Willebirge uxori mee singulis annis ad vitam nostram astrinxerunt se daturos triginta et unum modium tritici mensure Thuricensis nomine pensionis. Ego de consensu predicte uxoris mee testando ordinavi et statui, ut uno ex nobis cedente vel decedente medietas predicte pensionis libere remaneat monasterio antedicto. Ambobus vero nobis demedio sublatis nullus heredum nostrorum in premissa pensione aliquid juris sibi potest vel debet usurpare, sed dicta pensio, sive triticum, secundum meam ordinationem sepefatis religiosis de Kapella integraliter debet remanere non obstante alicujus contradictione. Ut autem premissa nullius cavillacionis ingenio valeant irritari vel impugnari, presens instrumentum supradictis religiosis de Kapella dono et confero sigillis reverende in Christo E.[3]) Dei gratia Abbatisse monasterii Thuricensis et meo patenter communitum. Acta sunt hec Turegi. Anno domini MCCLXXIX. In festo beatorum martirum Gervasii et Protasii. Indictione VII.

[1]) Hermann von Bonstetten (der ältere), damals Reichsvogt in Zürich. [2]) Affoltern am Albis, Kts. Zürich. [3]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn und Hermanns von Bonstetten, letzteres mit der Umschrift: S. HERMANNI. DE. BOVNSTETEN. ADVOCATI. TUR.*) — *Abgedruckt: Reg. der Arch. der Schw. Eidg. B. I. Heft* 3. *nr.* 113.

260.

Aebtissinn Elisabeth verleiht dem Kloster Oetenbach einen ihr hiefür von Mechthild Bumbeler übertragenen ~~Acker~~ in Honrein zu Erbe.

Weinm

Kloster Zürich. 8. September 1279.

Universis presentium inspectoribus Elisabeth[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis affectum caritatis. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod dilecta in Christo Mechthildis, relicta quondam

Uolr. dicti Bumbeler militis, de consensu et auctoritate Wernheri dicti Brechter advocati sui et cognati, vineam suam unius iugeris, sitam in Honrein [2], contiguam vineis Füschinorum et Wern. dicti Marchwardi civium Thuricensium, quam colit dictus Blouso, cum omni iure et proprietate, quo ipsa habuit et possedit, in manus nostras publice ac legaliter resignavit, supplicans, quatenus predictam vineam . . Priorisse et Conventui in Oetenbach iure hereditario concedere dignaremus. Nos itaque ipsius piis precibus inclinate memoratam vineam prefatis . . Priorisse et Conventui pro annuo censu unius denarii crastino exaltationis sancte Crucis soļvendi iure hereditario perpetualiter possidendam concedimus per presentes. In huius rei evidenciam presentem cartam nostro sigillo tradimus prefatis . . Priorisse et Conventui patenter communitam. Acta sunt hec Thuregi in ambitu nostro anno domini M.CC.LXX.IX. die nativitatis beate virginis. Indict. VIII. presentibus Johanne dicto Biber milite, Wern. Biberlin, Wern. dicto Brechter, civibus Thuricensibus, Ber. et R. conversis de Oetenbach et aliis quampluribus fidedignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Honrein, Gmde. Wollishofen bei Zürich. Vergl. *Dr. Hrch. Meyer Die Ortsnamen des Kts. Zürich nr.* 1369.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

261.

Aebtissinn Elisabeth verleiht eine von Heinrich Pilgrin dem Kloster Oetenbach verkaufte Hube in Dällikon dem letztern zu Erbe.

Kloster Zürich. 13. November 1279.

Universis presencium inspectoribus E.[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis affectum karitatis. Quiete hominum evidenter prospicitur, calumpniandi materia amputatur, dum ea que geruntur, ne novis adinventionibus circa gesta fraudis aliquid attemptetur, scripture testimonio roborantur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod dilectus in Christo Heinricus dictus Pilgrin iunior, civis Thuricensis, mansum suum situm in Tellinkon [2]), quem Chuonradus in dem hove et Ruodolfus servus Ruod. militis dicti an dem Stege colunt, reddentem annis singulis octo modios tritici mensure Thuricensis, cuius proprietas ad ipsum spectare libere dinoscebatur, predilectis in Christo . . Priorisse et Conventui cenobii in Oetenbach de voluntate et consensu nostro libero et expresso pro undecim marcis et dimidia puri et legalis argenti ponderis Thuricensis, quod argentum presentibus confitetur se integraliter recepisse, de consensu Guote uxoris sue, Ruod. Johannis et Heinr. filiorum eius, Guote et Katherine filiarum suarum, vendidit ac tradidit liberaliter possidendum. Renuncians omni iuri, actioni, defensioni, exceptioni non numerate pecunie, nec non omni canonum ac legum auxilio, per quod dicta venditio et traditio possent aliquatinus infirmari. Obligans se et suos heredes ad prestandum warandiam ipsius mansi in omni foro, tam ecclesiastico quam seculari. Quibus venditione et traditione completis predicta . . Priorissa et Conventus mansum predictum a nobis receperunt pro annuo censu unius fertonis cere iure hereditario perpetualiter possidendum. In cuius rei testimonium

presentem cartam dictis . . Priorisse et Conventui tradimus sigilli nostri munimine patenter communitam. Acta sunt hec Thuregi in lobio nostro, anno domini M.CC.LXX.IX. feria secunda proxima post festum beati Martini. Indictione VIII. Presentibus Uol. Trüeben, Wern. Biberli, R. dicto Schafli, civibus Thuricensibus, Andrea filio Wil. de Constantia, Ber. et R. conversis in Oetenbach et aliis quam pluribus fidedignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Dällikon, Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt — in rothem Wachs.*)

262.

Aebtissinn Elisabeth verleiht verschiedene zu Horgen erkaufte Aecker an Walther von Kalbisau zu Erbe.

Kloster Zürich. 11. December 1279.

Wir von Gots gnaden Ebthischene Elsebetha [1]) von Zürich kunden allen dien, die disen Brief sehent old hörent, dass Chunrat dess Meiers bruder von Horgen ein gut, heizet der Kriegacher zem talacher und ein acher heizet der Wedeacher und zwen acher heizent Scherersacher an der Rama und ein acher zem Knobel und ein acher uf dem Berge heizet hanflant und ein acher an der haltünzer Rama und ein acher ze Golzenbül und ein acher heizet dü Rüti an Winterhaltün, zwen acher und ein wisün ze tannünbach, und ein acher an Seehaltün, ligent an dem velde und an der Egge ze Horgen [2]) —: hat uns und unserm Gotshus recht und redelich ze koufenne geben um sechs march silbers züricher gewicht, das er von uns und unserm gotshus empfangen hat, und disü güter sun jerlich gelten vier Stuckü. Derselbe Chunrat und Margretha sin Wirtenna mit gesworm eide, mit Burkart, Margretün, Annün, Elsebethün, Katherinün und Adelheit ir kinden hant disü vorgenanden gut lideklich und wilich ufgeben ze horgen in heinrichs hant unsers Schribers an unser Stat. und derselbe Chunrat ouch in unser hant, mit allem dem rechte, so er old sin wirtenna old sinü kint an dienselben achern old Wisün haten; disü vorgeschriben gut han wir dur ir bete allü sament verlühen Walther von Chalwisowa [3]) ze rechtem erbe umb ein jerlichen Zins zwene phenninge unser münze ze des heiligen Chrüzs mes uns und unserm Gotshus ze gebenne. Ist aber dass derselbe Chunrat old sin Wirtenna old sin kint Sechs march silbers hinnan ze sant Gallen mes das nu kunt uns old Heinrich unserm Schriber und hern Walther von sant Petre, ob wir tot sin, wider gebent und entwürten an geverde, so sun dü vorgenanden gut allü sament ihnen lidich sin von Walter von Chalwisowa und allen sinen erben mit aller der vriheit, als sü unz her derselbe Chunrat und sin Wirtin besessen hant. Ist ouch dass Chunrat old sin wirtin old sin kint ze disem Tage die sechs march haben mün, das sun si uns sagen und künden ze sant Regelün mes; an uns und unsern Schriber und hern Walthern von sant Petre ist ouch beidundhalp gesezzet, dass wir umb den Nuz, der ze disem Jar uf dienselben gütern wird, reden sün und thün, dass uns uf unser sele zimlich und gut dunket, und sol ouch das von in allen stet und veste bliben; und dass diss stete si, darumbe henken wir

unser Ingesigel an disen Brief. Diss geschach Zürich in unserm Hus an dem Mentage da von unsers Herren geburt waren zwelfhundert und sibenzech und nün jar, dem nehesten nach sant Niclauwestag. Indict. VIII. Dirre dinge sint gezüge Hr. Jo. der ze horgen singet und H. unser Schriber, Her Walt von sant Petre – C. ab dem Berge – L. willo – walt. Svininvleis – Ar. und H. die Sigristen von Horgen, H. zer Trotün – walt. Orolf – H. und Bs. Goltbacher – Jo. der (Lu.?) – walt. Stuller – H. von Wolrowa und ander gnüge.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Horgen am Zürichsee; alle genannten Orte liegen in dieser Gemeinde. [3]) Kalbisau, Weiler in der Gmde. Hirzel Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

263.

Burchard, Pfarrer in Altorf, und Magister Heinrich von Basel, Chorherr in Zürich, als Schiedsrichter erkennen der Abtei den Nachlass des Heinrich, gewesenen Sacristans in Ortsfeld, zu, und weisen die Ansprüche des Klosters Wettingen ab.

Zürich. 14. März 1280.

In nomine domini amen. Anno domini M.CC.LXXX pridie Idus Martis. Indict. VIII. Nos Burkardus, Incuratus de Altorf, Magister Heinricus de Basilea, canonici Turicensis, universis presentem paginam inspecturis noticiam subscriptorum. Orta questione inter reverendas in Christo Elisabetham[1]) Dei gratiam Abbatissam et Conventum mon. Turicen. ordinis sancti Benedicti ex una et Volkerum Abbatem ac Conventum in Wettingen ordinis Cysterciensis Constantiensis diocesis ex parte altera, super successione facienda Heinrico sacriste quondam in Oersvelt[2]) vallis Uranie tam in bonis mobilibus quam immobilibus, in nos extitit compromissum fidei datione hinc inde arbitrio vallato. Allegationibus itaque auditis ex parte Abbatisse et sui Conventus, quibus asserebant se Heinrico succedere debere prescripto eo quod servus monasterii sui fuit et illegittime natus, parte Abbatis et sui Conventus pro se proponentibus, quod idem Heinricus ante multos annos sua contulerat monasterio suo et in ipsorum residens bonis quasi una de personis earumdem beneficia ab ipsis recepit diversa, omniaque et singula que habebat tempore mortis sue eisdem itterato contulit antiquam donationem quodammodo innovando. Nos probationibus receptis super premissis, cum partes alia non proponerent, mediante proborum consilio arbitrando decernimus et decernendo arbitramur prescriptam Abbatissam et Conventum iure et ratione succedere debere Heinrico prenotato, Abbati et Conventui predictis super hac successione perpetuum silentium imponentes. In huius facti evidenciam huic carte nostra sigilla una cum sigillis predictorum Abbatisse et Abbatis apponi iussimus et appendi. Actum Turegi anno, die et indictione prenotatis. Nos Elisabetha Abbatissa predicta prefatusque Conventus in ratihabitionem omnium prefinitorum et prescriptorum nostrum videlicet Abbatisse sigillum quo et nos Conventus utimur cum proprium non habeamus presentibus duximus apponendum.

Nos Abbas et Conventus prefati in ratihabitionem omnium eorum que prefinita sunt et pre-

scripta nostrum videlicet Abbatis sigillum, quo et nos Conventus utimur, cum proprium non habeamus, instrumento presenti duximus appendendum.

Premisse diffinitioni interfuerunt frater Bur. de Brugg minorum fratrum. Magister H. Manezzo. H. Manezzo sacerdos, canonici Turicenses. H. plebanus in Horgen. C. miles de Clarona. W. Wesi. Hugo Milchli. H. villicus in Horgen. H. dictus Cigerli et alii quamplures.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn, des Abts von Wettingen und der beiden Schiedsrichter.*) — *Abgedruckt: Geschichtsfrd. Bd. VIII.* 15. *Kopp Eidg. Bünde II*, 1. *s.* 259 (*im Auszuge*). — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 514. *Sch. C. D. nr.* 682.

264.

Aebtissinn Elisabeth und Convent in Zürich tauschen von Abt und Convent in Muri ein Gut «in der Guphen» bei Birmenstorf gegen ein solches zu Adliswil ein. Ritter Johannes von Schönenwerd gibt sein Erblehenrecht an ersterm Gute auf und empfängt dagegen ein solches am zweiten.

A.

Kloster Zürich. 20. September 1280.

Universis presentium inspectoribus Elisabeth[1]) Dei gratia Abbatissa totusque Conventus monasterii Thuricensis noticiam subscriptorum. Ne ex longinquitate temporis rerum gestarum labatur noticia, presertim cum hominum labilis sit memoria, expedit memorie fragilitatem litteris adiuvari. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod nos predium nostrum situm in Adeloswile[2]), quod colit Johannes dictus Mülner, reddens annis singulis quatuor modios et duo quartalia tritici, de quibus advocato solvuntur tantum unum quartale tritici et unum quartale avene, pro eo quod Johannes de Schönenwert miles nobis proprietatem predii siti in Birbormesdorf dicti in der Gupphun[3]), renunciatione juris hereditarii et usufructus ab ipso Johanne et filiis suis, Johanne et Rudolfo, nec non Anna uxore sua prehabita, a venerabilibus in Christo Abbate et Conventu monasterii Murensis donari et tradi legitime procuravit, tractatu prehabito diligenti, ipsi Jo. donavimus et tradimus perpetuo possidendum, promittentes pro nobis nostrisque successoribus dicto militi ac ejus successoribus prestare warandiam in omni foro tam ecclesiastico quam seculari. Renunciavimus insuper omni juri edito vel edendo, consuetudini, exceptioni, restitutioni in integrum ac omni canonum seu legum auxilio per que vel quod predicta possent aliquatinus irritari. Ceterum quia dicti Abbas et Conventus ad peticionem memorati Johannis proprietatem predii antedicti in der Gupphun, de qua ipsis annis singulis ab ipso Johanne census duodecim denariorum solvebatur, nobis liberaliter contulerunt, idem Johannes proprietatem quondam predii nostri prefati in Adeloswile prenominatis Abbati et Conventui tradidit in compensam ac ab eisdem idem predium jure hereditario recepit pro annuo censu unius solidi perpetuo possidendum. In cujus rei evidentiam presentem cartam dicto militi sigilli nostri

videlicet Abbatisse, quo et nos conventus utimur, cum proprium non habeamus, una cum sigillo consulum Thuricensium tradimus communitam. Acta sunt hec Thuregi in lobio nostro anno domini MCCLXXX vigilia Mathei apostoli. Indictione VIII. Presentibus magistro H. de Rosseberch canonico Thuricensi, H. rectore ecclesie in Horgen, B. rectore ecclesie in Sarmansdorf.[4] Ul. dicto Bochli. C. dicto Ortolf clericis, Chunrado de Clarona milite. Hugone dicto Milchli et aliis fidedignis.

Nos consules Thuricenses, quorum nomina subscribuntur, ad peticionem predicte domine Abbatisse et Conventus nostrum sigillum duximus presentibus appendendum. Nomina Consulum sunt hec: Rüd. Maness. Ruod. de Lunkuft. Johes Castor. Ul. de Schönenwert. Ruod. an dem Stege. Wilhelm de Chlotun, milites. Hug. Manesso. Hug. filius suus. H. pilgrin. Ulr. Stöuri. Otto de Mülimatton et Rud. phunch, cives Thuricenses.

B.

Kloster Muri. 5. October 1280.

Vcnerabilibus in Christo E. Dei gratia Abbatisse totique Conventui monasterii Thuricensis H.[5] divina permissione Abbas totusque Conventus monasterii in Mure salutem in domino Jesu Christo. Ad peticionem predilecti nostri Jo. Militis de Schönenwert proprietatem predii siti in Birboumesdorf dicti in der Gupphun ad nos spectantem, reddentis annis singulis sex modios tritici et duos modios avene cum decem solidis denariorum monete Thuricensis, quod ipse Jo. pro annuo censu unius solidi iure hereditario a nostro monasterio possidebat, renunciatione ipsius iuris hereditarii ab ipso milite et filiis suis Jo. et Ruodolfo et iuris ususfructus ab Anna eius uxore voluntate spontanea prehabita, tractatu adhibito diligenti et consilio deliberato, vobis et vestro monasterio donamus et tradimus perpetualiter possidendam, maxime cum dictus miles nobis proprietatem alterius predii in Adloswile, quod ad vestrum olim spectare monasterium dinoscebatur, nostro monasterio dederit in compensam. Renunciantes presentibus omni iuri edito vel edendo, quod nobis in predicto predio competebat vel competere videbatur, promittentes pro nobis nostrisque successoribus, quod contra ipsam donationem nullo iuris canonici vel civilis auxilio seu restitutione in integrum ullatenus veniemus. Predictus insuper miles promisit pro se et suis successoribus H. dicto Manezzen sacerdoti nomine vestri monasterii se prestiturum warandiam super proprietate dicti predii in Birboumesdorf in omni foro tam ecclesiastico quam seculari quandocumque fuerit requisitus, pro eo quod dictum predium in Adloswile cum sex marcis argenti a vobis recepit titulo permutationis. In cuius rei evidenciam presentem cartam ad peticionem dicti Jo. vobis tradimus sigilli nostri videlicet . . Abbatis quo et nos Conventus utimur, cum proprium non habeamus, ac consulum Thuricensium munimine patenter communitam. Acta sunt hec in Mure anno domini millesimo CCLXXX. proximo sabbate post festum beati Michaelis. Indictione VIIII. Presentibus Walthero de Eschibach nobili. Hartmanno de Buttinkon, H. de Wangen, Johanne de Rotenburch, H. de Yberch, militibus, et aliis quampluribus fidedignis ad hec rogatis et vocatis.

Nos Consules Thuricenses, quorum nomina subscribuntur, ad petitionem predicti domini Abbatis et Jo. de Schönenwert nostrum sigillum duximus appendendum. Anno et Indictione prenotatis pro-

xima feria secunda ante festum Dyonisii. Nomina autem Consulum sunt hec Ruedegerus Manezze. Ruod. de Lunkuft. Ruod. an dem Stege. Uolr. de Schönenwert. Wilh. de Chlotun. Jo. Biber, milites. Hug Manesso et Hug filius suus. H. Peregrinus senior. Uol. Störi. Otto de Mulimatton et Ruod. Phunch, cives Thuricenses.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Adliswil, Kts. Zürich. [3]) Birmensdorf, Kts. Zürich. [4]) Sarmensdorf, Kts. Aargau. [5]) Heinrich, aus dem Geschlechte der Schenken von Kasteln, Abt von Muri 1270—1283.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen an* A. *die Siegel der Aebtissinn und des Rathes Zürich, an* B. *diejenigen des Abts von Muri und des Rathes Zürich.*) — *Abgedruckt: Zapf. Monum. anecd. I.* 167. 169. — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 506. 510.

265.

Abtissinn Elisabeth verleiht auf die Bitte Ritter Wilhelms von Kloten ein von diesem herrührendes Gut in Küssnach dem Kloster Oetenbach um jährlichen Wachszins.

Kloster Zürich. 28. September 1280.

Universis presencium inspectoribus E.[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Cum omnium habere memoriam potius sit divinitatis quam humanitatis, expedit, ut ea que publice ac bona fide aguntur, ne cuiusquam valeant tergiversari calumpnia, scriptorum testimonio roborentur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod Wilh. de Klotun miles civis Thuricensis predium suum situm in Kussenach[2]), comparatum a Diethelmo filio Wernheri dicti Marchwart pro viginti quinque marcis argenti, cuius proprietas ad ipsum libere spectare dinoscebatur, ad manus nostras publice resignavit supplicans, ut ipsum predium predilectis in Christo . . Priorisse et Conventui sororum in Oetenbach, pro annuo censu dimidii fertonis cere concedere dignaremur. Nos itaque suis precibus, tamquam piis et consentaneis rationi, annuentes prenominatis . . Priorisse et Conventui sub censu pretacto crastino exaltacionis sancte Crucis solvendo memoratum predium concedimus per presentes. In cuius rei evidentiam presentem cartam ipsis tradimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec Turegi in lobio nostro. Anno domini millesimo CC.LXXX. vigilia Michahelis. Indict. IX. Presentibus H. rectore ecclesie in Horgen. Wernhero dicto Biberli. Hug. dicto Milchli. Berchtoldo et Ruod. conversis ab Oetenbach et aliis fidedignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Küssnach am Zürichsee.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

266.

Schiedspruch zweier Geistlicher um die Zehntenquart zu Bürglen zwischen Aebtissinn und Convent in Zürich und Rupert (von Tannenfels), Probst zu St. Stephan in Konstanz und Kirchherr zu Bürglen.

Konstanz. 10. November 1280.

Heinricus custos et Cuno de Brisach [1]) arbitri seu arbitratores in causa que vertebatur inter reverendos in Christo Abbatissam et Conventum monasterii Turicensis ex una et prepositum sancti Stephani Constantiensis rectorem ecclesie in Burgelon [2]) ex parte altera super quarta decimarum ejusdem ecclesie in Burgelon, omnibus presentium inspectoribus salutem in domino. Cum predicta Abbatissa et suus Conventus ac prepositus rector ecclesie antedicte sub poena amissionis cause in nos super ipsa causa seu controversia, salva nostra jurisdictione, compromiserint arbitraria et judiciaria auctoritate decidenda, nos altercatione multa in figura judicii prehabita coram nobis, qui vices gerimus venerabilis domini nostri R. [3]) Dei gratia episcopi Constantiensis, ipsi cause seu controversie finem duximus imponendum. Sic videlicet, quod auctoritate judiciaria jus percipiendi eandem quartam plenarie prefatis Abbatisse et Conventui ac ipsorum monasterio sententialiter adjudicavimus, cum reverendus in Christo pater et dominus H. [4]) pie memorie Constantiensis episcopus et capitulum ibidem ex permutatione ecclesie in Came olim pertinentis dicto monasterio sepefatis Abbatisse et Conventui jus decimarum seu oblationum quarti anni sibi competens in ecclesiis Altorf et Burgelon tradiderit perpetuo possidendum et habendum, sicut instrumento super hoc confecto, quod de verbo ad verbum integrum et illesum vidimus, plenius continetur. [5]) Ex arbitraria tamen potestate volumus et decernimus, quod idem rector, qui multa caritatis beneficia monasterio impendit, annuo in festo Martini, nomine ipsius quarte et juris percipiendi eandem, ipsi Abbatisse et Conventui solvat unam libram cere, ita quod successor ipsius rectoris nihilomiuus ad solutionem omnium decimarum in quarto anno sine difficultate et exceptione qualibet in totum obnoxius habeatur. Et in hujus facti evidentiam sigilla nostra cum sigillis capituli et curie Constantiensis nec non ipsarum partium videlicet Abatisse, quo et conventus, cum aliud non habeat, utitur, ac prepositi memorati appenduntur. Datum et actum Constantie IIII. Idus Novembris anno domini MCCLXXX. Indictione XI.

Nos capitulum et officium curie Constantiensis premissa omnia et singula prout prescripta sunt vera scientes nostra de rogatu partium antepositarum sigilla apponi fecimus, anno, die, loco et indictione prenotatis.

[1]) Heinrich, Custos der Domkirche Konstanz, und Cuono, Leutpriester in Breisach, nach den Umschriften der Siegel. [2]) Der Name des Probstes von St. Stephan und Kirchherrn in Bürglen ist, nach dem Siegel: Rupert, und nach einer Urkunde vom 21. Dec. 1271. bei *Zapf Mon. anecd. I.* 145 war sein Geschlechtsname von Tannenfels. [3]) Rudolf von Habsburg-Laufenburg, Bischof von Konstanz. Siehe B. 244. [4]) und [5]) Heinrich von Tanne, Bischof von Konstanz (1233—1248). Siehe oben B. 85 und 96. (Urk. vom 19. Juni 1244).

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der beiden Schiedsrichter, des Domkapitels und des Officiums der Curie Konstanz, der Aebtissinn Elisabeth und des Probsts Rupert zu St. Stephan*). — *Abgedruckt: Geschichtsfrd. VIII.* 16. *Kopp Eidg. B. II,* 1. S. 240,241 (*im Auszuge*). — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 498. *Sch. C. D. nr.* 682.

267.

Aebtissinn Elisabeth verleiht ein von Hugo Brun und seiner Mutter ihr hiefür übertragenes Gut in Spreitenbach dem Kloster Oetenbach zu Erbe.

Kloster Zürich. 12. März 1281.

In nomine domini Amen. Nos E.[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis notum facimus universis, quod dilecti in Christo Hugo dictus Bruno et Willebirgis mater sua proprietatem predii sui siti in Spreitenbach[2]) reddentis annis singulis tredecim frusta et duo quartalia, quod Petrus dictus ab Liechti Uol. Chymo et H. dictus Luri colunt, in manus nostras sub hac conditione, ut ipsum predium honorabilibus in Christo . . Priorisse et Conventui sororum in Oetenbach pro annuo censu unius denarii iure hereditario possidendum concederemus, publice resignarunt. Nos itaque eorum iustis precibus annuentes prenotatum predium pro censu prescripto iure hereditario perpetuo possidendum concedimus per presentes. Ceterum quia dicti Hugo et Willebirgis pro resignatione suprascripta a prefatis . . Priorissa et Conventu receperunt viginti tres marcas argenti ponderis Thuricensis promisit pro se et suis heredibus se prestituros ipsis warandiam super evictione in quolibet iudicio tam ecclesiastico quam seculari. Insuper renunciaverunt omni iuri scripto et non scripto, edito vel edendo, exceptioni deceptionis ultra dimidiam iusti precii et non numerate pecunie nec non beneficio restitutionis in integrum et generaliter omni actioni, defensioni, per quas predicta possent infringi seu aliquatenus immutari. In cuius rei evidenciam presentem cartam prenominatis . . Priorisse et Conventui tradimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec in choro monasterii abbatie Thuricensis. Anno domini M.CC.LXXX. primo. IIII Idus Marcii. Indictione IX. Presentibus H. rectore ecclesie in Horgen. Bur. de Hottingen milite. Ruod. de Wolrowe. Uol. Trüeber. Hug Manez iuniore. Wernhero dicto Biberli. Friderico zi Nidebrugge. Marchwardo filio domini Wern. Friderico dicto Stagel. Ber. et R. conversis de Oetenbach et aliis multis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Spreitenbach, Kts. Aargau.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Sieget der Aebtissinn hängt.*)

268.

Aebtissinn Elisabeth verleiht dem Probste und Convent des Klosters auf dem Zürichberg eine Waldung genannt Jungholz und Widen am Zürichberg, welche dieselben von dem zürcherischen Bürger Johannes Pilgrin erkauft haben, als Erbe von der Abtei.

Zürich. 21. Mai 1281.

Elizabeth[1]) Dei gratia Abbatissa et Conventus monasterii Thuricensis omnibus presentem literam inspecturis salutem et credere subnotatis. Actum fuit a viris prudentibus et provisum, ut quod sibi

volebant stabilius permanere literarum judicio perhennarent. Noverint igitur, quos nosse fuerit oportunum, quod Johannes dictus Pilgrin civis Turicensis noster ministerialis vendidit Preposito et monasterio Montis Turicensis nemus seu silvam suam predialem sitam in monte Turicino dictam in dem jungen holtz et in Widen cum suis pertinenciis et juribus pro duodecim marcis argenti examinati ponderis Turicensis, quas ab ipso Preposito et monasterio plene recepit, resignans ipsam silvam cum jure prediali ad manus nostras pro se et suis heredibus universis. Nos vero ad peticionem dicti Johannis Pilgrin dictam silvam cum suo jure ac pertinenciis concessimus Preposito et monasterio Montis Turicensis pro annuo censu unius fertonis cere in festo sanctorum Felicis et Regule solvendo jure hereditario perpetuo possidendam. Renuncians insuper idem Jo. Pilgrin in manus H. Prepositi ac monasterio Montis Turicensis omni juri, actioni legum et canonum, in integrum restitucioni, edicto edito vel edendo, privilegio impetrato vel impetrando, omni juris auxilio et generaliter omnibus eis, que sibi vel suis successoribus super repeticione vel restitucione dicte silve in posterum coram aliquo judice competerent vel competere viderentur. In cujus rei testimonium et roboris firmitatem presentem literam domino Preposito et monasterio Montis Turicensis damus nostro ac Consulum Turicensium sigillis patenter communitum. Nos Consules Turicenses quorum nomina sunt Jacobus molendinarius, B. de Hottingen, Dietlo, Wer. Biber, C. de Tübelndorff, R. de Beggenhoven, milites. Ulricus in Turri, Rudolfus Krieg, Ulricus Trüber, H. Störin, Fr. Bilgrin, P. Wolfleibesch, quia predicte vendicioni et confessioni interfuimus, nostrum sigillum duximus presentibus apponendum. Actum et datum Turegi Anno Domini MCCLXXXI. XII Kal. Junii. Indictione Nona. Presentibus Herm. de Bonstetten advocato Turicensi.[3]) R. de Lunkuft, Wal. de Sancto Petro, Magistro Ber. notario Turicensi, fratre Marquardo, Johanne de Constancia et aliis multis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Das Augustinerkloster zu St. Martin auf dem Zürichberg. Vgl. B. 74. [3]) Vgl B. 259.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Rathes hängt; von demjenigen der Aebtissinn ist nur der Pergamentstreifen noch da, an dem es hing.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 687.

269.

Aebtissinn Elisabeth verleiht einen ihr hiefür aufgetragenen Hof des Ritter Wilhelm Bokli in Adlikon dem Kloster Oetenbach zu Erbe.

Kloster Zürich. 28. Mai 1281.

Elisabeth[1]) Dei gratia abbatissa Turicensis universis presentium inspectoribus affectum karitatis. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod Wilhelmus Bochli miles civis Thuricensis et nati sui Johannes et Mechthild nostram presentiam accesserunt proprietatemque curtis reddentis annis singulis duodecim frusta minus uno quartali quam habuerunt et possederunt in Adelinkon[2]), decem et novem marcis puri et legalis argenti ponderis Turicensis a predilectis in Christo . . Priorissa et Conventu cenobii in Oetenbach [receptis], ad manus nostras publice resignarunt, supplicantes nobis humiliter et devote, quatenus predictam curtem prefatis . . Priorisse et Conventui pro annuo censu unius fertonis cere in festo exaltationis sancte Crucis solvendo iure hereditario concedere dignaremur. Quam suppli-

cationem tamquam ratione et consuetudine fulscitam duximus admittendam, ipsis . . Priorisse et Conventui dictam curtem jure hereditario sub censu pretacto presentibus concedentes. Promisit insuper dictus Wilh. pro se et natis suis prenominatis . . Priorisse et Conventui earumque successoribus super curte antedicta se prestiturum warandiam in omni foro tam ecclesiastico quam seculari. In quorum omnium evidentiam memoratis Wil. Jo. et Mechth. petentibus . . Priorisse et Conventui prefatis presentem cartam tradimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec Thuregi in claustro nostro. Anno domini M.CC.LXXX.I. V Kal. Junii. Indictione IX. Presentibus H. in Curia. Bur. de Hottingen. Jo. dicto Biber. C. de Clarona. H. dicto Vinko, militibus. Wal. de sancto Petro. Uol. Stouri. Wern. dicto Biberli. Hugone dicto Milchli. H. dicto Fütschi. H. Wallaseller. et aliis fidedignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Adlikon, Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

270.

Aebtissinn Elisabeth überträgt ein Haus an St. Peters Gasse in Zürich, von Anna Veldrian an Ulrich Brunner verkauft, Erbe von der Abtei, an den Käufer.

Im October 1281.

Universis presentium inspectoribus Elisabetha[1]) Dei gratia Abbatissa monasterii Turicensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis noticiam rei geste. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod Anna filia Burkardi Veldrian cum manu et consensu Wernheri dicti Biberli civis Turicensis, in iudicio coram Ruodolfo de Lunkuft Sculteto Turicensi sibi pro tutore adiudicati, domum et aream suam sitam in platea sancti Petri[2]) in civitate Turicensi, contiguam domui . . dicti Meier textoris ex una et domui . . dicti Chüllewanch ex parte altera, quam a nostro monasterio iure hereditario pro annuo censu videlicet I denarii hactenus dinoscitur possedisse, vendidit cum omnibus appendiciis, iuribus et attinenciis suis Uolrico dicto Brunner pellifici nostro pro decem et octo libris usualis monete et decem solidis, quam pecuniam presentibus plenarie se confitetur recepisse, predictam domum et aream cum tutore suo predicto in manus nostras libere et expresse resignando. Nos vero precibus eorum inclinate ipsam domum et aream cum omnibus iuribus predictis concedimus predicto Uolrico sub predicto iure et eodem censu, nobis ac nostro monasterio annuatim in exaltatione sancte Crucis persolvendo, perpetualiter possidendas. Insuper eadem Anna accedente favore tutoris predicti renunciavit omni iuri, actioni, consuetudini, restitutioni in integrum, constitutioni edite vel edende, privilegio impetrato vel impetrando et generaliter omni auxilio legum et canonum, per quas dicta venditio seu resignatio posset aliquatenus irritari. In huius rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine duximus roborandum. Acta sunt hec mense Octobri. Anno domini M.CC.LXXXI. Indict. X. Presentibus Wal. dicto de sancto Petro. F. ze Nidebrugga. Mathya dicto kiener. Wer. dicto Phisterli. C. dicto Hegenouwer. Bur. Veldrian. et aliis quampluribus.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) St. Peters-, jetzt: Schlüsselgasse in Zürich. *V. A. Z. Anm.* 311. 424.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 686.

271.

Aebtissinn Elisabeth verleiht dem Johannes, Kirchherrn zu Ottenbach, Güter in Wiedikon und Honrein als Erbe von der Abtei.

Kloster Zürich. 31. October 1281.

Elizabeth[1]) permissione divina thuricensis Abbatissa presencium inspectoribus universis in Domino caritatem. Universitati vestre patere volumus, quod magister Johannes scolasticus ludum[2]) possessiones quasdam in Wiedinkon et in Honrein[3]) sitas a nostro monasterio habitas nostris manibus sponte ac publice resignavit. Nosque possessiones ipsas Johanni clerico suo rectori ecclesie in Ottenbach[4]) sub censu annuo et consueto hereditario jure concessimus eumque de predictis possessionibus presentibus investimus sigilli nostri robore communitis. Actum in stupa domus nostre presentibus hiis testibus et ad hoc vocatis Hugone Milchlin, Waltero de sancto Petro, Mathya Chiener, Johanne de Ezhelingen, Heinrico Unnutz et aliis fidedignis. Anno domini MCCLXXXI. pridie Calendas Novembres. Indictione decima.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Soll wohl heissen: »*dudum*«. [3]) Wiedikon und Honrein bei Zürich. [4]) Ottenbach, Kts. Zürich.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 522. (*Irrig mit: anno MCCLXXXV.*)

272.

Aebtissinn Elisabeth verleiht zwei Juchart Güter, Erbe von der Abtei, in Fluntern.

Jahr 1281.

Item anno domini MCCLXXXI Conradus de Bichwiler[1]) resignavit proprietatem duorum jugerum dictorum uf dem Wasen sitorum in Fluntren[2]) ad manus Domine Abbatisse Thuricensis[3]) nomine monasterii, qui contiguunt ab uno latere agro Alberti dicti Lidigen et ab alio latere agro Ruod. dicti Furrer et Jacobi fratris sui, que jugera dicta Domina Abbatissa ipsis pro annuo censu locavit pro vulgo ze Erbe pro II den. solvendis in festo Crucis.

[1]) Birchwil, Gemde. Bassersdorf Kts. Zürich. [2]) Fluntern bei Zürich. [3]) Elisabeth von Wezikon.

Doc. Abb. VII. 748. (*Aus einem alten: Census bon. mon. Thur.*).

273.

Das Kapitel des Chorherrenstifts und der Rath Zürich fertigen einen Gültbrief für jährliche vier Mütt Weizen auf die Häuser des Heinrich von Itschnach und seiner Frau, Mechthild, auf Dorf in Zürich zu Gunsten der Abtei mit Bürgschaft des Chorherrn Magister Heinrich Merz.

Zürich. 10. Januar 1282.

Universis Christi fidelibus presencium inspectoribus . . Capitulum prepositure nec non . . Consules Turicenses, quorum Consulum nomina subscribuntur, noticiam rei geste. Quoniam fraus et dolus veritati gestorum sepius novercantur, idcirco ne falsitas prevaleat veritati, expedit ea que geruntur scripture testimonio perhennari. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod Heinricus de Itschena[1]) et Mechthildis uxor sua duas domos et areas suas sitas in superiori villa, que quondam fuerunt Burchardi dicti Marcii sacerdotis et Tietrici de Basilea, contiguas ex latere inferiori domui . . dicti Hôpen, ex superiori strate publice, quas a monasterio Abbatie Turicensis pro duobus denariis iure hereditario possident, venerabilibus in Christo Elisabeth[2]) Dei gratia Abbatissa et Conventui monasterii predicti emptionis titulo, preter censum pretactum, in quatuor modiis tritici mensure Turicensis festo sancti Galli annuo solvendis pro decem et octo libris monete Turicensis, quas sibi numeratas presentibus confitentur, consensu Adilheidis matris predicte Mechthildis, cui in superiori domo que erat domini Bur. Marcii competit usufructus, Heinrico de Itschena advocato ipsius Adilheidis auctorante, nec non voluntate Elsbethe filie dicti H. de Itschena sollempniter et publice accedentibus, constituerunt sponte et libere censuales, obligantes se et suos heredes iuxta formam prescriptam ad prefatorum censuum perpetuo solutionem. Renunciaverunt insuper et presentibus renunciant omni defensioni, exceptioni doli mali, non numerate pecunie, deceptionis ultra dimidiam iusti precii, et beneficio restitutionis in integrum seu implorationi officium judicis ac generaliter omni canonum et legum auxilio, per quod vel que dictus contractus posset rescindi seu aliquatenus irritari. Preterea magister H. dictus Marcius canonicus Thuricensis pro tempore vite sue super predictorum censuum solutione se ad preces predictorum H. et Mecht. constituit fideiussorem sub hac forma, ut si solutio censuum in festo beati Galli facienda aliquo casu seu negligentia in parte vel in toto fuerit retardata, dicte . . Abbatissa et Conventus sine iuris et ipsius magistri H. iniuria debent et possint sibi ipsis plenarie satisfacere de proventibus eidem ratione sue prebende in eodem monasterio ministrandis, ad quam fideiussionem se presentibus obligat fide data. Quod si per magistrum H. taliter, ut predictum est, de censibus debitis fuerit . . Abbatisse et Conventui satisfactum, ex pacto et conventione inter partes habitis et initis, absque cessione actionis super dampnis et impensis, dictus magister H. ipsum H. de Itschena et Mecht. uxorem suam seu heredes eorum debet et poterit convenire et suum consequi coram quovis judice ecclesiastico vel seculari. Insuper prefati H. de Itschena et M. uxor sua solempniter promiserunt pro se et suis heredibus, quod ipsi predictas domos et areas, eciam necessitatis articulo imminente, nunquam vendent vel alias alienabunt sine consensu dicti magistri H. libero et expresso. Quod si fecerint quantum ad jus specialis ypothece ipsi magistro H. facte pro censu

predicto infectum et irritum penitus habeatur. Renunciavit preterea idem magister H. omnibus defensionibus et exceptionibus, per quas posset iuvari ad recisionem obligationis prenotate. In premissorum evidenciam presentem cartam ad petitionem memoratorum H. de Itschena et Mecht. uxoris necnon Elsbethe filie sue et Adilh. matris predicte M. et magistri H. Marcii dictis . . Abbatisse et Conventui nostrorum sigillorum tradimus muninime communitam. Acta sunt hec Turegi in domo predicta superiori. Anno domini Mill. CC.LXXX.II. proximo sabbatho post Epiphaniam. Indictione X. Presentibus domino H. Manezzen sacerdote rectore ecclesie in Bollingen. Magistro H. Manessen. canonicis Turicensibus. Chuonrado Ortolfi subdiacono. Chuonrado de Clarona milite. Ruodolfo dicto Manessen. Chuonrado Ortliebi . . . . dicto Steger. et aliis fidedignis ad hec rogatis et vocatis.

Nomina Consulum sunt hec. Ruod. dictus Molendinarius. H. de Curia. H. de Clotun. Wilhelmus Bochli. Jo. de Clarona. H. Vincho, milites. Waltherus de Sancto Petro. Wernherus Marchwardi. Ruod. Manezzo. Berchtoldus Swende. Wernherus Biberli. Fridericus dictus ze Nidebrugge, cives Turicenses.

[1]) Itschnach, Gemde. Küssnach Kts. Zürich. [2]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel des Kapitels der Chorherren und des Rathes Zürich hängen.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 689.

274.

Burchard Rinderhar, seine Frau und Tochter schenken dem Kloster Oetenbach durch die Hand der Aebtissinn Elisabeth ein Haus in der Brunngasse.

Zürich. 15. Juni 1282.

Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Elizabeth [1]) Abbatissa monasterii Thuricensis noticiam subscriptorum. Illi non inmerito in suo bono proposito sunt fovendi, qui de rebus sibi a Deo datis quod animarum suarum saluti fuerit utile duxerint ordinandum. Sane quia ex consuetudine antiqua et approbata cives nostri castri domos vel areas suas piis locis largiri cupientes per manum Abbatisse, que pro tempore fuerit, hoc perducere dignum duxerint ad effectum, Burchardus dictus Rinderhar civis nostri castri predicti et Mia uxor sua et Katherina filia eorundem domum suam in Brunnegasse sitam in remedium animarum suarum unanimi consilio et consensu et aream eiusdem domus per manum nostram devotis et dilectis in Christo B. Priorisse et Conventui sororum in Oetenbach, salvo jure censualis et usualis denarii in recognitionem nostri dominii in festo exaltationis sancte Crucis nobis a dicto Conventu singulis annis persolvendi, liberaliter contulerunt. In cuius resignationis et donationis testimonium dictis B. Priorisse et Conventui presentem literam tradimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec in Thurego. Anno domini Millesimo. Ducentesimo. LXXXII. XVII Kls. Julii. Indict. X. Testes, qui interfuerunt, sunt isti: Wernherus Biberli. H. Rosseberger. C. Brenneshink. Hugo dictus Milchli. Cives Thuricenses. et frater R. conversus sororum in Oetenbach.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

275.

Bischof Rudolf von Konstanz bestätigt einen schiedsgerichtlichen Spruch zweier Konstanzer-Chorherren in einem Streite zwischen der Abtei Zürich und dem Kirchherrn zu Bürgeln betreffend Zehntenquart.

Weldi (im Thurgau). 18. October 1282.

R.[1]) Dei gratia Constantiensis episcopus dilectis in Christo universis, ad quos presentes pervenerint, salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum dilecti in Christo H. thesaurarius et C. de Brisach canonici Constancienses, in nostra absencia vices nostras gerentes, arbitri seu arbitratores in causa, que vertebatur inter dilectas in Christo . . Abbatissam et Conventum monasterii Thuricensis ex una et prepositum ecclesie Sancti Stephani Constantiensis rectorem ecclesie in Burgilon[2]) ex parte altera super quarta decimarum eiusdem ecclesie in Burgilon, sub pena amissionis cause super ipsa controversia salva nostra iurisdictione in ipsos conpromissa, auctoritate arbitraria seu iudiciaria decidenda, altercatione multa in figura iudicii prehabita coram ipsis, infrascriptum finem eidem duxerint inponendum, videlicet quod auctoritate iudiciaria ius percipiendi eandem quartam plenarie prefatis Abbatisse et Conventui ac ipsorum monasterio sententialiter adiudicarunt, eo quod reverendus in Christo pater et dominus H. pie memorie Constantiensis episcopus noster antecessor et Capitulum Constantiense ex permutatione ecclesie in Chame olim pertinentis monasterio prenotato dictis Abbatisse et Conventui ius decimarum seu oblationum quarti anni sibi conpetens in ecclesiis Altorf et Burgilon tradiderit perpetuo possidendum, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur, potestate tamen arbitraria decernentes, quod dictus prepositus seu rector pro eo, quod multa beneficia caritatis prestitit monasterio prenotato, unam libram cere nomine quarte solvat festo beati Martini prefatis Abbatisse et Conventui annuatim, ita quod successor ipsius rectoris ad solutionem omnium decimarum in quarto anno sine difficultate et exceptione qualibet ipsi monasterio in totum obnoxius teneatur. Nos eandem decisionem tanquam iuri et rationi consentaneam ratam et gratam habentes ipsam auctoritate ordinaria confirmamus. Datum apud Weldiu[3]). Anno domini M.CC.LXXXII. XV. kal. Novembr. Indictione XI.

[1]) Rudolf von Habsburg-Laufenburg, Bischof von Konstanz. Vergl. B. 244. [2]) Vergl. B. 266, die den hier durch den Bischof bestätigten Schiedspruch enthält, und *Kopp. Eidg. Bünde II*, 1. *S.* 241. [3]) Weldi im Thurgau, Kgmde. Lipperswil. (Auch am 10. Juli 1278 urkundet der Bischof daselbst. Vergl. *Geschichtsfrd. IV.* 175. *Sol. Wochenbl.* 1830. *S.* 481.)

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel des Bischofs hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 25.

276.

Urtheil Burchards, des Pfarrers zu Altorf, als vom bischöflich Konstanzischen Official delegirten Richters, in Sachen der Abtei Zürich gegen Chuono von Isenbergswil betreffend die von dem Erblehengute des Letztern in Boswil schuldigen Leistungen.

10. December 1282.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem MCCLXXX scdo. feria quinta proxima post festum beati Nicolai. Indictione XI. Nos Bur. incuratus ecclesie in Altorf judex ab officiali curie Constant. deputatus in causa, que inter reverendas in Christo E.[1]) Dei gratia Abbatissam et Conventum monasterii Turicensis ex una et Chuononem de Isenbrechtswile[2]) vertebatur ex parte altera, audita et intellecta peticione predictarum Abbatisse et Conventus et subsecuta responsione ipsius C. per modum negationis et animo contestandi litem, quia per testes legitimos et fide dignos constitit evidenter, dictum C. debere singulis annis de bonis suis, que a monasterio prefato possidet in Boswile[3]), iure hereditario nomine census novem quartalia tritici et sex modios avene et quatuor solidos de porcis et ovibus, item quindecim quartalia tritici de molendino suo sito ibidem, dictum C. super petitis videlicet septem modiis avene mensure Turicensis ratione iuris, quod dicitur Wisonge, et sex modios tritici cum quinque modiis avene necnon duobus quartalibus et dimidio avene et quatuor solidis denariorum monete Turicensis et tribus pullis dictis Abbatisse et Conventui presenti scripto sententialiter condempnamus, non obstante solutionis exceptione, cum ipsam non probaverit, licet plures termini super hoc ei essent assignati. Decernentes insuper C. dictum Escheler de Bremgarton et Heinr. de Boswile dictum de Hallewile tamquam fideiussores in septem modiis avene fore monasterio predicto obligatos, maxime cum iidem fideiussores coram nobis in iure constituti confessi fuerint, se fidejussionem subiisse festo beati Johannis Baptiste anni preteriti pro dicto Chuonone erga prefatas Abbatissam et Conventum pro omnibus debitis et censibus, quibus ipse C. usque ad dictum tempus esset monasterio iure et legitime obligatus. Item cum ipse Chuono proposuerit contra memoratas Abbatissam et Conventum, quod ratione avene, que solvitur pro Wisunge, unus panis debeatur eidem, quorum quinque pistantur de uno quartali tritici, item quod non debeat artari ad solutionem census, nisi iuxta quartale et mensuram cuiusdam lapidis, qui dicitur esse repositus et reconditus in monasterio, quem rex Lodewicus fundator monasterii concavum fieri fecit, et quod ipse Abbatissa et Conventus duo quartalia tritici recipiant pro quindecim denariis, qui solvi debent pro vectura vini de Alsacia de dimidio manso, ac dicta Abbatissa et Conventus proposita negaverint esse vera, quia terminis statutis et sibi C. ad hoc prefixis, sic[ut] debuit, non probavit, sepefatas Abbatissam et Conventum ab instantia et petitione sua absolvimus per presentes, dictum Chuononem in expensis octo solidorum, iuramento et taxatione prehabitis, quas ipsas Abbatissam et Conventum in lite fecisse constitit, condempnantes.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Isenbergswil, Kgmde. Muri Kts. Aargau. [3]) Boswil, Kts. Aargau.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel des Plebanus Burchard hängt.*) — *Abschrift*: *Doc. Abb. I.* 518.

gesch. Fro-VIII-19

277.

Aebtissinn Elisabeth überträgt verschiedene Besitzungen, bisher Erbe der Familie von Itschnach, auf Begehren der letztern in gleichem Rechte an das Kloster Oetenbach.

Kloster Zürich. 12. December 1282.

Universis presentium inspectoribus E.[1]) Dei gratia Abbatissa monasterii Turicensis noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod Albertus et Uolricus fratres dicti de Itschena[2]), Adelheidis mater ipsorum et Adelheidis filia predicti Alberti curtim suam sitam in Itschena et predium, quod dicitur Gastirzematte, quod colunt Ruod. et Berchtoldus fratres dicti de Gözinkon[3]), predium dictum in dem Sembchen cnm advocatia, de qua solvitur dimidia urna rubei vini minus uno cifo et dimidium mensure Turicensis, cum omnibus suis pertinentiis et iuribus predilectis in Christo . . Priorisse et Conventui sororum in Oetenbach, que a nobis iure hereditario pro annuo censu sex quartalium tritici possidebant, vendiderunt et tradiderunt pro quinquaginta marcis minus una marca argenti ponderis Turicensis, quas se recepisse integraliter presentibus confitentur, pacifice possidenda. Supplicantes nobis, quatenus renunciatione a predictis prehabita eodem jure, quo et ipsi possederunt, prefatis . . Priorisse et Conventui concederemus. Nos itaque facta huiusmodi renunciatione ad petitionem prefatorum memoratis . . Priorisse et Conventui pro censu pretacto predictam curtim et predia prenotata cum omnibus suis iuribus et pertinentiis iure hereditario concedimus per presentes. In cuius rei testimonium sepefatis . . Priorisse et Conventui presentem litteram nostro sigillo tradimus roboratam. Acta sunt hec Turegi in stupa nostra. Anno Domini M.CC.LXXX secundo. proximo Sabbato post Nicolai. Indict. XI. Presentibus Heinr. plebano in Chilchberg. Dieth. de Steinegge, Ruod. de Beggenhoven, militibus. Walt. de sancto Petro. Wernhero dicto Biberli. Marscalco de Raprechtswile. Hermanno de Liebenvels. Uol. de Rüti. Ruod. de Opphinkon. Johanne dicto Scüppher. H. Hospite de Horgen. Ruod. dicto Giler. et aliis fidedignis ad hec vocatis et rogatis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Itschnach, Kgmde. Küssnach und [3]) Gössikon, Kgmde. Zumikon Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

278.

Gregor von Silenen gibt der Abtei Zürich seine Liegenschaften in Uri zu Eigenthum, wogegen diese unter Bestellung von Bürgen und Geiseln verspricht, ihm dieselben zu Erblehen oder dafür zweihundert Pfund Pfenninge zu geben.

Kloster Zürich. 12. Februar 1283.

Wir Elsebetha[1]) von gots gnanden dü Ebtisschenne und der Convent des Gotshus von Zürich-sant Benedichts ordens, und wir die phrundeherren des selben gotshus, künden allen dien, die disen

brief an sehent old hörent, daz Gregorius von Silennun[2]), unsers gotshus dienstman, dur sin sele und siner vordron heil allez daz guot, daz er het in dem lande ze Uren, ez sin acher, wingarten, wisan, old swie man ez genennen mag, und sin Steinhus ze Silennun, het gegeben unserm Gotshus lideklich und vrilich in eigenwis, mit allem dem rechte als erz har het bracht, und het sich hus und guots enzigen offenlich an unser hant, und sit ir so vrilich und so guotlich gegen unserm gotshus geworben und getan het. so binden wir unsich mit gemeinem râte darzuo, daz wir daz selbe guot und hus bisizzen iâr und tag, als gewonlich und recht ist, im daz selbe guot und hus wider lihen zeim rechten lipgedinge unz uf sin tot. Wêr aber, daz er kint gewunne bi der ê, dien selben kinden, ir werde eiz oder me, sun wir daz vorgenande guot und hus lihen ze rechtem erbe umb ein phenning cins, ist daz, daz man uns der Ebthitschenne, old unseren nachkomen git ze êrschazze, von dem selben guot und hus sechs und zewencich phunt phenninge, die Zürich genge und gebe sint. Und swie wir oder unser nachkomen sich des uberhugetin, daz wir old si im daz guot und daz hus zeim rechten lipgedinge nicht lüwin, old dien kinden ze erbe nach dem dinge als hie vor geschriben stât, so binden wir uns und unser nachkomen, im old sinen kinden ze gebenne zewei hundert phunt phenninge, die ze Uren genge und gebe sint. und geben im darumbe ze bürgen und ze gisel hern hermannen von Rüsegge unsern lüprester, hern Jacoben den Mülner und hern Rüdegern Manezzen, ritter und burger Zürich, also, daz si, so die zewei hundert phunt im old sinen kinden gevallen, sich entwurten Zürich, so si gemant werden, in rechte giselschaft, als sitte und gewonlich ist, unz diu zewei hundert phunt ganzlich gewert werden. und swenne einer der bürgen stirbet old sich in tuot old anders zeim bürgen unnüzze wirt, so sol man inrunt einem mânode ein andern bürgen als guoten geben, old die andern zewene bürgen sun sich entwurten in rechte giselschaft, als da geschriben stât, unz ein ander bürge geben werde. Und daz diz allez stete und offen blibe, so henken wir diu Ebthisschenne unser Ingesigel, des ouch uns den Convent genuoget, sit wir enheiz han, und ouch Gregorius der vorgenande sin Ingesigel, an disen brief, und bitten ouch die vorgenanden bürgen, daz si zeim offen urkunde der vorgenanden dinge ir Ingesigel har an henken. Diz geschach Zürich in unser Stuben an sant Valentins abende, do von unsers herren geburt unz dar waren zwelf hundert und achzich und drü iâr. Indict. XI. Da ze gegen wârn Her Heinrich der lüprester von Horgen. Her Burchart der lüprester von Mure. Her Marchwart von Rüsegge, ein vrie und ritter. Hug Milchli. Ruodolf Schafeli. Johannes Swarzo. Lütolt von Zollinkon. und ander lüte genuoge.

Wir Her Herman von Rüsegge, Her Jacob der Mülner und her Rüdeger Manezzo, die vor genanden bürgen, umbe die bette unser vrouwen der Ebthisschenne, und des Convents, und des vorgenanden Gregorien, henken unser Ingesigel au disen brief an dem selbe iâre und tage als hie vor geschriben stât.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Silenen, Kts. Uri.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn, des Herrn Hermanns von Rüssegg, Leutpriesters der Abtei, der beiden Ritter Jacob Mülner und Rüdger Maness und Gregors von Silenen.*) — *Abgedruckt: Geschichtsfrd. VIII. S.* 20. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 538. *Sch. C. D. nr.* 708.

279.

Wachszins des Johanniterhauses Bubinkon an die Abtei Zürich von Liegenschaften in Zürich.

Im Mai 1283.

Commendator et fratres domus in Buchheim [1]) ordinaverunt anno Domini MCCLXXXIII. mense Majo, quod annuatim festo Felicis et Regule dantur III libre cere de domo [2]) et area Br. dicti Goltstein in superiori villa, et alia bona, que a nobis hactenus possederunt, sint absoluta.

[1]) Bubikon, Kts. Zürich, Johanniterhaus. Hienach zu berichtigen die Bemerkung bei *Dr. Hrch. Meyer, Die Ortsnamen des Kts. Zürich nr.* 1051. [2]) Wohl das jetzige Haus „*zum Goldstein*« in Zürich.

Doc. Abb. VII. 751. (*Aus einem alten Census bon. mon. Thur.*)

280.

Aebtissinn Elisabeth überträgt einen Mansus in Nieder-Cham, Erbe von der Abtei, welchen Ritter Walther von Hünoberg besessen und an das Kloster Frauenthal verkauft hat, an dieses letztere.

Kloster Zürich. 16. Februar 1283.

Universis presentem paginam inspecturis Elisabetha [1]) Dei gratia Abbatissa monasterii Thuricensis, Constantiensis diocesis, noticiam subscriptorum. Ea que publice ac bona fide aguntur, ne per hominum labilem memoriam ad oblivionem transferantur, scripture testimonio roborantur. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod Waltherus de Hünoberg [2]) miles, nostro accedente consensu et favore, mansum suum situm in Nidrun-Chama [3]), reddentem annuatim decem et octo modios tritici, mensure Argoje, quem a nostro monasterio jure hereditario hactenus pro una libra cere ponderis Turicensis nomine census annuo in festo Felicis et Regule persolvenda dinoscitur possedisse, legitimo venditionis titulo cum omnibus juribus, appendiciis et attinentiis dicti mansus vendidit dilectis in Christo .... Abbatisse et Conventui in Vrouwental [4]) ordinis Cisterciensis, predicte dyocesis, pro triginta sex marcis legalis argenti ponderis Turicensis, quam pecuniam confidetur recepisse et in utilitatem suam convertisse necessariam et honestam, dictum mansum cum omnibus juribus predictis nec non cum manibus Dietrici plebani in Arta, et Hartmanni et Rudolfi, filiorum suorum, in manus nostras expresse resignando, et libere nihilominus renunciando omni juri, actioni, consuetudini, constitutioni edite vel edende, restitutioni in integrum, privilegio impetrato vel impetrando, et generaliter omni auxilio legum et canonum, per quas dicta venditio seu resignatio posset aliquatenus irritari. Nos vero hiis omnibus more juris peractis, predictum mansum cum suis juribus predictis, ad petitionem predictorum Waltheri et filiorum suorum, concessimus prefatis .. Abbatisse et Conventui in Vrouwental pro memorato censu termino prefato nobis nostrisque successoribus persolvendo jure heredi-

tario perpetualiter possidendum. In cujus rei testimonium presens instrumentum nostri sigilli munimine patenter duximus roborandum. Acta sunt hec Turegi in domo nostra. XIIII Kal. Martii. Anno MCCLXXXIII. Indict. XI. presentibus Hermanno plebano nostri monasterii dicto de Rüsegga. H. viceplebano in Mure. Burchardo plebano ejusdem ecclesie. Ruedegero Manesse seniore milite. Hugone Milchlino. Lutoldo de Zollinkon. H. dicto de Rusegga, et aliis quam pluribus.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Vergl. B. 249. [3]) Nieder-Cham, Kts. Zug. [4]) Kloster Frauenthal. Vergl. 105.

Geschichtsfrd. IX. 210. *Auszug bei: Kopp. Eidg. Bünde II, 1. S. 26 und 426.*

281.

Spruch des Ritters Rüdger Manesse, des ältern, in dem Streite zwischen Aebtissinn Elisabeth und Heinrich von Itschnach über den Mühlebach zu Stadelhofen.

Zürich. 19. October 1283.

Allen die disen brief sehent oder hörent lesen, kunde ich Her Rüdeger Manezze der elter, das ein Krieg enzwischen miner vrouwen Elizabethen[1]) der Ebtischenne von Zürich enhalb was, anderhalb Heinr. von Itschena, umbe der Müli Runs ze Stadelhofen. das han ich ervarn mit geschwornen eiden an biderben lüten, das der Runs von alter und mit rechte gan sol dur Heinr. guot von Itschena, swa es sich der Müli allerbest vüget, das da lit ze Sigenouwe bi dem Oetenbach.[2]) Das dis stete belibe, so gib ich disen brief mit minem Ingesigel besigelt. Ouch henken wir der Rat von Zürich, der namen hie nach geschriben ist, unser Ingesigel an disen brief dur unser vrouwen bette der Ebtischenne und Heinr. von Itschena. Des sint des Rates namen: Her Rüdeger Manezze. Her Ruodolf von Lunkunft. Her Uolrich von Schönenwert. Her Wilhelm von Klotun. Her Johans der Biber. Her Ruodolf an dem Stege. Ritter. Her Hug und Hug Manezzen. Her Ruodolf Phung. Her Uolrich Stouri. Her Otto von Mülimaten und Her Conrat der Krieg. Dis beschach do von Gottes geburt waren zwelfhundert Jar drü und achzeg an dem zistage nach Sante Gallentage.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Vergl. B. 246.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel des Rathes Zürich und Ritters Rüdger Manesse des ältern. — Abschriften: Haer. fol. CLXVI. Doc. Abb. I.* 530. 532. *Sch. C. D. nr.* 698.

282.

Aebtissinn Elisabeth verleiht einen Hof in Bülach, den Margaretha, Ulrich Friburgers Tochter, zu diesem Zwecke aufgegeben, dem Kloster Oetenbach zu Erbe.

Kloster Zürich. 19. November 1283.

Universis presentium inspectoribus Elisabeth[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod Margaretha filia bone memorie Uolrici

dicti Friburger civis Thuricensis, intendens mutare vitam et Deo in castitate virginali sub regula beati Augustini perpetuo famulari se et quandam curtim suam sitam in Bachenbüllach[2]) reddentem annis singulis viginti modios tritici et duo maltera avene mensure Thuricensis, quam colit Wernherus de Bachenbüllach, religiosis feminis . . Priorisse et Conventui seu earum cenobio in Oetenbach donavit et tradidit hoc modo: Cum enim dicta curtis ad eam spectaret titulo proprietatis, dicta Margaretha proprietatem prefatam, auctorante Friderico ze Nidebrugge cive Thuricensi curatore suo legittimo, ad manus nostras sponte ac publice resignavit, suplicans nobis, quatenus dictam curtim sub annuo censu duorum denariorum monete usualis sepefatis . . Priorisse et Conventui concederemus iure hereditario possidendam. Cuius petitioni tamquam iuste, pie et rationabili duximus annuendum, ipsamque curtim sub forma prescripta concessimus et concedimus per presentes. In cuius rei evidentiam hanc cartam memoratis . . Priorisse et Conventui nostri sigilli munimine tradimus roboratam. Acta sunt hec in domo nostra ante stupam. Anno Domini M.CC.LXXXIII. XIII. Kal. Decembris. Indictione XII. presentibus H. notario nostro, rectore ecclesie in Horgen. Chuonrado Ortolfi subdyacono. Hugone Manessen seniore. Heinrico Stourino. Hugone dicto Michli. Wernhero dicto Biberli, civibus in Thurego. Ruodolfo converso predicti cenobii in Oetenbach et aliis fidedignis ad hec rogatis et vocatis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Bachenbülach, Kgmde. Bülach Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

283.

Aebtissinn Elisabeth und Convent verkaufen einen von Wernher Strohmeier gekauften Weinberg an Heinrich, den Pfarrer zu Horgen, zu lebenslänglichen Niessbrauch.

Zürich. 16. December 1283.

Universis presentium inspectoribus Elysabetha[1]) Dei gratia Abbatissa totusque Conventus tam dominarum quam dominorum monasterii Turicensis ordinis scti Benedicti Constantiensis dyocesis noticiam rei geste. Noverint quos nosse fuerit opportunum, quod nos vineam emptam a Wernhero dicto Stroumeier pro duodecim marcis argenti ponderis Turicensis, quas plenarie a nobis presentibus confitetur recepisse, sitam ze Egelsewe[2]), unius iugeris et dimidii, contiguam vinee Heinrici quondam de Schönenwert ex latere collis superiori, ex latere vero inferiori vinee et agro ipsius Wernheri, deliberatione et tractatu diligenti prehabitis predilecto Heinrico notario nostro seu rectori ecclesie in Horgen, receptis ab ipso novem marcis argenti predicti ponderis, titulo venditionis et in utilitatem nostri monasterii conversis, iure usufructuario ad tempus vite sue presentibus concedimus et concessimus sine aliquo censu et decime solutione, cum etiam antea de predicta vinea decima minime solveretur, pacifice possidendam. Ut autem hec firma et rata permaneant, duo paria super premissis conscribi fecimus instrumenta, nostro sigillo videlicet Abbatisse, quo et noster, cum proprium non habeant, utitur Conventus, nec non Consulum Turicensium, quorum nomina subscribuntur, patenter

roborata, uno instrumento nobis et altero sibi remanente. Acta sunt hec Turegi feria quinta proxima ante festum Thome apostoli. Anno Domini MCCLXXXIII. Indict. XII. Presentibus H. nobili de Rüsegga plebano. H. Manezzen sacerdote, H. dicto Manezzen, H. dicto Martius, magistris, canonicis nostri monasterii. H. dicto Nodulus. Waltero Janitore. B. de Wintertur. H. de Holderberg, sacerdotibus. Waltero dicto de Scto Petro. Hu. Milchlino. Hu. Wolleben, civibus Turicensibus, et aliis quampluribus ad hec vocatis et rogatis.

Nos Consules Turicenses, quorum nomina sunt Rue. Manezzo. R. de Lunkuft. R. am Stege. Vol. de Schoenenwert. Jo. Castor. Wil. de Clotun, milites. Hu. Manezzo senex. Vol. Stouri. R. Phunch. Hu. Manezzo iunior. O. de Mülimatton et C. dictus Krieg. ad petitionem predictarum Abbatisse et Conventus ac H. notarii prefati, nec non memorati Wer. dicti Stroumeier, presentem literam in testimonium omnium premissorum nostri sigilli munimine duximus roborandam.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Es gibt mehrere kleine Seen dieses Namens im Kanton Zürich. — Ein anderes Rebgut Wernher Strohmeiers s. B. 144.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Rathes hängen.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 526.

284.

Erblehenbrief um ein am Zürichberg gelegenes von Aebtissinn Elisabeth und ihrem Gotteshause an die Gebrüder Konrad und Walther Staub verliehenes Gut genannt Sandgrube.

Kloster Zürich. 3. Januar 1284.

Wir Elsbetha[1]) dü Ebtischen und der Samenunc des Gotteshus von Zürich künden allen die disen brief ansehent alde hörent lesen, das wir unsir guot an Zürichberg, das da heizet Santgruobe[2]), ze rechtem erbes han verlüwen, Chuonrate und Walther gebruodiren, die geheizen sint die Stouba, umb sechs Mütte Kernen Zürich messes, jergelich ze gebenne ze Sant Gallen mes und darumb han wir enphangen von in fünf phunt phenningen, mit dem gedinge, das das selbe guot niemer geswechert soll werden. Das dis stete blibe darumb wirt dirre brief mit unsirme der Ebtischen und des Râtes von Zürich Ingesigeln offenlich besigelt. Wir der Rât von Zürich, der namen hie nach geschriben sind, henken unsir Ingesigel ze einem urkunde, des da vor geschriben ist, an disen brief. Dis beschach ze Zürich do von gottes geburt waren zwelf hundert und vier und achzic Jar an dem nösten Mendage nach dem Ingenden Jare, in unsir der vorgenanden Ebtischen Stubun. Da ze gegeni waren Her Ruodolf Manez, Heinrich der Lindenouwer, Heinrich Stoubo und andir biderbe lüte.

Des Rates namen sint Her Ruedege Manez der Elter. Her Ruodolf von Lunkuft. Her Uolrich von Schoenenwert. Her Wilhelm von Klotun. Her Johans der Biber. Her Ruodolf an dem Stege, ritter. Her Hug Manez der alte. Hug sin sun. Her Otto von Mülimatton. Her Uolrich Stouri. Her Ruodolf Phunk. Her Chuonrat der Chriek[3]).

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Vergl. B. 162. 192, [3]) Der Rath am 3. Januar 1284 ist noch der Herbstrath

des Jahres 1283, vergl. B. 283; erst am „zwölften Tage“ (6. Januar) tritt der Fastenrath des neuen Jahres ein. Vergl. *Richtebrief V.* 65. *im Archiv f. Schw. G. V. S.* 253.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Rathes hängen.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 562.

285.

Gregorius von Silenen lässt sich um das vorbehaltene Leibding an dem der Abtei vergabten Gute in Uri von dieser auskaufen.

Kloster Zürich. 25. Januar 1284[1]).

Allen dien die disen brief sehent olde hörent, künde ich Gregorio von Silennun, das ich vor ettelichem zîte dur min sele und miner vordron miner vrouwen der Ebthisschenne Elsebethen und ir Gotshus von Zürich gegeben hatte allez das guot, das ich hatte in dem lande ze Uren, ez wêrin Acher, Wingarten, Wisen olde swie manz genennen möcht, und min Steinhus ze Silennun. Und wande ich als vrilich geworben hatte gegen dem Gotshus, do lobte mir min vrouwe diu Ebthischenne und ir samnunch, swenne si das selbe guot besezzin iar und tag, als gewonlich und recht ist, das siu mir das selbe guot wider lühin ze rechtem lipgedinge unz uf min tot. wêr aber das, das ich kint gewunne bi der ê, dien selben kinden, ir wêr eiz oder me, solt man das selbe guot lihen ze erbe um einen phenning zins. wêr das, das siu sechs und zewenzich phunt phenninge ze erschazze gebin dem vorgenanden gotshus. und swie man des nicht tête, so solt man mir old dien kinden zewei hundert phunt phenninge geben. und hat man mir darumbe bürgen und gisel geben, hern Hermannen von Rüsegge lüpriester des vorgenanden gotshus. hern Jacoben den Mülnner und hern Ruedegen Manezzen, burger von Zürich, mit dien gedingen als ein brief stât, der darüber gegeben wart. Sît aber ich als nothaft und als gelthaft worden bin, das ich bi dem guote, als hie vor geschriben ist, nicht beliben mach, so han ich mich enzigen aller der vorgenanden genaden und geheizze, so mir min vrouwe und das gotshus getan hatten, in choufes wîs umb vier und drîzich phunt phenninge, die ze Uren genge und gêbe sint, die siu mir gegeben hant. und lân ouch lidich die vorgenanden bürgen aller der gelübde, so siu mir getan hant. und enzien mich alles des rechtes und aller der ansprache, so ich olde min nachomen möchten han wider dem, so ich getan han. Aber das vorgenande Steinhus, das ich geben hatte dem gotshus, das hant sü mir wider verlâzzen, das ich da mit schaffe swaz ich welle. Und daz diz stête und veste iemer blibe, so gib ich miner vrouwen der Ebthischenne und ir gotshus disen brief besigelt mit des Landes ingesigel von Uren und mit mînme. Diz geschach ze Zürich in miner vrouwen stuben der Ebthisschenne. an sant Pauls becherde. do von unsers herren geburt unz dar waren zewelf hundert und vier und achzich iâr. Indict. XII. Da zegegen wârn. Her Heinrich der lüpriester von Horgen. Burchart, der Amman von Uren. Hug Milchli. Heinrich ab dem Buole von Altorf. Chuonrat enuntbaches von Bürgelon. Chuonrat an bachstade von Silennun. und ander lüte genuoge.

Wir die Lantlüte von Uren, an dem selben iâre und tage als hie vor geschriben stât, durch des

vorgenanden Gregorien bette, henken unser Ingesigel an disen brief, zeim urkunde und zeiner sterkerunge alles des so hie vor geschriben ist.

[1]) Vergl. hiezu B. 278.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel: S. HOMINVM VALLIS VRANIE und Gregors von Silenen.*) — *Abgedruckt: Kopp. Urkunden zur Gesch. der Eidg. Bünde. II.* 130. *Geschichtsfrd. VIII.* 22. *und im Auszuge: Kopp. Eidg. Bünde II.* 1. *S.* 258. 280. — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 550.

286.

Schiedspruch von Hugo, Probst zu Embrach, und Magister Heinrich Manesse, Chorherr zu Zürich, um die Zehntenquart und Opfer zu Bürglen zwischen Aebtissinn und Convent in Zürich und Heinrich dem Kirchherrn zu Bürglen.

Kloster Zürich. 27. Mai 1284[1]).

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Hugo prepositus Ymbriacensis et magister H. Manesso, canonicus Turicensis, noticiam subscriptorum. Super lite sive controversia, que inter venerabiles in Christo Elysabeth[2]) Dei gratia Abbatissam et Conventum monasterii Turicensis ex una et Heinricum rectorem ecclesie in Burgelon vertebatur ex parte altera, que quidem talis erat: »petebant namque dicte Abbatissa et Conventus quartam decimarum et oblationum ecclesie in Burgelon ratione donationis sibi facte a pie memorie Heinrico Dei gratia episcopo et capitulo Constantiensi in compensam ecclesie in Chamo, quam bone memorie Judenta Dei gratia Abbatissa et suus Conventus predicti monasterii quondam prefatis episcopo et capitulo contulerunt, quod dictus Heinricus negabat, asserens sibi nihil de hoc constare«, dicte Abbatissa et Conventus ex una et prefatus Heinricus ex parte altera compromiserunt in nos communiter tamquam in arbitros et arbitratores seu amicabiles compositores, promittentes ad invicem una pars alteri vicissim solempnibus stipulationibus hincinde intervenientibus stare obedire et non contravenire de jure vel de facto, aliqua ratione vel causa, diffinitioni et pronunciationi nostre, sive arbitrati fuerimus cum scriptura vel sine, semel vel pluries, sedendo vel stando, quandocunque, quotiescunque, qualitercunque et ubicunque, cum juris cognitione et ea omissa, partibus presentibus et absentibus, et quod contra dictum compromissum nullum impetrabunt rescriptum, nullum privilegium allegabunt, nullam exceptionem opponent et quod non utantur beneficio alicujus canonis vel legis, quod viciet vel viciare valeat compromissum, sive ex personis arbitrorum vel personis compromittentium, sive ex re de qua est compromissum, sub poena decem marcarum, quam pars non parens arbitrio solvet parti approbanti et servanti, et, poena soluta vel non, compromissum seu arbitrium plenam habebit nihilominus firmitatem. Nos itaque secundum formam pretactam suscepto in nos compromisso, auditis et intellectis omnibus, que super questione predicta partes dicere et ostendere voluerunt, habita deliberatione, sollempniter in nomine Domini dicimus et pronunciamus, dictas Abbatissam et Conventum habere jus in quarta decimarum ecclesie predicte in Burgelon et quod de ipsa quarta possunt et debent deinceps seu in

posterum disponere, prout eis videbitur expedire. Arbitraria tamen auctoritate volumus et jubemus, ut dicta Abbatissa et Conventus presenti anno dimidia marca, quam ipse Heinricus solvet in festo beati Martini proximo, sint contente et rector predictus cetera colligat et habeat, nomine Abbatisse et Conventus monasterii sepefati. In quarta vero oblationum, quam similiter Abbatissa et Conventus petebant, ipsas secundum consuetudinem Constantiensis dioeceseos generalem jus non habere dicimus et pronunciamus. Volumus autem et predicta auctoritate arbitraria precipimus et jubemus, ut ipse rector occasione amicitie et concordie seu pacis unam marcam et dimidiam Abbatisse predicte solvat usque ad predictum festum Martini proxime venturum. Decernimus insuper, ut antedictus publicet et recognoscat in ecclesia Burgelon coram subdictis ipsius ecclesie jus Abbatisse et Conventui in quarta competere memorata. In premissorum omnium evidentiam et robur presens carta duplicata nostrorum et dictorum Abbatisse, quo et Conventus utitur, et predicti H. sigillorum munimine roboratur. Acta sunt hec Thuregi in ambitu monasterii Turicensis anno Domini MCCLXXXIIII. VI. Kal. Junii. Indictione XII. Presentibus Ulr. Stourino, Johe de Lunkuft, canonicis Turicensibus, Walthero Janitore sacerdote, Chunr. Ortolfi subdiacone, Jacobo Rufo, Ulrico Stourino laico et aliis fidedignis ad hec rogatis et vocatis.

[1]) Zu dieser Urkunde vergl. B. 266 und 275. [2]) Elisabeth von Wezikon.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der beiden Schiedsrichter, der Aebtissinn und des Kirchherrn Heinrich zu Bürglen.*) — *Abgedruckt: Geschichtsfrd. VIII.* 23. — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 554.

287.

Uebereinkunft der Aebtissinn Elisabeth mit Rudolf dem Pfarrer in Altorf betreffend die Einkünfte des Letztern.

Kloster Zürich. 9. Juni 1284.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elisabeth[1]) Dei gratia Abbatissa monasterii Turicensis et Ruodolfus incuratus ecclesie in Altorf noticiam subscriptorum. Quoniam contentiones et discordie servos Dei, prout facti probat experientia, nonnunquam a proposito revocant devotionis, idcirco qui divinis volunt obsequiis mancipari omnem litis materiam a se debent abiicere et penitus removere. Cum itaque ecclesia in Altorf vallis Uranie ex largicione pie memorie Heinrici Dei gratia Episcopi et Capituli ecclesie Constantiensis et confirmatione apostolica postmodum subsecuta[2]) ad mensam nostram videlicet Abbatisse et nostri Conventus spectet in temporalibus pleno iure, ita tamen quod sacerdoti, cui spiritualia committuntur, congrua sustentatio de ipsius ecclesie proventibus reservetur, ne super hoc inter nos vel successores nostros aliqua questio possit in posterum suboriri, certos redditus ad prebendam incurati pertinentes, qui minui non debent aliqua ratione, presentibus specificamus: videlicet oblationes et remedia, ad quadraginta libras estimata, preter oblationes et remedia in Cingiln, que spectant ad nos Abbatissam. Item vinum quod provenit de vinetis ecclesie et decima vini. Item decima ordei et aliorum leguminum ad viginti modios estimata, in villa Altorf et

citra in Fluelon, Gronon, Sisinkon, in Maggingen, undir Oien, Ozingen et in Hartolvingen. Sed decima ordei et leguminum ad filias scilicet cappellas pertinens, non ad incuratum, sed ad nos pertinet Abbatissam. Ad hec ego Ruodolfus kathedraticum, collectas ac omnia jura episcopalia, capitularia, confraternitates, sine dampno Abbatisse debeo expedire. Nos vero Abbatissa et quecunque pro tempore fuerit pro nunciis et legatis sedis Apostolice honus ipsius Ruodolfi, prout conveniens fuerit, debemus supportare. Item decima nucum. Item agri, qui spectant ad dotem ecclesie in villa Altorf, de quibus ego Ruod. solvere debeo Abbatisse, que pro tempore fuerit, annuatim decem libras monete usualis. Reliqui vero census et decime ac mortuaria, que dicuntur velle, ad mensam predictam pertinent, iuxta largitionem et gratiam memoratam. Ceterum ne super predictis nos seu nostri successores alterationem aliquam valeamus in posterum suscitare, promittimus pro nobis et nostris successoribus corporali prestito sacramento, quod super premissis nunquam nos ad invicem vexabimus de iure vel facto, sed secundum quod supra specificatum est, ita servabimus. Sic nos Deus adiuvet et quatuor sancta Dei evangelia. In cuius rei evidentiam presentem cartam duplicatam nostrorum sigillorum munimine roboramus. Acta sunt hec Turegi in monasterio Turicensi. Anno Domini MCCLXXXIIII. V. Idus Jun. Indict. XII. Presentibus magistro H. Manezen canonico Turicensi. H. rectore ecclesie in Horgen. Chuonr. villico in Oertschvelt. Hug Milchlino et Vol. ministro quondam incurati in Altorf.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Vergl. B. 97 und 114.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Pfarrers hängen.*) — *Abgedruckt: Geschichtsfrd VIII.* 25. *Kopp. Eid. Bünde II.* 1. *S.* 239 (*im Auszuge*). — *Abschrift: Doc. Abb. XI.* 966.

288.

Das Kloster Seldenau tauscht von demjenigen in Capell das Gut Boncisbuel bei Zürich, Erbe von der Abtei Zürich, ein. Aebtissinn Elisabeth siegelt den Tausch.

Kloster Zürich. 19. October 1284.

Universis presentium inspectoribus frater Ruodolfus [1]) Abbas monasterii de Capella totusque Conventus eiusdem monasterii ac Elysabeth Abbatissa eiusque Conventus cenobii in Seldenowe ordinis Cysterciensis Constanciensis dyocesis, orationes in Domino Jesu Christo. Quoniam omnium habere memoriam et in nullo errare pocius divinitatis quam humanitatis exstitit, idcirco ea que geruntur ne ab humana cadant memoria et ut futuris litibus et erroribus propter facti ignoranciam obvietur, expedit rerum gesta monimentis seu scripturis publicis perhennari. Noverint igitur quos nosse fuerit opportunum, quod nos Abbas et Conventus predicti deliberatione prehabita diligenti, non semel solummodo, sed multociens, secundum iuris formam predium nostrum dictum Boncisbüel [2]) cum molendinis, aquis, aquarumve decursionibus, vinetis, pomariis ac omnibus aliis suis pertinenciis, que a venerabilibus in Christo . . Dei gratia Abbatissa et Conventu monasterii Thuricensis pro annuo censu unius libre cere ponderis Thuricensis in festo sanctorum martirum Felicis et Regule solvendo iure

hereditario possedimus, renunciatione predictorum predii et suorum pertinencium ad manus memorate . . Abbatisse Thuricensis a nobis facta, predictis Abbatisse et Conventui in Seldenowe ab ipsa . . Abbatissa Thuricensi concedi procuravimus pro censu pretacto cum omni iure, quo nos hactenus bona possedimus prenotata. Hiis taliter completis et peractis nos videlicet . . Abbatissa et Conventus in Seldenowe, volentes predictis Abbati et Conventui sufficientem facere reconpensam, curtim nostram sitam in inferiori Rordorf[3]), quam Uolricus villicus colit, reddentem annis singulis secundum communem estimationem quatuordecim modios tritici mensure Thuricensis, cum bannis et juribus atque omni districtu, et predium nostrum situm ibidem, quod colunt Ruodolfus dictus Mülner et frater suus, reddens annuatim duodecim modios tritici mensure predicte, nec non predium nostrum situm in Meisterswang[4]), quod olim comparavimus a Johanne Milite dicto de Lörrach, reddens similiter duodecim modios tritici, permutationis nomine, proprietatis titulo dedimus et tradimus libere ac perpetuo possidenda. Ceterum cum per predia predicta a nobis . . Abbatissa et Conventu predictis . . Abbati et suo Conventui data et tradita sufficiens facta non sit reconpensatio et condigna, nos prenominatis Abbati et Conventui pro sufficienti reconpensa predicti predii Boncisbuel dedimus centum et triginta marcas argenti ponderis Thuricensis, quas nos Abbas et Conventus supradicti de Capella presentibus profitemur integraliter recepisse et in usus et utilitatem nostri monasterii totaliter convertisse. Renunciantes exceptioni non solute non numerate pecunie ac omnibus aliis que contra predicta possemus obicere vel impetrare. Sane cum predicta omnia et singula ad utriusque monasterii de Capella et de Seldenowe processerint commodum et utilitatem, hinc inde seu vicissim renunciamus omni iuri canonico et civili, statuto edito et edendo, rescripto seu indulgencia impetratis vel impetrandis, exceptionibus, defensionibus, beneficio restitutionis in integrum ac generaliter omnibus per que predicta omnia vel singula irritationem possent recipere vel detrimentum. Preterea per solempnem stipulationem promittimus alternatim prestare warandiam super bonis hinc inde datis seu compensatis, nostris expensis, in quocumque loco et judicio ecclesiastico vel seculari. In horum omnium evidentiam et robur presentem literam sigillis honorabilium in Christo Elisabeth[5]) Dei gratia Abbatisse Thuricensis sepedicte ac domini . . Abbatis Maristelle nec non et nostris videlicet . . Abbatis de Capella et . . Abbatisse de Seldenowe, quibus et nos Conventus amborum monasteriorum utimur, optinuimus roborari. Acta sunt hec in lobio Domine . . Abbatisse Thuricensis prelibate. Anno Domini MCCLXXXIIII. XIIII Kal. Novembr. Indict. XIII. Presentibus venerabilibus in Christo domino Volkero Abbate de Maristella, Heinrico de Rordorf monacho ipsius, Arnoldo de Bruggetal, Ruodolfo de Goldowa, Uolr. de Lütisbach, monachis et sacerdotibus de Capella. Viro nobili Hermanno de Rüsegge plebano monasterii Thuricensis. Johanne plebano de Otenbach. Petro viceplebano in Birboumsdorf. Rüedegero Manezzen seniore, Wernhero et Johanne, fratribus dictis Bibra, militibus. Heinr. dicto Stöiri. Hugone dicto Milchli. Willehelmo dicto Brosema et aliis pluribus fidedignis ad hec rogatis et vocatis.

Nos Elisabeth Dei gratia Abbatissa Thuricensis ad petitionem premissorum . . Abbatis et . . Abbatisse eorumque Conventuum sigillum nostrum duximus presentibus apponendum anno, die, loco et indictione prenotatis.

Nos Volkerus Abbas in Maristella, gubernator predictarum . . Abbatisse et Conventus in Seldenowe, quia premissa omnia et singula ambobus monasteriis firmiter credimus profutura, nostrum con-

sensum ipsis impendimus et favorem ad rogatum partium nostrum sigillum etiam presentibus appendendo, anno, die et indictione prelibatis.

[1]) Rudolf II., Abt von Capell von ao. 1282—1312. [2]) Vergl. B. 82. [3]) Unter-Rordorf, und [4]) Meisterschwanden, Kts. Aargau. [5]) Elisabeth von Wezikon.

Spitalarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn Elisabeth in Zürich, des Abts von Capell und der Aebtissinn von Seldenau; dasjenige des Abtes von Wettingen fehlt.*) — *Abgedruckt: Hotting. Specul. helvet. tig. p. 284 f. Regesten der Arch. d. Schw. Eidg. B. I. Heft 4. nr. 124. (im Auszuge).* — *Abschrift: Doc. Abb. VII. 717. Sch. C. D. nr. 706.*

289.

Der Rath Zürich fertigt den Kaufbrief für die Abtei um die Gärten Ulrichs von Mekkingen vor dem Thore zu Linden.

Kloster Zürich. 27. December 1284.

Wir der Rât von Zürich, der namen hinach geschriben sint, künden allen, die disen brief ansehent alde hörent lesen, das Uolrich von Mekkingen sine garten, die er hatte vor dem Tore ze Lindun unsir stat, die sin eigen waren und Jergelich geltent fünf phunt phenninge und zwenzic huenr, da uf dem Gotshuse der abteie fünfthalbe müte kernen und drizic phenninge und dem Gotshuse der Probsteie eine halbe mütte kernen und ouch drizic phenninge ze Jargeziten stuonden, hat verkoufet dem selben Gotshuse der Abteie umb Sibenzehn March silbers Zürich geloetes, mit siner wirtinne fron Annun willen und mit ir hant, der libgedinge die selben garten waren, und mit siner kinde willen, Annun und Ruedeges, diu ouch die selben garten hant ûf geben der vorgenanden Ebtischen und der Samenunge, und vergehent an disem brieve, das si das selbe silber alleklich hant enpfangen und hant gelobit für sich und ir erben, das si der selben garten des Gotshus wern suln sin für ledig eigen, swas sis bedurfen, gegen rechte. Das dis stête blibe, so henken wir unsir Ingesigel dur des selben Uolrichs und siner wirtinne und siner kinde bette an disen brief. Dis beschach ze Zürich uf dem kore der Abteie an sant Johans tage, do von gottes geburt waren zwelf hundert und vier und achzic iar[1]). Des Rates namen sint Her Ruedeger Manesse der Elter. Her Ruodolf von Lunkuft. Her Wilhelm von Klotun. Her Uolrich von Schönnenwert. Her Johans der Biber. Her Ruodolf an dem Stege, rittere. Her Hug und Hug Manezen. Her Otto von Mülimatton. Her Uolrich Stouri. Her Ruodolf phunk und Her Chuonrat der Chriek. da ze gegeni waren Her Burchart von winnon, Her Uolrich Rorwolf, korherren von Zürich. Her Heinrich der Ebtischen schriber. Ruodolf Manez. Chuonrat Rümer und andir lüte.

[1]) Das Datum ist wohl nur dasjenige der Handlung, aber nicht der Ausfertigung des Briefes, die später und auf dem Rathhause stattfand. Der Rath ist der Herbstrath von 1284, der bis zum 6. Januar 1285 sass.

Staatsarchiv Zürich. (*Des Rathes Siegel hängt.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I. 566. Sch. C. D. nr. 707.*

290.

Aebtissinn Elisabeth siegelt die Urkunde, laut welcher der Edle Hermann von Bonstetten seine Güter in Wediswil, Affoltern und Türlen an das Kloster Capell übergibt, zu Stiftung dreier Jahrzeiten für seinen verstorbenen Sohn Johannes, seine Gattinn Willebirgis und sich, das Kloster aber sich verpflichtet, ihm und seiner Gattinn eine jährliche Jahrrente zu bezahlen, einst beiden ein Begräbniss im Kloster zu gewähren, und im Fall eines allgemeinen Kreuzzuges zu einem solchen beizusteuern.

Zürich. 1. Februar 1285.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, Rudolfus [1] Abbas et Conventus de Capella ordinis Cysterciensis Constantiensis dyoecesis noticiam subscriptorum. Humana labente memoria et crescente cupiditatis malitia, expedit, ea que geruntur ad obviandum litibus scripture testimonio perhennari. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod cum vir nobilis, dominus Hermannus de Bounstetten [2] quondam nobis et nostro monasterio possessiones suas in Wetiswile [3], in Affoltre [4] et in Torlon [5] sitas, solventes annuatim viginti et sex modios tritici mensure Turicensis donatione facta inter vivos donaverit et contulerit, ea forma et condicione, ut sibi et domine Willebirge uxori sue tantundem tritici de nostro granario singulis annis persolveremus sine qualibet retardatione. Uno tamen ipsorum cedente vel decedente medietas ipsius tritici caderet in usus nostros plenarie expendenda. Sed postquam heu ex permissione divina Johannes [6] pie recordationis filius predictorum viam universe carnis est ingressus, prefati conjuges a dicta solutione tritici nos et nostrum monasterium penitus absolverunt, statuentes et ordinantes, ut tria anniversaria, videlicet Johannis supradicti die obitus sui et alia duo prefatorum conjugum in vigilia beate et gloriose virginis Marie, videlicet assumptionis et nativitatis, in domo nostra celebrentur, et de dicto tritico vinum et pisces in habundancia conventui, quamdiu vixerint, ministretur. Post obitum vero ipsorum jam dicta anniversaria in diem dormitionis eorundem transponantur. Quod si per alicujus incuriam dicta anniversaria in debito non fuerint celebrata, ipsa expensa ipsius diei vel duorum reverendo in Christo Abbati et Conventui Maristelle a nobis esset integraliter persolvenda. Preterea eisdem ad vitam suam quadringentos pisces dictos Rufos de Agre [7] circa festum beati Andree annuatim persolvere tenemur. Uno tamen decedente alter ducentos tantummodo percipere debet. Insuper antedicti conjuges suam sepulturam in nostro monasterio elegerunt. Nos etiam ipsum dominum Hermannum, ubicunque locorum decesserit, infra tres dietas, recolligentes in nostris expensis ad nostrum monasterium reportare tenemur. Ordinavit etiam idem Hermannus et testando statuit, ut nobis a suis heredibus decem marcae puri et legalis argenti ponderis Turicensis, si apud nos sepultus fuerit, integraliter persolvatur. Si vero religionem intraverit vel alibi quacunque occasione extiterit tumulatus, sex marcae a suis heredibus nobis sunt persolvende. Liceat etiam predicte domine sue uxori alibi ex certa et legitima occasione suam eligere sepulturam. Nos etiam pro salute anime ipsius octo marcas argenti alicui transfretanti mare, si publica facta fuerit expedicio transfretantium ad liberationem sancte Terre

et sepulcri Domini, dare et persolvere debemus. Ad hec autem singula et universa fideliter adimplenda, tam nos quam antedicti conjuges presentibus firmiter astringimur et perfecte obligamur, renunciantes alterutrim litteris et instrumentis hinc inde super quibuscunque conventionibus inter nos confectis, per que huic ordinationi posset aliqualiter obviari. Harum omnium rerum testes sunt Hermannus [8]) plebanus Turicensis. Johannes de Domo. Cuonradus de Sterneka. Heinricus dictus Cigerli . . . . . dictus Vunvj. Ulricus de Ustra. Chuonradus de Rossowa et C. de Tanne, ac alii quamplures fide digni. Ut autem premissa omnia nullius cavillationis ingenio valeant impugnari vel irritari, presens instrumentum sub uno tenore duplicatum et sigillis honorabilis in Christo domine Abbatisse Turicensis [9]) et nostro videlicet Abbatis de Capella, quo et nos Conventus utimur, quia proprium non habemus, necnon et antedicti Hermanni de Bounsteten patenter communimus. Datum Thuricii anno Domini MCCLXXXV. In vigilia purificationis virginis gloriose. Indictione XIII.

Nos Hermannus et Willebirgis conjuges sepefati premissam ordinationem per nos esse factam et ad peticionem nostram conscriptam et sigillatam presentibus profitemur et ad ea conservanda et perficienda nos et nostros successores et heredes obligamus presentium per tenorem.

[1]) Rudolf II., Abt von Capell. Vergl. B. 288. [2]) Hermann von Bonstetten, der ältere, Reichsvogt in Zürich, am 4. Januar 1277 (*Gerbert. Cod. epist. Rud.* 244), 17. Mai 1279 (B. 259.), am 23. Oct. 1280 (*Kopp. Eidg. Bünde II.* 1. *S.* 41.) und 21. Mai 1281 (B. 268). [3]) Wediswil, [4]) Affoltern am Albis, und [5]) Türlen am Albis, Kts. Zürich. [6]) Johannes von Bonstetten, † 20. Decemb. (*Jahrzeitb. der Abtei*). [7]) Sogenannte „Rötheli" aus dem Aegeri-See. [8]) Hermann von Rüsegg, Leutpriester der Abtei. [9]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn Elisabeth, des Abts von Capell und S. HERMANNI. MILITIS. DE. BVONSTETEN.*). — *Abgedruckt: Girard Nobilaire Suisse II.* 46. *und im Auszuge in: Regesten der Arch. d. Schw. Eidg. B. I. Heft* 4. *nr.* 26. *Kopp. Eidg. Bünde. II.* 1. S. 369. — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 713.

291.

Aebtissinn Elisabeth verleiht dem Kloster Oetenbach die Hälfte eines Hauses an der Limmat zu Erbe, welche ihr von Otto Mangold, bisherigem Eigenthümer, hiefür war übergeben worden.

Kloster Zürich. 8. Juni 1285.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elisabeth [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Cum honorabiles in Christo . . Priorissa et Conventus cenobii in Oetenbach ante annos aliquot medietatem domus et aree contiguam domui Waltheri de sancto Petro civis Thuricensis ex latere superiori et fluvio, qui dicitur A [2]), ex inferiori pro [3]) Uolrico dicto Mangoldi cerdone, qui ipsas cum Ottone fratre suo pro indivisis seu communiter possidebat, pro sex marcis argenti ponderis Thuricensis comparaverint ac eandem medietatem a nobis pro annuo censu unius denarii in festo exaltationis sancte Crucis solvendo receperint jure hereditario possidendam, et prefatus Otto pro anime sue suorumque parentum salute partem, que sibi in predictis domo et area jure proprietario competiit, ad manus nostras renunciaverit ac ipsam predictis . . Priorisse et Conventui

iure hereditario pro annuo censu unius denarii predicto termino solvendo concedi petierit, Nos sue peticioni utpote iuste et rationabili annuentes ipsam iure hereditario premisso ipsis concessimus et concedimus per presentes, salvo tamen iure usufructuario Mechthildi noverce predictorum Ottonis et Uolrici, cui per predicta non debet preiudicium aliquod generari. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli nostri roboramus. Acta sunt hec in lobio nostro, anno Domini M.CC.LXXXV. octavo die intrante Junio. Indictione XIII. Presentibus magistro Uol. de Knonowe. Chuonrado dicto Rümer. Johanne dicto Luchs. Jacobo dicto Tuto. Ruod. et Berchtoldo, conversis de Oetenbach. et aliis fide dignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) So hiess damals und noch lange die Limmat. [3]) Lies: „*ab*“.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

292.

Bischof Rudolf von Konstanz und Aebtissinn Elisabeth bestimmen die Pflichten, welche dem Pfründer des mit Hülfe der Klosterfrau Elisabeth von Kramburg neu hergestellten und dotirten Altares des heiligen Oswald etc. obliegen.

Zürich. 10. October 1285.

R.[1]) Dei gratia Constanciensis Episcopus nec non Elysabet[2]) humilis Abbatissa monasterii Thuricensis universis presentium inspectoribus orationes in Domino. Ut fidelium, qui sua bona ad cultum divinum ampliandum pia devotione ecclesiis contribuunt, desiderium et voluntas secundum dispositionis et ordinationis sue modulum effectum debitum absque immutatione qualibet sortiatur, ne per lapsum temporis et oblivionem huiusmodi ordinationibus aliquatenus derogetur, expedit ordinationes eorundem in scriptis redigi et monimentis publicis perhennari. Noverint itaque tam presentes quam posteri, quod per promotionem et auxilium predilecte in Christo Elysabeth dicte de Kramburg, sanctimonialis monasterii prefati nostri, altare de novo constructum et edificatum in monasterio nostro in lattere chori prope turrim novam et iuxta gradus, per quos ascenditur ipse chorus, in honore sanctorum Oswaldi[3]), Christofori, Judoci, Vincentii, Herhardi confessoris et pontificis, Marie Magdalene et undecim milium Virginum auctoritate nostra et consensu accedentibus dotatum est ac etiam consecratum. Ita videlicet ut quicumque sacerdos pro tempore ipsum altare officiaverit bis in ebdomada, scilicet de Sancta Maria et semel pro defunctis, et XXX. diebus post obitum ipsius fundatricis, videlicet predicte Elysabeth de Kranburg, singulis annis a die anniversarii sui pro salute anime sue pro defunctis, item unam missam specialiter pro defunctis in quolibet mense singulis annis pro anima ipsius fundatricis et in festo cuiuslibet sanctorum predictorum unam missam, prout requirit ipsum festum, nec non in dedicatione prefati altaris solempniter celebrare ibidem modis omnibus teneatur. Alioquin talis sacerdos quicunque fuerit prebenda ipsius altaris sit ipso iure privatus aliique concedi debet per Abbatissam predictam, quecumque pro tempore fuerit, qui honus huiusmodi sustinere voluerit et subire. In huius rei testimonium et robur omnium premissorum presentem ordina-

tionem sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum et actum Thuregi. Anno Domini M.CC.LXXXV. Indictione XIIII. VI. Idus Octobris.

[1]) Rudolf von Habsburg-Laufenburg. Vergl. B. 244. [2]) Elisabeth von Wezikon. [3]) Dieser Altar des h. Oswald stand im Chor, zur linken Hand beim Eintritte. Die »*turris nova*« ist der vordere gegen den Fraumünsterplatz stehende Thurm.

Stadtarchiv Zürich. (*Die beiden Siegel hängen.*)

293.

Die Brüder Heinrich und Ulrich in dem Markte, Bürger in Zürich, verkaufen ihre Besitzungen in Ertbrust, Häuser, Hofstätten, Aecker, Baumgarten und vierzehn Juchart Reben nebst Zubehör, an Abt und Convent von Capell. Sie geben das Eigen der Abtei der Aebtissinn Elisabeth in Zürich auf, welche die vorgenannten Besitzungen, als Erbe von der Abtei Zürich um ein Pfund Wachs jährlichen Zinses an Abt und Convent von Capell überträgt.

Am Oetenbach in Zürich [1]). 28. November und 1. December 1285.

In nomine Domini amen. Omnibus presencium inspectoribus Heinricus et Ulricus fratres dicti in dem Marchte, cives Thuricenses, subscriptorum noticiam cum salute. Ut contractus bone fidei consensu mutuo celebrati perseverent sub perpetua firmitate, scripturarum indiciis tenaci et incommutabili debent memorie commendari. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod nos necessitate urgente possessiones nostras in Ertbrust [2]) sitas inter possessiones . . dicti Eschwrn et Heinrici dicti Gnürser, videlicet domos, areas, agros, pomerium et tredecim jugera vinearum, cum doliis ac vasibus vinariis ac aliis utensilibus ad torcular spectantibus, venditioni decrevimus exponendas, et cum inter alios ad emptionem procedere cupientes venerabiles in Christo Abbas et Conventus monasterii de Capella Cysterciensis ordinis, Constanciensis dyoecesis, nobis majus precium et utilius obtulissent, receptis ab eisdem centum et octo marcis argenti puri et legalis ponderis Thuricensis et in usus nostros conversis, eis eorumque successoribus predictas possessiones cum omnibus pertinenciis et juribus deliberacione prehabita vendidimus et in manus venerabilis Domine Elyzabeth [3]) Dei gratia Abbatisse Thuricensis resignavimus libere et expresse, una cum liberis nostris, videlicet meis Heinrici: Heinrico et Mechthildi, ac meis supradicti Uol. videlicet: domino Roedegero sacerdote canonico Thuricensi, Phylippo, Wilhelmo et Uolrico, ac uxoribus nostris Judunte et Mechthildi, que eciam uxores prestito corporali sacramento promiserunt se numquam dictas possessiones repetere in foro ecclesiastico vel civili per se vel per alios quomodo, ipsis quoque Abbati et Conventui de Capella predictis concedi petivimus jure hereditario perpetuo possidendas. Et sic in ipsos Abbatem et Conventum ac suos successores, tractatu sollempni prehabito et premisso, qui in hujusmodi alienationibus adhibendus est juxta canonicas sanctiones, venditionis titulo transferimus et transtulimus ver-

borum et gestuum in ipsa venditione adhibita sollempnitate debita et consueta, ipsosque Abbatem et Conventum pro se suisque successoribus in prefatarum possessionum cum pertinenciis suis predictis corporalem induximus et induci fecimus sollempniter et more debito possessionem. Et quia tres ex filiis predicti Heinrici venditoris, scilicet Johannes, Chonradus et Nicolaus, extra provinciam demorantur, nec certi esse possumus de ipsorum reditu vel adventu, dictis Abbati et Conventui quatuor fidejussores et obsides, videlicet Marwardum filium quondam Wernheri dicti Meisun, Wernherum Brecter, Chonradum Saler et Johannem de Lunchoft aurifabrum, assignavimus sub hac forma, ut quumcunque dicti filii ipsius Heinrici, aut aliquis vel aliqui ex eis, apud Thuregum vel in confinium pervenerint, ita quod sciri possit aut notum existat, ipsi fidejussores moneri debent ex parte dictorum Abbatis et Conventus, ut infra XIIII dies, a tempore monitionis computando, procurent et efficiant effectu, ut talis vel tales, cujus vel quorum presencia haberi poterit, dictas possessiones seu jus, si quod sibi compecierit sub testimonio proborum, debeant libere resignare. Alioquin dicti fidejussores et obsides post lapsum dictorum XIIII dierum se debent in obstagium presentare juxta morem et consuetudinem opidi Thuricensis, inde nullatenus recessuri, donec quod predictum est per talem aut tales filios presentem vel presentes completum fuerit et perfectum. Ad cujus obstagii et promissionis observationem nos predicti fidejussores presentibus [nos] obligamus. Et si aliquem aut aliquos ex ipsis fidejussoribus cedere vel decedere contingat ante perfectionem hujusmodi resignationis, alius aut alii eque ydoneus vel ydonei debent infra octo dies proximo subsequentes per nos aut successores nostros in locum talium subrogari. Alioquin dicti obsides, qui superstites fuerint, debent se in obstagium presentare in locum cedencium vel decedencium, quousque alii fuerint subrogati. Insuper ad habundantem cautelam promisimus et promittimus per presentes pro nobis nostrisque successoribus . . . sepefatis Abbati et Conventui plenam et efficacem prestare warandiam, quumcunque, quocienscunque et ubicunque opus fuerit, ac nos de evictione pro ipsis possessionibus et earum pertinenciis nostrosque successores fore sollempniter obligatos presentibus profitemur. Ceterum ne premissa nec ipsorum quodcunque per nos aut successores nostros processu temporis violari possint in aliqua sui parte, reuunciamus pro nobis nostrisque successoribus circa premissa et quodlibet eorum beneficio restitucionis in integrum, litteris a sede Apostolica vel aliunde impetratis aut etiam impetrandis, exceptioni doli, quod metus causa, non numerate pecunie, auxilio deceptionis ultra dimidiam justi precii, defensioni non adhibite sollempnitatis, omnibus senatusconsultis et constitutionibus tam editis quam edendis, auxilio juris canonici vel civilis, statuti municipalis, consuetudini[s] geneneralis vel particularis, et generaliter omni suffragio, quo mediante ea que premissa sunt, aliquam pati possent calumpniam vel instanciam, in toto seu in aliqua particula eorundem. Et in evidenciam omnium premissorum reique memoriam sempiternam supradictis . . . Abbati et Conventui pro se suisque successoribus presens instrumentum tradimus et donamus sigillis venerabilis Domine Elyzabeth Dei gratia Abbatissa monasterii Thuricensis ac honorabilium virorum consulum Thuricensium robore communitum. Actum apud Oetenbach infra muros Thuregi anno Domini MCCXXX quinto. VII Kal. Decembris. Indictione XIII.

Elyzabeth Dei gratia Abbatissa prefata, recepta resignacione predictarum possessionum cum pertinenciis suis ab ipsis Heinrico et Uolrico fratribus prelibatis et liberis ac uxoribus eorum predictis, possessiones antedictis . . . Abbati et Conventui de Capella concessimus et concedimus per presentes pro annuo censu, videlicet una libra cere singulis annis in festo purificationis beate Virginis Marie

nobis nostroque monasterio persolvende, jure hereditario possidendas et habendas. Et ad peticionem et instanciam dictorum Heinrici et Uolrici presenti instrumento sigillum nostrum appendimus.

Nos quoque Consules Thuricenses, quorum nomina sunt hec Roedegerus Manezzo senior, Ruodolfus de Lunchoft, Uolricus de Schoenenwert, Johannes Bibur, Wilhelmus de Klotun, Chonradus de Glarus, milites, Hugo Manezzo senior, Hug filius suus, Uolricus Stoeri, Otto de Mülimaton, Chonradus Krieg, Ruodolfus de Ophinkon, ad petitionem prefatorum Heinrici et Uolrici de certa sciencia sigillum nostrum huic scripto duximus appendendum.

Nos quoque memorati Roedegerus, Phylippus, Willehelmus, Uolricus, Heinricus et Mechthilt, liberi, Judunta et Mechthilt, uxores, predictorum Heinrici et Uolrici prefate vendicioni expressum consensum prebemus presentibus et assensum. Datum Thuregi, anno et Indictione prenotatis, Kal. Decembris, presentibus et vocatis in testimonium premissorum videlicet Reverendo in Christo patre domino Volkero Abbate de Maristella, Heinrico dicto de Rordorf sacerdote et monacho ipsius, magistro Jacobo de Sco. Petro canonico Thuricensi, Willehelmo a dem Tore milite, Walthero de Sco. Petro, Wernh. Biburlin, Petro Wolfleibsch, Chonrado Krieg, Jacobo et Lütoldo dictis Gnürser, Willehelmo et Johanne S[ch]aflin, Johanne Schüpher, et aliis multis fide dignis.

[1]) Die Ortsangabe dieses Datums ist bemerkenswerth. Sie enthält die erste Spur der Verlegung des Klosters Oetenbach von seinem ursprünglichen Platze ausserhalb Zürich am Ausflusse des Oetenbachs in den Zürichsee (B. 86) innernerhalb die Stadt. Noch 1276 heisst das Kloster ausdrücklich: „*cenobium Oetenbach prope Thuregum*“ (*Geschichtsfrd. VII.* 166) und die späteren Urkunden bis Mitte 1285 (B. 291) zeigen noch keine Veränderung. Hier aber erscheint nun ein »Oetenbach innerhalb Zürich“, auf »*dem Sihlbühl*“, dem die Nonnen nunmehr den Namen ihres frühern Wohnsitzes gaben und wo fortan das Kloster bis zu seiner Aufhebung durch die Reformation bestanden hat und seine ehemalige Kirche noch steht. Dieses „*cenobium Oetenbach in Turego*“ oder „*cenobium novum Oetenbach*“ nennen förmlich B. 296 und 299. — Die Abtretung des Platzes, worauf die neue Kirche erbaut wurde, durch die Aebtissinn in Zürich an Priorinn und Convent von Oetenbach siehe B. 294. Die Abtretung anderer umliegender Grundstücke, Lehen vom Reiche, durch die Ritter Rüdger Maness den ältern und Rudolf Mülner den ältern, bestätigte König Adolf 1292. (Siehe *Archiv f. Schw. Gesch. I.* 99 und *V. A. Z. S.* 123—125 und *Anm.* 379—381.) [2]) Erdbrust, Kgde. Wollishofen Kts. Zürich. [3]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Rathes Zürich hängen.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Regest. der Arch. d. Schw. Eidg. Bd. I. Heft 4. nr.* 127.

294.

Aebtissinn Elisabeth und Convent treten dem Convente von Oetenbach ihr Eigen am Sihlbühle in Zürich ab behufs Erbauung einer Kirche. Sie erhalten dagegen tauschweise das Eigen von Gütern des Conventes Oetenbach in Rordorf, Stetten, Remetswil und Dietikon, von denen Oetenbach alljährlich fünf Pfund Wachszins an die Abtei entrichten soll.

Kloster Oetenbach. 28. Januar 1286.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elisabeth[1]) Dei gratia Abbatissa totusque Conventus monasterii Thuricensis ordinis Scti Benedicti, necnon Priorissa suusque Conventus cenobii in Oetenbach ordinis predicatorum Constantiensis dyocesis noticiam subscriptorum. Cum femine reli-

giose et Deo devote, quarum sors debet esse Christo, orationibus et contemplationi iugiter insistere debeant et vacare, mundanis et exterioribus negotiis ipsas non convenit aliquatenus occupari. Materie siquidem occupationis tunc potissime occurritur et obviatur, cum ea que in iure seu extra ius aguntur in scripturam publicam rediguntur. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod cum nos Priorissa et Conventus predicte quasdam areas in colle Syle sitas infra muros Thuregi pro annuo censu, videlicet duarum librarum cere, a monasterio predicto jure hereditario possideremus, cum ecclesia et templum Dei edificari debeat in solo libero et ab omni tributorum nexibus absoluto, proprietatem arearum predictarum a predicto monasterio, facta libera resignatione ab Abbatissa et Conventu prefatis ad manus meas videlicet Priorisse nomine cenobii in Oetenbach, obtinuimus titulo permutationis, dantes et assignantes prefato monasterio longe meliores possessiones in compensam, quarum possessionum et colonorum earum nomina in sequentibus subscribuntur, jusque hereditarium predictarum possessionum, proprietate ipsi monasterio remanente, sub annuo censu videlicet quinque librarum cere recepimus nomine nostri cenobii perpetuo possidendum. Hii autem sunt coloni, qui predia huiusmodi in compensam data excolunt: Chuonradus dictus Bero de Rordorf colit predium situm in Rordorf[2]), quod reddit duobus annis utroque decem et septem frusta et tertio anno duodecim frusta. Item Chuonradus dictus Brunegger et Chuonr. uf dem Büle colunt predium situm in Stetten[3]), quod reddit decem frusta. Item Uolricus Swâb ibidem colit predium situm ibidem, quod reddit quinque quartalia tritici. Item Chuonradus der Obrost et Uolr. filius suus colunt predium situm in Stetten, quod reddit novem frusta. Item Ruodolfus dictus herro de Stetten colit predium ibidem, quod reddit quatuor modios et duo quartalia tritici. Item Uolricus dictus Rukfür de Stetten colit predium ibidem, quod reddit duos modios tritici et tres modios avene. Item Chuonr. dictus herro de Stetten colit predium ibidem reddens tres modios tritici et unum modium avene. Item Uolricus bi dem Bache de Reimerswile[4]) de predio, quod colit ibidem, solvit decem quartalia tritici. Item Ruodolfus Molendinarius de Dietinkon[5]) colit predium ibidem, quod reddit sex modios et duo quartalia tritici. Item Heinricus Notarius de Dietinkon de predio, quod colit ibidem, solvit sex modios et duo quartalia tritici. Item Uolricus dictus Iberger de Dietinkon solvit quatuor modios et unum quartale tritici, tres modios avene et decem et octo denarios de predio, quod colit in Dietinkon. Item Albertus dictus Frio de Dietinkon de predio suo, quod colit ibidem, solvit unum modium tritici, sex quartalia avene et sex denarios. Item Ludoldus faber et Albertus filius suus de Dietinkon colunt predium ibidem, de quo solvunt duos modios tritici. Nos insuper Priorissa et Conventus nos nobisque succedentes bona fide presentibus obligamus, quod proprietatem omnium predictorum prediorum et singulorum nostris expensis ab omni impetente ipsum monasterium defendemus, et si evicta fuerit ab ipsis proprietas, proprietatem prediorum equivalentium in locum evictorum subrogabimus infra mensem. Alioquin ex tunc ipso facto dicto monasterio in viginti marcis argenti ponderis Thuricensis nomine interesse et pene fore volumus obligate. Et quod nihilominus huiusmodi predia evictis equivalentia teneamur sine difficultate et mora qualibet monasterio compensare. Nos Elisabeth Dei gratia Abbatissa totusque Conventus monasterii Thuricensis tractatu prehabito diligenti, non semel sed multotiens, quia huiusmodi permutatio nostro monasterio dinoscitur quam plurimum utilis et fructuosa, iuris sollempnitate per omnia observata, dictam permutationem ut prescriptum est fecimus et eam factam presentibus recognoscimus et fatemur. Renunciantes omni iuri scripto et non scripto, privilegio impetrato seu impetrando, restitutioni in integrum et generaliter omni legum et

canonum auxilio, per quod predicta possent infirmari vel aliquatenus irritari. In quorum omnium testimonium et robur et loco subscriptionis singulorum nos Elisabeth, nomine nostro et Conventus, sigillo nostro, quo et nos Conventus utimur cum proprium non habeamus, presentem literam iussimus roborari. Nos etiam Priorissa et Conventus de Oetenbach ad supradictorum omnium evidentiam sigilla nostra videlicet Priorisse et Conventus duximus presentibus appendenda. Acta sunt hec in choro predicti cenobii Oetenbach[6]) anno Domini MCCLXXXVI V Kal. Februar. Indict. XIV. presentibus Jacobo molendinario[7]), Uolrico nobile de Rüsegge, Rüdegero Manezen seniore, Rüdegero filio suo, militibus. Heinrico sacerdote dicto de Holdirberg. Chuonr. Ortolfi subdyacono, Berchtoldo et Rudolfo, conversis in Oetenbach et aliis fide dignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Rordorf, [3]) Stetten, und [4]) Remetswil, Kts. Aargau. [5]) Dietikon, Kts. Zürich. [6]) Vermuthlich bereits das neue Kloster Oetenbach, dessen Bau somit begonnen hatte, ehe noch die gegenwärtige Abtretung förmlich stattgefunden. [7]) Dass der Ritter Jacob Mülner hier vor dem Edeln Ulrich von Rüssegg genannt wird, ist bemerkenswerth.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen das Siegel der Aebtissinn in Zürich, Elisabeth von Wezikon, S. PRIORISSE. DE. OETINBACH. und S. PRIORISSE. ET. CONVENT. SCE. MARIE. DE. OTEBACH.*) — *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 33.

295.

Aebtissinn Elisabeth bezeugt, dass Johannes in dem Markte, Bürger in Zürich, Sohn Heinrichs, den von seinem Vater und dessen Bruder Ulrich vorgenommenen Verkauf von Reben in Erdbrust an das Kloster Capell anerkenne und gutheisse.

Kloster Zürich. 13. Februar 1286.[1])

Universis Christi fidelibus Elisabeth[1]) Dei gratia Abbatissa monasterii Turicensis ordinis Sancti Benedicti Constanciensis dyoecesis subscriptorum noticiam cum salute. Quia juris ratio non permittit et valde perniciosum existit, ut nati seu liberi contractus propter summas necessitates parentum suorum et evidentes utilitates eorundem per eosdem parentes initos studeant revocare aut aliquatenus irritare, scire volumus universos, quod Johannes natus Heinrici dicti in dem Marchte civis Thuricensis in presencia nostra constitutus, recognoscens contractum venditionis, per jam dictum patrem suum et Uolricum fratrem ejusdem Heinrici, patruum ipsius, cum religiosis in Christo . . . Abbate et Conventu monasterio de Capella ordinis Cysterciensis Constanciensis dyoecesis de vineis sitis in Ertbrust, attinenciis et pertinenciis suis, rite et legittime celebratum, prout in alio instrumento super hoc confecto plenius est expressum, eidem patri suo et ipsi utilem fuisse et non modicum fructuosum, quicquid juris ei competiit vel competere posset in futurum in possessionibus prelibatis ad manus nostras resignavit libere et expresse. Ratificando et firmando contractum antedictum, adhibita verborum et gestuum omni sollempnitate, que in hujusmodi resignationibus consuevit et debuit adhyberi. In quorum omnium et singulorum robur et perpetuam firmitatem sigillum nostrum huic instrumento resignationis et ratihabitonis ad peticionem ejusdem duximus appendendum. Datum et

actum Thuregi. Anno Domini MCCLXXXVI. Idibus Februarii. In domo nostra juxta monasterium sita in lobio prope stupam, presentibus quorum hec sunt nomina frater Arnoldus de Brugtal, Heinricus dictus Vogel, sacerdotes et monachi de Capella, Heinricus rector ecclesie in Kilchberch, Waltherus de Sancto Petro, Heinricus in dem Marchte, Johannes de Lunchoft aurifaber, Ruodolfus de Erlibach, Wernher Brechter et quamplures alii fide digni.

[1]) Zu dieser Urkunde vergl. B. 293. [2]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Reg. der Arch. der Schw. Eidg. B. I. Heft 4. nr.* 130.

296.

Aebtissinn Elisabeth verleiht dem Kloster Oetenbach in Zürich ein ihr zu diesem Zwecke von Katharina, Frau des Ritters Rudolf von Trostberg, übertragenes Gut in Nürensdorf zu Erbe.

Kloster Zürich. 30. April 1286.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elisabetha [1]) Dei gracia Abbatissa monasterii Turicensis noticiam subscriptorum. Ne rerum gestarum labatur noticia et calumpniandi materia preveniatur, expedit, ut ea que aguntur scripture testimonio perhennentur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod Katherina uxor Ruodolfi militis dicti de Troschberg et Ruodolfus filius suus proprietatem predii siti in Nüelisdorf [2]), quod predium Ruodolfus villicus et Cuonradus dictus Teggeler colunt, reddens annuatim viginti octo frusta mensure Turicensis, auctorante et consenciente predicto Ruodolfo de Troschberg, ad manus nostras sponte et publice resignarunt, sub hac condicione, ut predilectis in Christo . . Priorisse et Conventui sororum in Oetenbach in Turego ordinis fratrum Predicatorum sub annuo censu unius denarii iure hereditario concederemus. Qua resignatione facta et prehabita predictis . . Priorisse et sororibus sub censu pretacto prenotatum predium cum omnibus pertinenciis suis et iuribus, quocumque nomine censeantur, concessimus et presentibus concedimus possidendum. Ceterum quia predicti a memoratis Priorissa et Conventu receperunt quinquaginta octo marcas argenti ponderis Turicensis, eo quod essent Warandi predicti predii et se ad caucionem de eviccione obligarent, predictam caucionem in nostra presencia per solempnem stipulationem interpositam fecerunt ac eciam compleverunt. Et ad cautelam habundantem predicta Katherina promisit corporali prestito sacramento, omnia supradicta rata habere et non contrafacere ingenio, verbo vel facto et breviter nichil attemptare in iure seu extra ius, aliquo beneficio legum vel canonum, per quod predicta possent in parte vel in toto aliqualiter retractari vel eciam infirmari. In cuius rei evidenciam presens carta nostri videlicet Abbatisse prefate nec non Consulum Turicensium predictique Ruodolfi sigillorum munimine roboratur. Acta sunt hec Turegi in lobio nostro. Anno Domini M.CC.LXXXVI. vigilia Philippi et Jacobi apostolorum. Indictione XIII. Presentibus H. rectore ecclesie in Horgen. Jacobo Molendinario, Rüedegero Manessen, Ruodolfo Molendinario, militibus. Hugone dicto Milchlin. Ruodolfo dicto Biber. Jacobo dicto Brunen. Fratre Cuonrado de Tiknouwa, fratre Cuonrado dicto

de Hettelingin et aliis quam pluribus fidedignis. Nos Consules Turicenses ad peticionem prefatorum Katherine et Ruodolfi dicti de Troschberg mariti sui in evidentiam premissorum sigillum civium Turieensium apponi fecimus presentibus et appendi. Ego eciam Ruodolfus de Troschberg recognoscens predicta esse vera nomine meo et Katherine uxoris mee sigillum proprium duxi presentibus appendendum. Anno, loco, die et Indictione prenotatis. Nomina Consulum sunt hec Jacobus Molendinarius, Burchardus de Hottingen, Wern. Biber, Ruodolfus de Beggenhoven, Chuono de Tüebelnstein, Heinricus Vinco, milites. Ruodolfus dictus Krieg senior, Uolricus in dem Turne, Uolricus Trüeber, Petrus dictus Wolfleipscho, Heinricus Stouiri et Johannes Pilgeri [3]).

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Nürensdorf, Kts. Zürich. [3]) Der hiergenannte Rath ist der Sommerrath des Jahres 1286, wie sich aus den Verzeichnissen der nächstliegenden Jahre unzweideutig ergibt.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel der Aebtissinn, des Rathes und Rudolfs des Ritters von Trostberg.*)

297.

Der Edle Konrad von Tengen, Domherr in Strassburg, gibt seine Zustimmung zu der Verleihung eines Meierhofes in Rümlang durch Aebtissinn Elisabeth und Convent in Zürich, an seinen Hörigen, Burchard aus der Aue.

Bülach. 18. Mai 1286.

Universis presentium inspectoribus Chunradus nobilis de Tengen clericus reverentiam et honores. Noverint presentium inspectores et auditores, quod cum reverende in Christo Elisabetha [1]) Dei gratia Abbatissa monasterii Turicensis suusque Conventus curtim villicationis sue in Rümelank [2]) ad ipsas jure proprietario spectantem concesserint Burchardo dicto uz der Owa servo meo pro XX modiis tritici nomine census annuatim in festo Galli et duobus porcis annuo in festo Andree unam libram monete Turicensis valentibus sibi persolvendis, his adjectis conditionibus: quod idem Burchardus ipsam curtem cum bona cultura regere debet et tenere et si in hoc negligens invenitur de hoc satisfacere debet eisdem secundum quod iuris ordo postulat et requirit; si vero predicte domina Abbatissa et Conventus ipsum Burchardum ab eadem curte removent et depellunt, tunc nullam partem rerum suarum ab eo exigere debent nec aliquatenus extorquere; post hec prefatus Burchardus legitimus colonus et inquilinus, secundum communem juris formam agricolarum et inquilinorum, ipsarum esse debet in eadem curte residendo. Ego predictas conditiones ratas et gratas habens meum plenum favorem et sponthaneum consensum eisdem conditionibus pro me meisque successoribus prebeo et adhibeo per presentes. In hujus rei certitudinem presentem litteram do et trado predictis Abbatisse et Conventui mei sigilli munimine patenter communitam. Datum in Bullach sabbato proximo ante ascensionem Domini, anno Domini MCCLXXXVI. Indictione XIIII.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Rümlang, Kts. Zürich.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängt: S. CVNRADI. DE. TENGEN. CANONICI. ARGENT.*). — *Abgedruckt: Zapf. Mon. anecd. I.* 172. — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 590.

298.

Aebtissinn Elisabeth besiegelt die Jahrzeitstiftung und Schenkung Konrads des Truchsessen von Hombrechtikon an das Kloster Einsiedeln.

Kloster Einsiedeln. 1. September 1286 [1].

In nomine Domini Amen. Quod gerendum inspirat homini divina providentia litteris et testibus fieri ratum et stabile sic debet, quod non possit in posterum per improborum calumniam revocari. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod cum ego Conradus dapifer ac servitor monasterii Heremitarum dictus de Hombrechtinkon [2] ob honorem genetricis Dei Marie ac omnium Sanctorum nec non ob remedium anime mee meorumque parentum dicto monasterio olim, tempore venerabilis domini Ulrici Dei gratia Abbatis ejusdem nominis secundi [3] monasterii Heremitarum predicti, possessiones infrascriptas donaverim et tradiderim inter vivos juxta conditiones subscriptas. Quarum possessionum nomina sunt hec: in Wolrouva [4] bona quedam reddentia annis singulis XVIIII modios avene, unum modium tritici et unum solidum denariorum, nec non in Hurden [5] bona solventia annis singulis IIII modios tritici, in Pfeffikon [6] quoque an der Vada et in der Huoba duo predia duos modios tritici solventia ac super Berge bona quedam decem modios tritici reddentia, sub monte Ezel [7] pratum IIII. solidos denariorum persolvens, in Sunneberg [8] etiam quedam prata solventia X. solidos denariorum, in Erlen et in dem Oberenerlibach [9] prata XX. solidos denariorum solventia, in der in der Weny [10] prata quedam reddentia similiter XX. solidos denariorum, sub monte Schnabelsberg [11] pratum V. solidos denariorum reddens et unam schweigam in der Muserowa cum quatuor vaccis, pratis et pascuis abundantem. Conditiones hec sunt, ut post mortem meam de bonis in Hurden in anniversario patris mei unus modius tritici et in die anniversarii mei unus modius tritici annis singulis fratribus in predicto monasterio Deo famulantibus erogetur et unus modius tritici eodem die in usus pauperum expendatur. Item de pratis in Sunnenberg in anniversario matris mee V. solidos denariorum et in anniversario Judente uxoris mee V. solidos denariorum, ac de prato sub monte Ezel in anniversario reverendi fratris mei IV. solidos denariorum, predictis fratribus annis singulis largiantur. Pratum autem sub monte Schnabelsberg ad usum cedet sacerdotis in capella Sancte Marie celebrantis. De possessionibus vero in Wolrowe et in Erlon et in dem Oberenerlibach predictum monasterium in quinque luminaribus ex oleo factis adornavi ita videlicet, ut duo per diem luceant, unum ante capellam Sancte Marie, alterum vero ante altare publicum, reliqua tria de nocte ad altaria Sancti Benedicti et Sancte Crucis et ad sepulchrum beati Gregorii accendantur, et de residuis possessionibus prescriptis necessitati et indigentie pretacti monasterii succurratur. Ut autem omnia premissa perpetuâ stabilitate fulcita permaneant, ipsam donationem et traditionem presentibus innovo et ratifico, inhibens omnibus meis heredibus sub poenâ successionis legitime ne contra predictam donationem, traditionem, ordinationem per se vel per alios veniatur verbo vel facto, ac renuncio pro me meisque successoribus omni iuri, exceptioni, defensioni ac generaliter omnibus, per que premissa possent vitiari vel aliquaiter retractari. In cujus renovationis testimonium et robur presentem chartam venerabilibus dominis meis Heinrico [12] Dei gratiâ Abbati et Conventui monasterii Heremitarum prelibati sigillo honorande domine et Dei gratiâ Abbatisse Thuricensis trado patenter communitam.

Acta sunt hec apud monasterium Heremitarum. Anno Domini M.CC.LXXXVI. Calendis Septembris. Indictione XIV. Presentibus etc.

Nos Elisabeth [13]) Dei gratiâ Abbatissa Thuricensis ad supplicem petitionem predicti Conradi dapiferi huic pagine sigillum nostrum duximus apponendum.

[1]) Dieses Datum ist wohl nur dasjenige der Verhandlung, nicht aber der Besiegelung des Briefes durch die Aebtissinn. [2]) Die Ritter von Hombrechtikon (Kts. Zürich) waren Unter-Truchsessen des Abtes von Einsiedeln; eigentlich bekleideten die Edeln von Wedenswile das Truchsessenamt. [3]) Ulrich II., Abt von Einsiedeln vom J. 1266—1277, derselbe, den König Rudolf 1274 zur reichsfürstlichen Würde erhob. (Siehe *Gesch. der Abtei Zürich.* S. 73). Er wird ein geborner »von Weneden« (Winiden) genannt (*Hartm. Ann. Herem. pg.* 257). Ist diess Winenden bei Waiblingen (Winiden, Winidun, Windin. Vgl. *Stälin Wirtb. Gesch. II.* 575—578. *Mone Zeitschr. f. Gesch. des Ober-Rheins. III.* 460) und Abt Ulrich somit aus dem Geschlechte der Herrn von Neifen? Das Wappen bei *Hartm. l. c.* stimmt freilich nicht zu letzterm Namen. [4]) Wolrau, [5]) Hurden, [6]) Pfeffikon, und [7]) der Etzel, am Zürichsee Kts. Schwiz. [8]) Sonnenberg und [9]) Ehrlen, Kgmde. Richterswil Kts. Zürich. (?) [10]) ? [11]) Der Schnabelberg, ein Theil des Albis, Kts. Zürich. [12]) Heinrich II., Abt von Einsiedeln ao. 1280—1298 (6. Nov.), aus dem Geschlechte der Freien von Güttingen am Bodensee. [13]) Elisabeth von Wezikon.

Docum. Arch. Einsiedl. F. fol. 1. (*Gedruckte Sammlung der Dokumente des Klosters Einsiedeln, ebendaselbst.*) *Im Auszuge in: Hartm. Annal. Heremi pag.* 267 *und Regesten der Arch. d. Schw. Eidg. Bd. I. Heft* 1. *nr.* 109.

299.

Aebtissinn Elisabeth bezeugt, dass Konrad in dem Markte, Sohn Heinrichs, Bürger in Zürich, den von seinem Vater und dessen Bruder Ulrich vorgenommenen Verkauf von Reben in Erdbrust an Abt und Convent in Capell gutheisse und anerkenne.

Kloster Oetenbach in Zürich. 19. December 1286. [1])

Wörtliche Wiederholung der Urkunde vom 13. Febr. 1286 (B. 295.), nur dass statt des Namens *Johannes* hier *Chuonradus* erscheint. Das Datum lautet:

Datum Thuregi. Anno Domini MCCLXXXVI. XIIII Kal. Januarii. Apud Coenobium novum Oetenbach presentibus quorum hec sunt nomina: Magister Heinricus dictus Teschler, Waltherus de Sancto Petro, Marchwardus dictus Meisa, Wernherus Soch, Johannes de Lunchoft aurifaber. E. Saler, Burch. Swarzo, Hugo Wollebo, Jacobus Swerter, Heinricus in dem Margte, et quam plures alii fide digni.

[1]) Zu dieser Urkunde vergl. B. 293.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt*). — *Abgedruckt im Auszuge: Reg. der Arch. d. Schw. Eidg. Bd. I. Heft* 4. *nr.* 131.

300.

Aebtissinn Elisabeth verleiht dem Kloster Seldenau einen ihr zu diesem Zwecke von Mia, Gemahlinn Rudolfs von Hüneberg, übertragenen halben Mansus in Bassersdorf zu Erbe.

Kloster Zürich. 21. Februar 1287.

Universis presentium inspectoribus Elisabet [1] Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Noverint quod nosse fuerit oportunum, quod Mia uxor Ruodolfi dicti de Hünoberg auctorante advocato suo, domino Ruodolfo Molendinario milite, quem marito suo predicto consentiente legitime elegit, cum ipse maritus deficiente etate legitima nequiret eius existere advocatus, proprietatem dimidii mansus siti in Bassilsdorf [2], cuius alteram partem tenet et possidet dominus Johannes de Clarona miles frater suus, reddentis annis singulis quinque modios et duo quartalia tritici et duo maltera avene, modium bisarum, quindecim solidos denariorum monete usualis, quod nunc colit Uolricus dictus Mülner, cum omnibus suis pertinentiis ad manus nostras sponte et publice resignavit, nobis supplicando, ut honorabilibus in Christo Abbatisse et Conventui cenobii Seldenowe pro annuo censu duorum ferramentorum palefredi in festo exaltacionis sancte crucis solvendo ipsum predium iure hereditario concederemus. Quam petitionem equitati et iuri consonam non distulimus effectui mancipare. Promisit etiam ipse Mia pro se et heredibus suis se fore warandam predii antedicti in omni iudicio ecclesiastico vel seculari. Porro si filii predictorum Ruodolfi et Mie contra premissa venire curaverint et predium antedictum a prefatis Abbatissa et Conventu evicerint quoquo modo, nomine precii et interesse ipsi Abbatisse et Conventui solvent infra mensem viginti quatuor marcas pure et legalis argenti ponderis Thuricensis, si ius habere cupiunt, succedendi. Presertim cum precium pro predicto predio datum et solutum a predictis Abbatissa et Conventu in utilitatem memorate Mie sit conversum evidentem. In cuius rei evidentiam presentem cartam ad petitionem sepefate Mie ipsis Abbatisse et Conventui tradimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec Thuregi in stupa nostra anno domini M.CC.LXXXVII. IX. kal. Marcii. Indictione XV. Presentibus Heinrico de Mazingen canonico Curiensi, magistro Heinrico Manessen canonico Thuricensi, Uolrico de Schönnenwert milite cive Thuricensi. Hartmanno de Hünoberg, ac aliis quam pluribus fide dignis.

[1] Elisabeth von Wezikon. [2] Bassersdorf, Kts. Zürich.

Urk. Antiqu. Sammlg. in Zürich. (*Das Siegel fehlt.*)

301.

Burchard Winter und seine Frau Judenta schenken der Aebtissinn Elisabeth verschiedene Fahrhabe; die Aebtissinn, nachdem sie solche sechs Wochen und drei Tage besessen, übergiebt sie ihnen wieder auf Lebenszeit.

Kloster Zürich. 4. März 1287.

Universis presentium inspectoribus Elisabeth [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis, Burkardus dictus Winter et Ita uxor sua noticiam subscriptorum. Quia ex conditionibus et pactis contractus legem sortiantur, ne propter memorie labilitatem calumpniam recipiant, expedit formam ipsorum contractuum in publica redigi munimenta. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod nos Burcardus et Ita ob specialem dilectionem, quam ad personam prefate Domine Abbatisse habuimus et habemus, in presentia discretorum virorum magistri Heinrici Manessen canonici Thuricensis, Heinrici notarii, rectoris ecclesie in Horgen, Ruodolfi Schaflini, Hugonis dicti Milchlis, civium Thuricensium, ante aliquod tempus diversos pannos de Beroweto [2]) et alias res estimatas ad sexaginta libras denariorum monete usualis, ipsi Abbatisse donavimus et tradidimus inter vivos, hoc pacto, ut, si ipsam Dominam Abbatissam nobis vel alterutri nostrum premori contingeret, ad nos vel alterutrum nostrum superstitem ipse res devolvi deberent, alias dicte res sibi deberent remanere libere et absolute. Quam donationem in presentia honorandorum in Christo Hugonis thesaurarii, Heinrici plebani, magistri Heinrici Manessen, Uolrici Rorwolf, magistri Heinrici Martii, Johannis Slüssilini, canonicorum Thuricensium, ad hec vocatorum recognoscimus et fatemur, supplicantes predictis, ut super hiis sigillum Capituli ecclesie Thuricensis presentibus apponi faciant et appendi. Nos quoque Elisabeth Abbatissa nolentes fore immemores beneficii recepti possessione predictarum rerum pacifice adepta per traditionem donationem subsecutam, elapsis sex septimanis et tribus diebus a tempore adepte possessionis, prenominatis Burcardo et Ite dictarum rerum concessimus usufructum et liberam amministrationem, ita ut alterutro eorum decedente usufructus predictus et amministratio apud superstitem debeant remanere. In quorum omnium evidentiam et robur presentem cartam duplicatam nostro sigillo una cum predicto sigillo Capituli fecimus roborari. Acta sunt hec Thuregi in stupa nostra. Anno Domini M.CCLXXXVII. IIII. Non. Marcii. Indictione XV.

Nos Capitulum ecclesie Thuricensis ad petitionem prefate Domine .. Abbatisse, nec non Burkardi et Ite sigillum nostrum presentibus apponi fecimus et appendi. Anno, die et Indictione prenotatis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) „Berowertuch", eine Art von Tuch, das in Zürich damals verfertigt wurde. Vergl. *Richtebrief V.* 75. 81. *im Arch. f. Schw. Gesch. V.* 256 *ff.*

Spitalarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Kapitels des Chorherrenstiftes hängen.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 726 *a.*

302.

Frau Adelheid von Schrovenstein, Wittwe Meister Heinrichs von Insbruck, verzichtet zu Gunsten der Abtei auf ihr Erblehenrecht an Haus und Hofstatt in Zürich und empfängt dagegen Leibding daran nebst Zusicherung einer Jahrzeit.

Zürich. 11. April 1287.

Wir der Rât von Zürich, der namen hie nach geschriben stant, künden allen dien, die disen brief sehent alde hörent lesen, das fro Adilheit von Schrovenstein, meister Heinrichs seligen wirtinne von Insbrugge, mit ir vogtis hant, hern Johans des Bibers, eis ritters, ir hus und ihr hofstat [1]), die si ze erbe hatte umb ein pfenning von dem Gozhus unser frowen der Ebtischen [2]) von Zürich, uf geben hat der vorgenanden frowen an des Gozhus stat und dar umb so hat si inpfangen chouffes wis zwei und zwenzig pfunt pfenninge. Ouch hat diu vorgenande frowe diu Ebtischen der selben frowen fron Adilheiden das selbe hus und die hofstat ze libdinge verlüwen die wile so si lebet, und swen si stirbt, so sun siu ledklich des Gotshus sin. Ouch sol man ir Jarzit von dem selben huse zem selben Gotshus began mit eim halben müte chernen, den man bachen sol ze Simelen dien die zegegeni sint. Were aber das, dz sie so vil ersparen möchte, dz si anderswa hin nicht geordenoti, dz sol man nemen und ein guot chouffen da man diu zwei fierteil von gebe. diu selbe fro Adilheit hat sich des gebunden, dz si das Gotshus verstande, wer das, dz von ihr wegen dz Gotshus dehein chrieg an gienge gegen rechte. Und har uber dur beider teile bette, so geben wir disen brief besigelt zwivalten mit der burger Ingesigel zeinem ewigen urchunde.

Wir diu vorgenande Ebtischen besigeln ouch disen brief zwivalten an unser und des Conventes stat zeinem offen und eim ewigen urkunde. Dis beschach Zürich in der vorgenanden unser frowen der Ebtischen Stuben, do von Gottes geburt waren MCC und LXXXVII iar. an dem fritage in der Osterwuchen. Hie ze gegeni waren Herr Heinrich Manesse. Meister Heinrich Manesse. Meister Heinrich Merze. Herr Chuonrat von Glarus, ein ritter. Herr Ruodolf Manesse. Johannes Luchs. Heinrich Fruio. Chuonrat Ortlieb. und ander biderbe lüte. Des Râtes namen sint dise: Herr R. Mülner. Herr H. von Chlotun. Herr Willeheln Bokli. Herr Lütold Fütschi. Her Johs von Glarus. Herr Rüdege Manesse der iunge, ritter. Her Walter von Sant Peter. Herr Werner Biberli. Herr Ruodolf Manesse. Her Berchtolt Swende. Her Fridrich ze Niddebrugge und Dietheln Hern Werner seligen sun Marchwarts, Burger.

[1]) Vergl. B. 304. [2]) Elisabeth von Wezikon.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und Rathes Zürich hängen.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 594.

303.

Erblehenbrief um ein von der Aebtissinn Elisabeth an Wernher Cholben von Adliswil verliehenes Gut zu Rüfers.

Kloster Zürich. 4. Mai 1287.

Wir vro Elsbete [1]) von Gottes gnaden Ebtischen Zürich künden allen dien, die disen brief sehent alde hörent lesen, das wir ein guetli, das wir choufton von hern Johanse hinder der Mezie, einem Burger Zürich, ze Rüvers [2]), das zwen müte chernen galt, Wernher Cholben von Adloswile [3]) ze erbe verlüwen han umb zehen fierteil chernen, diu man ierlich dem Chaplan sant Jos alter geben sol ze sant Gallen mes. Der selbe Wernher hat ouch gelopt ein guot ze chofenne, das zwei fierteil chernen geben sol und das selbe guot sol gebunden sin mit dem erren guote, das wir im ze erbe verlüwen han umb den vorgenanden zins, und were das er das guot in fünf Jaren nicht choufte, so sol er in unsers Gotshus gewalt ein March silbers legen, unz das er ein guot koufe als da vor geschriben ist, und dar umbe so hat er uns an des Gotshus stat ze bürgen geben Walthern Cholben sin vatter und Heinr. von Rüvers fron Berchton sun. Und were das, das einer der bürgen sturbe, so sol man einen andern an des stat geben inrunthalb achte tagen. Und das dis stete si, so geben wir disen brief zwivalten besigelt mit unserm Ingesigel. Dis beschach Zürich in unser loubun, da von Gottes geburt waren MCC und LXXXVII Jar. an dem nesten Sunnuntage na des Heligen Chrüzes tult das es funden wart, do Indiktio was diu XV. Da ze gegeni waren Her Heinr. und Meister Heinr. Manessen, unser Chorherren. Her Heinr. der Chaplan sant Jos alter. Her Peter von Beinwile. Her Johannes von Schoenenwert, Ritter. Johannes der Luchs. und ander biderbe lüte genuoge.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Rüfers bei Kirchberg, Kts. Zürich. Vergl. *Dr. H. Meyer die Ortsnamen d. Kts. Z. nr.* 1800. [3]) Adliswil, Kts. Zürich.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 49.

304.

Bestimmungen über die Feier der Jahrzeit der Klosterfrau Bertha von Tüfen, welche die Erblehenrechte der Wittwe Meister Heinrichs von Insbruck an einem Hause zu Gunsten des Convents losgekauft hatte.

Zürich. 18. Mai 1287.

Nos Elisabet [1]) Dei gratia Abbatisssa totusque Conventus monasterii Thuricensis notum facimus tam presentibus quam futuris, quod domina Berchta dicta de Tüfen soror nostra ius hereditarium, quod habuit Adilheidis uxor quondam magistri Heinr. de Insbrugge in domo et area sitis iuxta domum Fütschinorum pellificium versus lacum [2]), pro viginti duabus libris denariorum usualis monete

de nostra auctoritate et consensu comparavit, et vacantibus predictis domo et area per mortem predicte Adilheidis, cui ius usufructus pro tempore vite sue competit in eisdem, dicte domus et area debent ad Conventum libere pertinere. Nos autem ordinationem ipsius Berchte infrascriptam modis omnibus debemus inviolabiliter et perpetuo observare, videlicet ut in die anniversarii sui Dominabus et Canonicis necnon Capellanis videlicet turibuli, capelle sancti Nicolai, sancti Jacobi in Sila et altaris sancti Judoci, distribuantur duo modii tritici in denariis et sex quartalia tritici in simulis. Item septimo die obitus sui annis singulis sex quartalia tritici et tantundem trizesimo die vigilie et misse presentibus. Item in conversione sancti Pauli eisdem misse publice presentibus sex quartalia tritici. Item Johannis ante portam latinam sex quartalia tritici similiter misse presentibus ad simulos. Item festo decollationis beati Johannis Baptiste sex quartalia tritici misse presentibus ad simulos. In cuius rei evidentiam presentem cartam nostri videlicet .. Abbatisse, quo et Conventus utitur, cum proprium non habeat, sigilli munimine roboramus. Datum Thur. anno domini M.CC.LXXXVII. XV. kal. Junii. Indictione XV.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Vergl. B. 302.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 602. *Sch. C. D. nr.* 726.

305.

Frau Adelheid von Rüssegg, Gemahlinn Ritter Ulrichs, Reichsvogts in Zürich, verkauft mit Willen ihres Gemahls und ihres Sohnes Marchward ihren Hof Ried bei Bülach, Erbe von der Abtei Zürich, an Priorinn und Convent von Töss. Aebtissinn Elisabeth in Zürich bewilligt den Verkauf und überträgt das Erbe.

A.

(Zürich.) 7. Juli 1287.

Allen die disen brief sechent alde hörent lesen kunde Ich Her Uolrich von Rüsegge [1]) der Ritter, das vro Adelheit min Wirtinne ir hof ze Riete [2]), der da lit bi Bülach und erbe ist von der Apteia Zürich und ze zinse git jerlich ze heiligen Chrüzes mes zwene Züricher Pfenninge, der giltet eins und drissech stuch Zürich messes, uf gab, sie und unser beder kint Marchwart, minem bruodere Hern Hermanne von Rüsegge dem Pfaffen an miner Vrouwen stat Elsebethen [3]), diu von Gottes genaden Epthischin ist, mit miner Gunst und mit minem Willen, wan ich ir rechter vogt bin, und bat ins lichen Bruoder Burcharte miner Vrouwen Bruodere von Tösse an miner Vrouwen stat der Priolin von Tösse und ir Conventes [4]) in allem dem rechte als sin und ir vordern dar hatten bracht. Wan min vorgenande Vrouwe diu Epthischinne dem vorgenanden Heren Hermanne verluwen hatte den gewalt den Hof uf ze phahenne und ze lichenne ze rechtem erbe, als da vorgeschriben ist, dem vorgenanden Bruoder Burcharte an miner Vrouwen stat von Tösse. Wan sin umb sie gekoufet hant um sechsech march Silbers drier minere und hant si ouch dero alleklich gewert. Disen hof hat diu vorgenande Vro Adelheit min Wirtinne versworen wider ze vorderenne an allen gerichten und an-

derswa. Dar zuo sol ich der vorgenande Her Uolrich von Rüsegge und min erben des hofes wer sin for recht erbe swa sin die vrouwen von Tösse bedurfen gen rechte. Das dis war und stete belibe, so gib ich disen brief besigelt mit minem Ingesigele für mich und min erben ze eim offenen und ewigen urkunde. Dis geschach do von Gottes geburte waren Zwelfhundert Jar in dem siben und achzegosten Jare an dem sibenden tage Höumanoz do Indictio war diu XV.

B.

Zürich. 8. Juli 1287.

Universis presentium inspectoribus Elysabeth Dei gratia Abbatissa monasterii Turicensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyoeceseos noticiam subscriptorum. Noverint tam posteri quam presentes, quod Adelheidis uxor Uolrici nobilis de Rusegga advocati Turicensis curtim suam dictam ze Riet sitam inter villas Bülach et Bachenbülach, a nostro monasterio hereditariam, reddentem annuatim triginta frusta cum uno mensure Turicensis, auctorante predicto Uolrico marito suo, legittimo venditionis titulo vendidit cum omnibus iuribus, appendiciis et attinenciis suis . . Priorisse et Conventui in Thössa pro quinquaginta septem marcis puri argenti ponderis Turicensis, quam pecuniam plenarie presentibus confitetur se recepisse, ipsam curtem cum manibus predicti Uolrici mariti sui et Marchwardi filii eorum nobis libere et expresse resignando. Renunciantes invicem nichilominus omni iuri, actioni, consuetudini, constitutioni edite vel edende, restitutioni in integrum, privilegio impetrato vel impetrando et generaliter omni iuri canonico et civili, quod ipsis competere posset super restitutione curtis prenotate. Nos vero precibus ipsorum inclinate curtem prefatam cum omnibus iuribus suis premissis concessimus memoratis . . Priorisse et Conventui in Thössa pro annuo censu duorum denariorum usualis monete in Exaltatione sancte Crucis nostro monasterio persolvendo iure emphitheotico perpetualiter possidendam. In huius rei testimonium presens instrumentum nostri sigilli munimine patenter duximus roborandum. Datum Turegi VIII. Idus Julii. Anno Domini M.CC.LXXX.VII. Indict. XV. Testes sunt Her. de Rüsegga nostri monasterii plebanus. Bruno de Baldewile. Wer. Biberli civis Turicensis .et alii quamplures.

[1]) Vergl. *Kopp. Eidg. Bünde II*, 1. *S.* 373. [2]) Ried bei Bülach, Kts. Zürich. [3]) Elisabeth von Wezikon. [4]) Das Predigerinnenkloster Töss, Kts. Zürich.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen an* A. *das Siegel Ritter Ulrichs »S. ULRICI. MILITIS. DE. RVESEGGE«; an* B. *das Siegel der Aebtissinn Elisabeth.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Kopp. Eidg. Bünde II*, 1. *S.* 27.

306.

Heinrich Cigerli von Zürich verkauft Hofstatt und Güter zu Seebach an die Aebtissinn von Zürich und ihr Gotteshaus, von denen er dieselben zu Erblehen hatte.

Zürich. 30. September 1287.

Allen, die disen brief ansehent oder hörent lesen, künden wir der Rat von Zürich, der namen hie nach geschriben sint, daz Heinrich Cigerli von Zürich sin hofstat ze Sebach [1]), uf der Heinrich

der Glatter wonhaft ist, diu vier schillinge giltet gewonlicher phenninge, und sin guot, daz Chuonrat Brogeli von im hatte umb vünf stücke und ein viertheil mit dien vorgenanden vier schillingen, und sin guot, daz Ruodolf der Cymberman von im hatte umbe vier Stuckü und ein vierteil jêrliches cins zürich mezs, diu ouch beidiu ze Sebach ligent, diu er von unser vrouwen der Ebthisschen von Zürich und ir Gotshus ze rechtem erbe hatte, mit allem dem rechte als er diu selben güter har het bracht, verkoufet het unser vrouwen vron Elsebethon [2]) der Ebthisschen von Zürich und ir Gotshus rechte und redelich umbe zewenzich und vier phunt gewonlicher phenninge, und ist ouch der volleklich gewert, als er vergicht an disem brieve. Und gab diu selben Guoter elliu mit einandern lideklich und vrilich uf in der vorgeschriben Ebthisschen hant an ir Gotshus stat. Vro Anna, sin wirtin, und Anna Margretha und Elsebetha, sin kint, gaben ouch allez daz recht uf mit siner hant, daz siu an dien selben guotern hatten oder haben solton, in hern Heinrichs hant des Lüpresters von Horgen an des vorgenanden Gotshus stat, und enzigen sich ouch elliu mit einandern aller der klage, aller ansprache, aller gewonheit, aller gesezzede, diu ist oder wirt gesezzet, aller brieve geschriben und ungeschriben und gemeinlich alles geistlichs und weltlichs rechts, geschribens und ungeschribens, da mit siu diu selben guoter mochten wider gewinnen. Dir kouf und disiu werschaft, als hie vor geseit ist, sint geschehen mit hern Walters von Sant Petre und hern Huges Manezzen des jungen und Chuonrats des Rümers burger von Zürich willen, helfe und wizzende, wand siu uf diu selben Guoter geklaget hatten umbe daz guot, dar umbe si heinrich Cigerli ze bürgen versezzet hatte. Diu selben bürgen enzigen sich ouch an unser vrouwen hant der Ebthisschen an ir Gotshus stat aller der klage, aller ansprache und alles des rechts, so si hatten oder mochten han an dien selben Guotern und veriahen ouch des gemeinlich und offenlich vor uns. Daz diz allez stête und ewig si, dar umbe henken wir unser Ingesigel an disen brief. Diz geschach ze Zürich, do von unsers herren geburtag warn zewelfhundert und achzich und siben iar, und in dem sibenden iare mornandes nach sant Michels tage. Indict. I. Dise namen sint des Rates: her Rüe. Manezzo der alto, her Johanes der Biber, her Uol. und her Johanes von Schönenwert, her Wil. von Chlotun, her C. von Glarus, ritter. Hug Manezzo der alto und her Hug sin sun, her Uol. Stouri, her C. Chrieg, her O. von Mülimatton und her R. von Ophinkon. Dise sint gezüge: her Uol. Rorwolf ein Chorherre von Zürich, her H. der lüpriester von Kilchberg, N. der Ulmer, her Jacob der Schultheiz, ein ritter, her Wal. von Sant Petre, her Hu. Manezze der iunge, C. der Rümer, Füschi und ander lüte genuoge.

Wir der Rat, der namen hie vor geschriben stânt, henchen unser Ingesigel dur heinrichs Cigerlis und der vorgenanden burgon bette an disen brief, daz allez daz stête und veste blibe, daz hie vor geschriben ist.

[1]) Seebach, Kts. Zürich. [2]) Elisabeth von Wezikon.

Stadtarchiv Zürich. (*Des Rathes Siegel hängt.*) — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 598. *XI.* 990.

307.

Aebtissinn Elisabeth fertigt den Verkauf eines Gutes zu Altstetten, Erbe von der Abtei, von Johann Schaflin an die Sammnung der Schwestern von Konstanz in Zürich.

Zürich. 24. November 1287.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elysabetha [1]) Dei permissione Abbatissa monasterii Turicensis, ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis, noticiam rei geste. Noverint presentium inspectores et auditores, quod Johannes dictus Schafeli civis Turicensis predium suum situm in Altstetten [2]) dictum in dem Bache reddens annuatim undecim modios tritici et duo maltara avene, quod colit Wernherus de Altstetten, de quo predio Johanni de Schoenowert suisque heredibus singulis annis quatuor solidi usualis monete Turicensis et duo quartalia avene mensure Turicensis nomine advocatie persolvuntur, legitime cum omnibus iuribus et attinenciis suis vendidit dilectis in Christo .. Priorisse et Conventui in Turego dictis de Constantia [3]) pro viginti quatuor marcis legalis argenti ponderis Turicensis, quas sibi, ut coram nobis confitebatur, plenarie persolverunt, predictum predium in manus nostras libere et expresse nomine monasterii nostri resignando. Nos vero precibus suis exauditis predium prefatum concessimus prenotatis . . Priorisse et Conventui in emphyteosim pro annuo censu videlicet uno denario dicte monete in Exaltatione sancte Crucis nostro monasterio persolvendo perpetuo possidendum. Idem etiam Johannes de predicto predio promisit bona fide prestare warandiam sepedictis . . Priorisse et Conventui, ubicunque de iure warandus fore debet, renuncians insuper omni iuri, actioni, consuetudini, constitutioni edite vel edende, restitutioni in integrum, literis impetratis vel impetrandis, et generaliter omni favori legum et canonum, per quas dicta venditio posset aliquatenus revocari. In huius rei testimonium presens instrumentum nostri sigilli munimine patenter duximus roborandum. Actum Turegi vigilia katherine. Anno domini M.CC.LXXXVII. Indict. I. Presentibus Wil. et R. dictis Schafeli. Uol. de Mekingen. Bur. et Johanne dictis Schwarzen et aliis quam pluribus.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Altstetten, Kts. Zürich. [3]) Die Sammnung der Schwestern Augustiner-Ordens, genannt Schwestern von Konstanz, in Zürich.

Spitalarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

308.

Aebtissinn Elisabeth fertigt den Kaufbrief um ein Haus in Zürich für Engelburg, Ehefrau Meister Heinrichs des Schulmeisters an der Probstei, und die Bestellung der Nutzniessung zu Gunsten ihres Mannes.

Kloster Zürich. 28. November 1287.

Allen, die disen brief sehent alde hörent lesen, künden wir Elisabeth [1]), diu von Gottes genaden Ebtischinne ze Zürich ist, das vro Eingilburch, Meister Heinrichs wirtinne des Schuolmeisters der

Bropsteige von Zürich, von Heinrich von Ischina und Mechthild sinr wirtinne, von Elisabeth und Katerinun, ir kinden, kouft hat ir hus, das uffen dorf lit, mit vier mura[2]) umb achzehen phunt züricher phenninge, also das diu ober mur, diu diu hüser scheidet und ê ze dem obern hus horte, ze dem nidern hus hoeren sol, und verhiht Heinrich der vorgenande und vro Mechthild sin wirtinne und iro kint, das si gewert sint der vorgenanden phenninge alleklich. Das selbe hus ist unserm Gottishus ierlich zinshaft eins phennings züricher an des heilgen krüzestag nach sant Reglun mes und zweier müt kernen Züricher mes an sant Gallen tag. Ouch sol nieman in dien vier muran des selben hus in keinr schlaht gewer haben, wan so verre als diu vorgenande vro Eingilburg, Meister Heinrich der Schuolmeister ir wirt und ir kint, ald swer denne das hus habe, inen gan. Wan so verre das Heinrich von Ischina ald swer denne das ober hus hat, in die vierden mur, diu diu hüser scheidet, tremeln sol und mag, unschedlich der mur ane alle geverde. Ouch hat vro Eingilburg meister Heinrich dem Schuolmeister, ir wirt, das selbe hus uffen dorf ze lipgedinge gemachet mit unser hant, und dien kinden ze erbe, die sie jezent hant ald noch gewinnent. Und darumbe das vro Eingilburg, meister Heinrich der Schuolmeister ir wirt und ir kint harnach deste bas bewart sin, so geben wir inen disen brief besigilt mit unserm Ingesigil, des ouch unser samnunge genüegt, wan si einges ingesigels niht hant. Dis geschach vor uns, do von Gottis geburte warn Tusent zweihundert in dem sibin und achzegosten iar, an dem nehsten vritag vor sant Andres mes, do diu Indict was diu ersta. Da zegegin waren Meister Heinrich Manesso, Meister Heinrich Merzo, Chorherren von Zürich, Her Heinrich Manesso Chorherre unsers Gottishus. Her Cuonrat von Glarus, Ritter. Her Heinrich, unser Schriber, der Lüprester ist ze Horgen, Her Burchart der Lüprester von Mure. Wilnheln Brosima. Ruodolf Schafli und Johans, Bropsts Heinrichs bruoder von Zürichperg[3]), und ander êrber lüte genuege.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Vgl. hiezu B. 273. [3]) Heinrich, Probst des Augustinerklosters auf dem Zürichberg.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 727.

309.

Ulrich Streler an der Strelgasse in Zürich bestellt der Abtei einen Kernenzins ab seinem Hause daselbst.

Zürich. 15. Februar 1288.

Universis Christi fidelibus presencium inspectoribus consules thuricenses, quorum nomina subscribuntur, noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit opportunum, quod Uolr. dictus Streler antiquior domum et aream sitas in vico, qui dicitur Strelgasse, contiguas ex parte superiori domui dicti Gudes et ex parte inferiori viculo dicti Lisin, pro media parte Ul. filio suo vendit et tradidit pro viginti libris denariorum monete usualis. Qui Uol. junior suam partem domus aree et predictarum de consensu patris sui Abbatisse et monasterio Thuricensi pro decem quartalibus tritici mensure thuricensis annuo solvendis in festo beati Martini constituit censualem. Et in hujus census

recompensam recepit a predictis Abbatisse et monasterio tredecim libras et decem solidos denariorum monete usualis. Quam pecuniam se confitetur et recognoscit presentibus recepisse. In quorum omnium evidentiam presentem cartam duplicatam sigillo civium ad petitionem partium fecimus communiri. Acta sunt hec anno domini MCCLXXXVIII. XV Cal. mart. Indictione prima. Nomina autem consulum sunt: R. Molendinarius, Will. Bokli, H. de Chlotun, Rüd. Manesse junior et Jo. de Clarona, milites. H. Peregrinus senior, Wal. de Sancto Petro, Wern. Biberli, B. Svendo, R. Pfungo, Dieth. filius domini Wern. et Johes Wolfleipsche, cives thuricenses.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel des Rathes liegt bei.*) — *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 53.

310.

Uebereinkunft zwischen Aebtissinn Elisabeth und Rudolf Künig ab der Chlose von Zürich über das Abschlagen und Pflanzen von Bäumen in den beiderseitigen Weingärten zu Stadelhofen.

Zürich. (Unter der Wasserkirche.) 16. Februar 1288.

Wir vro Elsebetha [1]) von gots gnaden Ebthisschen von Zürich, sant Benedicts ordens, in Chostencer bisthuom, und Ruodolf der Künig ab der Chlôse [2]) künden allen disen brief an sehent oder hörent lesen, das wir mit hrn Johanes von Glarus willen und wizzende, des selben Ruodolff herren, willeklich überein sin komen, das wir diu Ebthisschen unser boume, sweler leie si sint in unserm Wingarten ze Stadelhoven, den Uolrich Choesi von uns buwet, und zewene boume in des Wingarten orte, den Heinrich Twingli von uns buwet, alle sun abslahen oben hin als diu Gazza gat von des selben Ruodolff Hus unz an daz ort Uolrichs Choesis, da man sich gande und ritende kert von der selben Gazzun an den Rosmarget [3]); wand zeweier boume in unsers Wingarten orte nide des selben Ruodolff huse, die sun eweklich gestan. Ich Ruodolf der Künig sol ouch abslahen alle die Boume wilde und zame in minem Wingarten von minem Huse ob der selben Gazzun hin, und anderthalp uf unz gegen dem vorgenanden orte; wand zeweier boume nide minem huse und eins vorm huse, die drie sun mir beliben êweklich. Hie nach sin wir ouch beidunthalp willeklich einandren des gehüllich worden vür uns und alle unser nachkomen, das man enwederthalp niemer mêr wilden noch zamen boum geziehen sol, der dewederm guote dehein schaden vuogen möge. Das diz si stête und veste, darumb bitten wir beidunthalp den Rât von Zürich, der namen hie nach geschriben sint, ir Ingesigel henken an dirre briefe zewene, das uns der Ebthisschen eine und Ruodolve dem Künige der ander belibe. Diz geschah ze Zürich under Wazzerchilchun do von unsers herren geburttag warn zewelf hundert und Achzich und Acht iâr, und in dem achtoden iâre an dem ersten Cistage nach der alten Vasenacht Indict. I. Da zegegen was H. der Lüppriester von Horgen. Her Jo. der Biber. Her Jo. von Glarus. Her C. von Glarus, ritter. C. Vincho. R. Schafeli. Marti der Chelner von Stadelh. H. sin bruoder. H. Twingeli und ander gnuoge. Dis sint des Râtes namen: Her R. der Mülnner. Her Rue. Manezzo der iungo. Her H. von Chlotun. Her Jo. von Glarus. Her Wil.

Bokeli, ritter. Her H. Bilgrin der alto. Her Wal. von Sant Peter. Her R. Phunch. Her B. Swende. Her Wer. Biberli. Dieth. Hern Marchwarts und Johanes Wolfleibs.

[1]) Elis. von Wezikon. [2]) R. König aus der Klus, Gmde. Hirslanden, bei Zürich. [3]) Der jetzige *„alte Viehmarkt“* in Zürich.

Stadtarchiv Zürich. (*Des Rathes Siegel hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 646.

311.

Vier zürcherische Bürger beurkunden, dass Aebtissinn Elisabeth ihr Recht an einer Hörigen und deren Sohn durch genügende Zeugen erwiesen habe.

Kloster Zürich. 22. Februar 1288.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Nicolaus Thya, Uolricus dictus Rorwolf, canonici Turicenses, Johannes Biber, Scultetus, et Waltherus dictus de Sancto Petro, cives Turicenses, Constantiensis dyocesis, noticiam rei geste. Noverint omnes quos nosse fuerit opportunum, quod reverenda in Christo Elysabeth [1]) Dei gratia Abbatissa monasterii Turicensis eiusdem dyocesis adhibita omni morum, actuum ac iuris solempnitate, que in huiusmodi contractibus hactenus consuevit adhiberi, legali probatione coram nobis ac aliis multis probis et honestis per testes ydoneos et omni exceptione maiores, videlicet Berchtoldum dictum in der Weida de Sebach, Ruodolfum fratrem suum et Berchtoldum dictum de Wangen, probavit Bertham filiam Ruodolfi dicti Choler de Sebach et Chuonradum filium eiusdem Berchte ad suum monasterium iure servitutis seu proprietatis libere pertinere. In huius rei testimonium presens instrumentum nostris sigillis patenter duximus roborandum. Actum Turegi in domo predicte domine Abbatisse. Kathedra Petri. Anno domini M.CC.LXXXVIII. Indictione I. Presentibus H. plebano in Horgen. H. rectore ecclesie in Egenwile. Bur. de Hottingen, Jo. dicto Vüschi, militibus. Hu. dicto Milchli. P. dicto Wolfleibs. Jo. filio suo. W. Brosema. R. dicto Schafeli. R. dicto Choler de Sebach et aliis quam pluribus.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel der vier Genannten hängen.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 734.

312.

Aebtissinn Elisabeth verleiht einen ihr hiefür von Frau Anna Pilgerin übertragenen Hof in Dielsdorf dem Kloster Oetenbach zu Erbe.

Kloster Zürich. 23. Februar 1288.

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus Elisabeth [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod Anna uxor Johannis dicti Pilgerin civis Thuricensis curtim suam cum jure proprietario sitam in Dielsdorf, quam colit Wernherus filius cellerarii, reddentem annis singulis sex modios tritici, unum maltare avene et decem solidos

denariorum monete usualis, honorabilibus in Christo . . Priorisse et . . Conventui cenobii de Oetenbach ordinis fratrum predicatorum, Constanciensis dyocesis, pro decem et septem marcis et dimidia argenti ponderis Thuricensis, auctorante marito suo predicto vendidit. Quam pecuniam se recognovit integraliter recepisse et in usus proprios convertisse, dictum ius proprietarium ad manus nostras unâ cum filiis suis resignans, petens humiliter et devote, ut dictam curtim cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, exceptis iure patronatus, bannis, districtibus, si qui dicte curti essent connexi, quos per dictam venditionem transferre non vult in ementes, predictis Priorisse et Conventui iure hereditario pro censu unius denarii annuo solvendo concederemus. Cui petitioni, ut dignum exstitit, annuimus predictam curtem eis iure hereditario pro censu unius denarii concedendo. Promisit insuper dicta Anna pro se et suis heredibus, predicto marito suo auctorante, fratri Waltero converso procuratori seu syndico predictarum . . Priorisse et . . Conventus stipulanti, se esse warandam in omni foro et loco secundum exigenciam iuris canonici et civilis et renunciavit omni iuri scripto et non scripto, quo dictus contractus posset infirmari vel aliqualiter retractari, jurans nichilominus coram nobis, quod neque per se neque per alios contra premissa veniat verbo vel facto. In cuius rei evidenciam presens carta ad petitionem predicte Anne prefatis . . Priorisse et . . Conventui nostro et civium Thuricensium patenter traditur communita. Nos . . Consules Turicenses, quorum nomina sunt hec: R. Molendinarius. Wilhelmus Bokli. H. de Clotun. Rüed. Manesse junior et Jo. de Clarona, milites. H. Peregrinus senior. Walt. de sancto Petro. Wern. Biberli. Ber. Swendo. R. Pfungo. Diethelmus filius domini Wern. et Jo. Wolfleipsche, cives Thuricenses, sigillum civium ad petitionem prefate Anne presentibus apponi fecimus et appendi. Acta sunt hec Thuregi in stupa nostra, anno Domini M.CC.LXXXVIII. VIII. Kal. Marcii. Indictione prima. Presentibus Magistro Heinr. Manessen can. Thur. Uolrico de Schönnenwert, Willehelmo de Chlotun, militibus. Bur. Nigro. Dieth. filio domini Wernh. March. dicto Pilgerin. Fratre Ber. et fratre Ruod., conversis, ac aliis quam pluribus fide dignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Spitalarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Rathes hängen.*)

313.

Aebtissinn Elisabeth verleiht dem Kloster Wettingen zwei Häuser unter Zäunen in Zürich zu Erbe auf Begehren der bisherigen Erbbesitzer, Judenta Satelhover und deren Sohn Heinrich.

Zürich. 1. Mai 1288.

Elyzabeth[1]) Dei gratia Abbatissa monasterii Thuricensis universis presentes literas inspecturis subscriptorum noticiam cum salute. Ne memoriam facti deleat oblivio et ut facilius hominum reprimatur malitia, expedit modernorum facta scripture testimonio confirmare. Noverint igitur presentes et posteri, quod Judenta dicta Satelhowera et Heinricus filius suus duas domos sitas underzun[2]) cum

area eisdem annexa nobis in uno denario annuo censuales ad manus nostras resignaverint, omni iuri in eisdem ipsis competenti renunciantes libere et expresse. Qua resignatione et renunciatione facta ad ipsorum petitionem nominatas domos cum area venerabilibus in Christo Abbati et Conventui monasterii in Wettingen pro annuo censu trium denariorum circa exaltacionem S. Crucis monasterio nostro persolvendo concessimus perpetuo possidendas, quas domos a nobis sic receptas sepedictus Abbas de Wettingen antefatis Judente et Heinrico filio suo in nostra presentia concessit, quoad vixerint pensionis nomine possidendas. In quorum omnium videlicet resignationis, renunciationis et concessionis testimonium presenti litere sigillum nostrum duximus appendendum. Datum Thuregi Anno Domini M.CC.LXXXVIII. In die beatorum apostolorum Philippi et Jacobi. Ind. prima.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Die Strasse »unter Zäunen« in Zürich.

Doc. Archiv. Wetting. fol. 69. (*Gedruckte Sammlung der Urkunden des Klosters in seinem Archive.*)

314.

Fertigung des Rathes Zürich betreffend ein der Aebtissinn Elisabeth und einer Frau Elisabeth Rossegebil gemeinschaftliches Haus, welches die erstere in einer Art Concurs der letztern eingelöst, nachher aber dieser wieder auf Lebenszeit gegen gewisse Leistungen verliehen hat.

Kloster Zürich. 11. December 1288.

Universis presentium inspectoribus Consules Thuricenses, quorum nomina subscribuntur, notitiam subscriptorum. Noverint universi, quod cum Elsbeta uxor dicti Rossegebil diversis debitorum esset honeribus pregravata, adeo quod area et domus, quas cum venerabili domina nostra E.[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensi sitas in superiori villa pro indivisis seu communiter possidebat, secundum ius nostrum municipale ad vendendum ad licitationem proclamate fuissent, dicta domina Abbatissa, cum non inveniretur, qui plus offerret, ius hereditarium et usufructus, quod vulgo dicitur libgedinge, quod predicte Elsbete conpeciit in premissis, pro septem libris et decem solidis denariorum monete usualis pro predicta Elsbeta Rossegeblinun emptionis titulo comparavit, quam pecuniam, ipsam libeberando, solvit creditoribus, qui secundum consuetudinem municipalem super res ipsius querimoniam per iudicium primitus intulerunt, ipsa Elsbeta una cum pueris suis renunciante ad manus predicte domine Abbatisse, marito suo presente et auctorante, omni iuri, actioni seu requisitioni, que sibi competebat vel competere poterat in premissis, tradendo nichilominus ipsi domine Abbatisse domum et aream memoratas. Debet etiam predicta Elsbeta domum et aream memoratas ab ipsa domina Abbatissa pro annuo censu unius libre cere solvendo ipsi Abbatisse pro vite sue tempore possidere et nichilominus angaria et parangaria et alias quascunque exactiones domum predictam contingentes solvet et faciet, necnon censum duorum anniversariorum dabit, quamdiu domum et aream predictas possidet, Preposito et Capitulo ecclesie Thuricensis. In cuius rei evidentiam ad petitionem prefate Elsbete Rossegeblinun antedicte domine Abbatisse presentem literam tradimus sigillo civium Thuri-

censium patenter communitam. Acta sunt hec Thuregi in claustro predicte domine Abbatisse. Anno domini MCCLXXXVIII feria sexta ante Lucie. Indictione II. Presentibus domino Heinr. Manessen sacerdote. domino Heinr. rectore ecclesie in Horgen. domino Jo. Castore milite, sculteto Thuricensi. Hugone Milchlin. Ruod. Schaflin et aliis quam pluribus fide dignis. Nomina autem Consulum sunt hec: Rued. Manesso senior. Jo. Castor. Uol. de Schönnenwert. Wil. de Chlotun. C. de Clarona. R. de Lunkoft miles. Hugo Manesso senior. Hugo fiius suus. Otto de Mülimatton. Ruod. de Opfinkon. C. dictus Chrieg. C. dictus Bibirli, cives Thur.[2])

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Zu dieser Urkunde vergleiche *Bluntschli Z. I.* 233 und *Dr. Fr. Wyss Gesch. des Concursprocesses d. St. u. L. Z.* (*Zürich* 1845) *pag.* 18. An letzterem Orte theilweiser Abdruck.

Stadtarchiv Zürich. (*Das Siegel des Rathes hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 610.

315.

Vollmacht, welche die Brüder des Hauses St. Lazarusordens in Uri ihrem Commendur Arnold im Streite gegen die Aebtissinn Elisabeth und Convent in Zürich ertheilten.

Lazariterkloster Seedorf in Uri. 28. Januar 1289.

Omnibus presencium inspectoribus fratres domus scti Lazari vallis Uranie[1]) noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod nos in causa[2]), quam reverende in Christo Elisabeth[3]) Dei gratia Abbatissa et Conventus monasterii Thuricensis nobis movent seu movere intendunt, fratrem Arnoldum, commendatorem nostrum, nostrum constituimus procuratorem tam in agendo quam in defendendo, ad libellos offerendos et recipiendos, testes et instrumenta producenda et alterius partis audienda et reprobanda et prestandum in animas nostras quodlibet genus sacramenti. Item ad paciscendum, componendum, transigendum et compromittendum et laudandum et arbitrium audiendum et prosequendum et obligandum se nomine nostre domus et bona eiusdem et generaliter ad omnia et singula facienda, que circa predicta vel aliquod predictorum sibi utilia videbuntur, et per quemlibet legitimum procuratorem et nuncium fieri possunt. Et promittimus nos firmum et ratum habituros quodcunque dictus frater Arnoldus circa predicta vel aliquod predictorum duxerit faciendum. Ac obligamus nos sub ypoteca rerum domus nostre pro ipso, si necesse fuerit, solvere iudicatum. Et hec omnia prefate domine Abbatisse et suo conventui, nec non aliis quorum interest presentibus significamus. In omnium premissorum testimonium presens instrumentum sigilli nostri sibi tradimus munimine communitum. Datum in domo nostra predicta. Anno domini MCCLXXXIX. V. Kal. Febr. Indictione secunda.

[1]) Das Lazariterkloster Seedorf (Oberdorf) in Uri, gestiftet im XII., abgegangen im XV. Jahrhundert. [2]) Vergl. B. 316. [3]) Elisabeth von Wezikon.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängt S. DOMVS. FRM. SC. LAZARI. IN VRANIA.*) — *Abgedruckt* (*im Auszuge*): *Kopp. Eidg. Bünde II,* 1. *S.* 250. — *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 57.

Gesch. Frd. VIII. 26

316.

Meister Jacob von St. Peter und Meister Heinrich Manesse, Chorherren in Zürich, als erwählte Schiedsrichter im Zehntenstreite zwischen der Abtei Zürich und dem Hause St. Lazarusordens in Uri, setzen den auf sie compromittirenden Parteien zur Beweisleistung Tag an.

Zürich. 7. Februar 1289.

Nos Dei gratia Elsebeta[1]) Abbatissa et Conventus monasterii Thuricensis et ego frater Arnoldus commendator et procurator fratrum domus sancti Lazari vallis Uranie[2]) significamus universis, quod in questione infra scripta discretos viros Jacobum de Sancto Petro, Heinricum Manessen, magistros, canonicos Thuricenses, pro arbitris eligimus et in eos compromittimus, ita quod possint examinare, cognoscere, terminare, ordinare, servato iuris ordine vel extraordinarie, prout sibi melius visum fuerit, diebus feriatis et non feriatis, sedendo, stando, omni hora vel omni loco, utraque parte presente, utraque vel alterutra absente et quod arbitrari semel vel pluries et suam sententiam possint mutare vel corrigere, si opus fuerit, et possint pronunciare in scriptis vel sine scriptis, promittentes ad invicem per stipulationem pro nobis nostrisque successoribus sub pena decem librarum denariorum monete usualis, quas pars non servans arbitrium solvet parti servanti, quod eorum arbitrio et pronunciationi obtemperabimus et in nullo contraveniemus nec de jure vel de facto, verbo vel opere, per nos vel interpositas personas, et quod contra dictum compromissum nullum impetrabimus rescriptum, nullum privilegium allegabimus, nullam exceptionem opponemus, et quod non utemur beneficio alicujus legis vel canonis, qui vicient vel viciare valeant compromissum, sive ex personis arbitrorum, vel personis compromittentium, sive ex rebus, de quibus est compromissum. Qui arbitri suscepto in se arbitrio petitionem subsequentem receperunt et ei responderi fecerunt, que petitio talis est. Coram vobis Heinrico Manessen et Jacobo de Sancto Petro, canonicis thuricensibus, arbitris juris in causa decimarum, que inter venerandam in Christo Elsebetam Dei gratia Abbatissam et Conventum monasterii Thuricensis ex una et fratres domus sancti Lazari vallis Uranie vertitur ex parte altera, ab ipsis partibus electis, eedem Abbatissa et Conventus nomine suo et ecclesie in Altorf ac monasterii predicti proponunt in jure, quod ipsi fratres decimam frumenti, fructuum arborum, vini, raparum et leguminum, quam decimam estimant ad valorem duarum librarum denariorum monete Thuricensis, in cujus etiam possessione hactenus jure parochijali permanserunt inconcusse, anno presenti contra justitiam subtraxerunt et solvere neglexerunt, prefatis Abbatissam et Conventum a possessione hujusmodi per vim ejiciendo contra justiciam; quare petunt a vobis, prefatis arbitris, ut dictos fratres ad restitutionem decime predicte seu estimationis ejus pretactis Abbatisse et Conventui faciendam per sententiam arbitrariam condempnetis. Item petunt quod cum jure communi ecclesiis parochialibus decime omnium fructuum solvi debeantur et ecclesia de Altorf ad mensam sepefate Abbatisse pertineat cum omnibus fructibus et juribus ad eam spectantibus, ipsos fratres ad solutionem decimarum de possessionibus suis infra parochiam ipsius ecclesie de Altorf sitis dictis Abbatisse et Conventui de cetero faciendam sententialiter condempnetis. Hec proponunt et petunt salvo sibi juris beneficio in omnibus, addendi, cumulandi, minuendi, protestantur etiam legitimas defensiones sibi fore

salvas et exceptiones tam dilatorias quam peremtorias contra fratres predictos in causa memorata — petunt etiam expensas factas et protestantur faciendas. Cui petitioni taliter est responsum. Ego frater Arnoldus commendator et procurator fratrum domus sancti Lazari vallis Uranie petitionem domine Abbatisse et Conventus in ea parte que dicit, me commendatorem et fratres predictos sibi subtraxisse decimam, petitam in libello ad valorem duarum librarum, nego narrata prout narrantur et dico petita fieri non debere. Item petitionem predictarum dominarum, que dicunt sibi et ecclesie parochiali pertinere decimas omnium fructuum et quod fratres predicti de possessionibus suis decimam solvere teneantur, nego narrata prout narrantur et petita dico fieri non debere cum jure communi de ortis et nutrimentis animalium nostrorum decimas solvere minime teneamur. Item de possessionibus habitis ante concilium Latronense, quas nostris manibus et sumtibus colimus, nego nos decimas solvere debere, cum super his simus a sede Apostolica privilegiati. Datum Thuregi anno MCCLXXXIX. VII. Idus Febr. Indictione II.

In predicta causa nos prefati arbitri terminum prefigimus utrique parti feriam secundam proximam post *Domine in tua*[3]) ad jurandum de veritate hinc inde et ad probandum primo intentionem suam. In cujus rei evidentiam nos partes predicte sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Et nos Conventus sigillo prefate domine Abbatisse nostre utimur, cum proprium non habeamus.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Siehe B. 315. [3]) Auf den 6. Juni 1289.

J. VIII 24 **Stadtarchiv Zürich.** (*Die Siegel der Aebtissinn und des Hauses St. Lazarus in Uri, wie in B.* 315, *hängen*). — *Abschriften*: *Doc. Abb. I.* 570. *XI.* 974.

217.

Rudolf, Bischof von Konstanz, bestätigt die Uebereinkunft zwischen Aebtissinn Elisabeth und Rudolf, dem Pfarrer in Altorf, betreffend die Einkünfte des Letztern.

Rheinau. 9. Februar 1289.

R.[1]) Dei gratia Constantiensis episcopus dilectis in Christo universis, ad quos presentes pervenerint, salutem et noticiam subscriptorum. Noveritis quod subscripte ordinationis litteras, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas vidimus, legimus et recepimus in hec verba:

(Folgt wörtlich die Urkunde vom 9. Juni 1284. B. 287 oben.)

Hanc autem ordinationem seu constitutionem, inter predictos Abbatissam et incuratum rite et rationaliter ad obviandum futuris litibus et dissensionibus celebratam, ratam et gratam habentes, ipsam ad eorundem Abbatisse et incurati instantiam auctoritate ordinaria confirmamus. Datum Rinaugie, anno Domini MCCLXXXIX. V. Idus Februarias.

[1]) Rudolf von Habsburg-Laufenburg. Vergl. B. 244.

Stadtarchiv Zürich. (*Des Bischofs Siegel hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 578.

318.

Aebtissinn Elisabeth verleiht ein von Otto und Mangold Mangoldi ihr hiefür übertragenes Haus in Zürich an das Kloster Oetenbach zu Erbe.

Kloster Zürich. 16. März 1289.

Universis presencium inspectoribus Elisabeth [1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod cum Otto dictus Mangoldi et Mangoldus filius Uolrici Mangoldi domum et aream sitas iuxta domum Walt. de sancto Petro ex inferiori parte et superiori iuxta fluvium, qui dicitur A [2]), communiter iure proprietario possiderent, dictus Otto, volens in religiosas feminas . . Priorissam et Conventum cenobii in Oetenbach transferre suam partem domus et aree antedicte titulo donationis inter vivos ac Mangoldus predictus volens transferre suam partem in easdem titulo venditionis, recepto precio decem et octo librarum denariorum monete usualis, una cum Elsebeta uxore Uolrici predicti, cui ius compeciit usufructus in parte Uolrici antedicti, et Heinr. filio eiusdem Uolrici, easdem domum et aream ad manus nostras publice resignarunt. Supplicantes nobis, ut ipsas domum et aream iure hereditario pro annuo censu trium denariorum monete usualis solvendorum nostro monasterio in exaltatione sancte Crucis memoratis . . Priorisse et Conventui concederemus perpetuo possidendas. Quorum petitioni annuentes iure hereditario predictas domum et aream prefatis . . Priorisse et Conventui pro censu pretacto concessimus et concedimus per presentes. In cuius rei evidenciam presentem cartam ipsis . . Priorisse et Conventui tradimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec Thuregi in domo nostra anno Domini M.CC.LXXXIX. XVII. Kal. Aprilis. Indict. II. Presentibus, quorum nomina subscribuntur, Uolricus de Schönnenwert miles. Johannes dictus Brechter. Berchtoldus et Chuonradus Textor, conversi in Oetenbach. Ruod. Huber et alii quam plures fide digni.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Die Limmat, damals noch A genannt. Eine Aufschrift der Urkunde (von späterer Hand) bemerkt: „*Mangolz hus an der schüpffen*“ (heute: „*die Schipfe*“).

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

319.

Abt Albert und Convent von Reichenau und Aebtissinn Elisabeth und Convent von Zürich tauschen gegenseitig Hörige.

Zürich. 28. Juni 1289.

Universis presentium inspectoribus Albertus [1]) Dei gratia Abbas totusque Conventus monasterii Augie Maioris et Elisabet [2]) eadem gratia Abbatissa totusque Conventus monasterii Thuricensis ordinis sancti Benedicti Constanciensis dyocesis noticiam subscriptorum. Ne super gestis hominum occa-

sione dubii, procedente tempore, aliqua altercatio valeat suboriri, expedit, ut gesta huiusmodi scripturarum testimoniis publicentur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod cum nobis, Abbati et Conventui, Luggardis uxor Berchtoldi dicti Swendes civis Thuricensis et eius filii iure servitutis pertinerent, et nobis videlicet . . Abbatisse et Conventui monasterii predicti Adelheidis uxor Wern. de Altlinkon et eius filii et Judenta uxor Uol. dicti Sulz et eius filii nobis similiter servitutis iure pertinerent, quia predicte Adilheidis et Judenta cum suis filiis nobis, videlicet . . Abbati et Conventui, magis utiles eo quod magis nobis vicini sunt et propter alias circumstancias presumuntur, et quia Luggardis cum suis filiis nobis, videlicet Abbatisse et Conventui, similiter propter easdem circumstancias magis utiles, quam predicti mulieres cum suis filiis, ad serviendum presumuntur, tractatu diligenti prehabito secundum morem et juris formam de personis predictis permutacionem celebravimus et presentibus celebramus de communi utriusque Conventus consilio et consensu. Et nos videlicet Abbas et Conventus per Heinr. viceplebanum in Frowenvelt et Albertum dictum de Badwegen ministrum nostrum predictas mulieres et eius filios transferri mandavimus in ius et potestatem monasterii Thuricensis, quod et ipsi sicut debuerunt ad effectum legitimum perduxerunt, et nos quod per eos factum est confirmamus et presentibus ratificamus. Nos etiam Abbatissa et Conventus iuri servitutis, quod habuimus in predicta Adelheidi et Judenta et eorum filiis, ad manus predictorum H. et Alberti nomine Abbatis et Conventus monasterii Augie Maioris cessimus et presentibus cedimus, transferendo predictas mulieres et eius[3] filios in ius et potestatem monasterii predicti. Et volumus hinc inde quod persone taliter permutate cum filiis, quos nunc habent et in posterum habebunt, utrique monasterio remaneant obligate ad serviendum secundum morem et consuetudinem utriusque monasterii hactenus approbatam. Renunciamus etiam hinc inde omni iuri, consuetudini, actioni, defensioni, exceptioni et generaliter omnibus, per que huiusmodi permutatio posset infringi vel aliqualiter immutari. Et promittimus hinc inde pro nobis nobisque succedentibus, quod premissam permutationem nunquam impugnabimus per nos vel per alios verbo vel facto, sed quod ipsam ratam in perpetuum habebimus et pregratam. In premissorum omnium evidentiam et robur nos Abbas et Conventus predicti nostris sigillis et nos . . Abbatissa nostro et nos Conventus sigillo civium Thuricensium, cum proprium non habeamus, presentem cartam fecimus communiri. Acta et perfecta sunt hec Thuregi. Anno Domini M.CC.LXXXIX. vigilia Petri et Pauli. Indict. II. Presentibus Magro. Heinr. Manessen can. Thur. Petro rectore ecclesie in Endvelt. Hermano de Bounstetten nobili. Berchtoldo Swenden, Johanne Schaflino, civibus Thur. Nicolao Scolare dicto Mangoldi et aliis quam pluribus fide dignis.

Nos Consules Thur., quorum nomina subscribuntur, ad petitionem Conventus memorati sigillum civium Thur.[4] presentibus apponi fecimus et appendi. Anno, die et Indictione prenotatis. Nomina autem Consulum sunt hec: Bur. de Hottingen. R. de Beggenhoven. H. Vinke. Chuono de Tüebilnstein et Ja. Hinder der Mezie, milites. R. Molendinarius junior. Antiquus Chrieg. Uol. Trüeber. P. Wolfleipsche. H. Stöiri. C. Thyo et Jo. Peregrinus, cives Thur.

[1]) Albrecht von Ramstein, Abt von Reichenau. [2]) Elisabeth von Wezikon. [3]) Lies: *earum*. [4]) Das Wort *Thur.* ist durchgestrichen.

Staatsarchiv Thurgau. (*Die Siegel des Convents von Reichenau und der Aebtissinn Elisabeth, nr. 2 und 3, hängen; diejenigen Abts Albert und der Cives Thuricenses, nr. 1 und 4, fehlen.*)

320.

Der Edle Lütold von Regensberg, der jüngere, überlässt seinen Hörigen Johannes, einen Sohn des Ritters Wilhelm Bokli von Zürich, als Gotteshausmann an die Abtei Zürich.

Kloster Zürich. 4. November 1289.

Universis presentium inspectoribus Lütoldus nobilis junior de Regensberg[1]) noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod ego Johannem natum domini Willehelmi Boklini militis civis Thuricensis conditione servili michi pertinentem cum omni iure, quod michi compeciit in eodem, ob honorem beatorem martirum Felicis et Regule monasterio Abbatie Thuricensis donavi atque tradidi et presentibus trado et ad majus altare resignavi et ipsum a mea potestate, manu, dominio ac ab omni conditione et gravamine operis et operarum penitus libero et eximo, remittens ei omne ius patronatus. Ita quod generalem habeat amministrationem rerum suarum et quod possit emere, vendere, donare, contrahere, pacisci, in judicio stare, testamentum facere et omnia et singula exercere, que quilibet civis Thuricensis dicto monasterio pertinens facere potest, ac si de ancilla ipsius monasterii natus esset. Et promitto pro me meisque heredibus et successoribus dicto Johanni pro se et suis heredibus et omnibus ex eo descendentibus stipulante predictam donationem, traditionem et omnia et singula supra scripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per me vel per alium aliqua causa, ingenio, de jure vel de facto. In cuius rei evidentiam presentem cartam duplicatam venerabili in Christo Abbatisse monasterii predicti et predicto Johanni trado mei sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec in choro monasterii predicti. Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono, quarto die intrante Novembre. Indict. tercia. Testes autem, qui predictis omnibus interfuerunt, sunt hii: Heinricus Manesse, Ruodolfus de Wediswile, Heinr. de Schönnenwert, magistri. Johannes Manesse, Heinr. Gnürsser, Nicolaus Monachi, canonici Thuricenses. Rüedegerus Manesse senior et Rüedegerus filius suus, Heinr. et Ruod. de Lunkoft, Jacobus retro Macellum, Johannes Fütschi, Pilgerinus de Jestetten, milites. Uolricus Trüeber, Uolr. de Weningen, Heinr. dictus Stanner, Joh. Wolfleipsch et alii quam plures.

[1]) Lütold von Regensberg, Sohn Ulrichs und Adelheids von Pfirt, Gemahl der Gertrud von Lupfen, zum Unterschiede von seinem Vetter Lütolt zu Balbe „der jüngere“ genannt. Vergl. *Kopp. Eidg. Bünde II*, 1. *S.* 360 *ff.*

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt. Umschrift: S. LVTOLDI. IVNIORIS. DNI. DE. REGENSPERC. Abgedruckt: Girard Nobiliaire Suisse. II*, 70. *Kopp. Eidg. Bünde II*, 1. *S.* 31. *ff.* — *Abschrift: Doc. Abb. I*, 546. *Sch. C. D. nr.* 741.

321.

Der Edle Lütold von Regensberg, der jüngere, überlässt seinen Hörigen Johannes Wininger nebst Frau und Kindern als Gotteshausleute an die Abtei.

Kloster Zürich. 30. November 1289.

Universis presentium inspectoribus Lütoldus nobilis junior de Regensperg[1]) Constantiensis dyocesis noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod ego Johannem dictum

Wininger civem Thuricensem, Berchtam uxorem eius, Johannem, Mechtildim et Katherinam liberos eorundem, conditioni servili michi pertinentes, cum omni iure, quod michi competiit in eisdem, ob honorem sanctorum martirum Felicis et Regule monasterio Abbatie Thuricensis predicte dyocesis donavi atque tradidi et presentibus trado et ad maius altare resignavi et ipsos a mea potestate, manu, dominio ac ab omni condicione et gravamine operis et operarum penitus libero et exhimo, remittens eis omne ius patronatus. Ita quod generalem habeant amministrationem rerum suarum et quod possint emere, vendere, donare, contrahere, pacisci, in iudicio stare, testamentum facere et omnia et singula exercere, que quilibet civis Thuricensis dicto monasterio pertinens facere potest, ac si de ancilla ipsius monasterii nati forent. Et promitto pro me meisque heredibus et successoribus dicto Johanni, Berchte uxori sue, Joh. Mecht. et Katherine liberis eorundem pro ipsis et ipsorum heredibus et omnibus ex eis descendentibus, stipulante predictam donationem, traditionem et omnia et singula supra scripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contra facere vel venire per me vel per alium, aliqua causa, ingenio, de iure vel de facto. In cuius rei evidentiam presentem cartam duplicatam venerabili in Christo . . Abbatisse monasterii predicti et predicto Johanni, Berchte uxori sue, Joh. Mecht. et Katherin. liberis ipsorum trado mei sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec in choro monasterii predicti. Presentibus Uolr. de Mandach milite. Magistro Walth. dicto Milchelin. Wernh. dicto Biberlin. Ruod. dicto Schaffelin. Uolr. de Weningen. Bert. de Tachsenerun et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Anno Domini M.CC.LXXXVIIII. In festo beati Andree apostoli. Indictione tertia.

[1]) Vergl. B. 320.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 740.

322.

Tausch zweier Hörigen zwischen den Abteien Sanct Gallen und Zürich.

Kloster Zürich. 2. Januar 1290.

Universis presentium inspectoribus Chuonradus[1]) Dei gratia Abbas monasterii sancti Galli ordinis sancti Benedicti Constanciensis dyoecesis, Elisabeth[1]) eadem gratia Abbatissa et . . Conventus monasterii Turicensis eiusdem ordinis et dyocesis, affectum karitatis. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod cum Chuonradus dictus Lindower civis Thuricensis nobis, videlicet Abbati et Conventui monasterii nostri, iure servitutis pertineret et idem nobis minus utilis et fructuosus existeret, eo quod a nobis remotus Thuregi inter homines et bona monasterii Thur. iam circiter triginta annos resederit et adhuc resideat, ab honere servitiorum erga nos immunis, et cum Chuonradus dictus Traber de Gundolzhusen[3]) nobis, videlicet Abbatisse et Conventui monasterii Thuricensis, iure servitutis pertineret et item similiter nobis minus utilis foret, eo quod et ipse a nobis remotus apud Gundolzhusen inter homines et bona monasterii sancti Galli iam diu resederit et adhuc resideat, similiter ab honere serviciorum erga nos immunis. Nos Abbas predictus tractatu non semel, sed pluries cum

Conventu nostro super permutatione predicti Chuonr. Lindowers pro prefato Chuonr. Traber facienda perhabito, non dubitantes id monasterio nostro fore profuturum, auctoritate et mandato ab ipso nostro conventu super ipsa permutatione perficienda acceptis, Nos etiam Abbatissa et Conventus monasterii Thur. similiter tractatu pluries inter nos super huiusmodi contractu celebrando prehabito, non dubitantes id nobis fore profuturum — in nomine Domini permutationem predictarum hinc inde inter nos fecimus personarum — ita ut predictus C. Traber cum filiis, quos iam habet vel in posterum habuerit, monasterio sancti Galli iure servitutis secundum morem et consuetudinem ipsius monasterii hactenus observatam sit obligatus et predictus Chuonradus Lindower cum filiis, quos iam habet vel in posterum habuerit, monasterio Thuricensi iure servitutis similiter secundum morem et consuetudinem ville Thuricensis hactenus observatum sit obligatus. Promisimus etiam hinc inde inter nos et presentibus promittimus pro nobis nostrisque successoribus, quod premissum contractum nunquam impugnabimus per nos vel per alios verbo vel facto, sed quod ipsum ratum habebimus. Renunciantes mutuo inter nos restitutionis in integrum doli mali et in factum actionibus et exceptionibus et generaliter omni actioni, exceptioni, defensioni, iuri, consuetudini, privilegio, constitutioni et auxilio legum et canonum, per que huiusmodi contractus aliqualiter posset immutari et specialiter legi que dicit generalem renunciationem non valere. Acta sunt hec Thuregi in monasterio nostro, videlicet Abbatisse et Conventus predictorum, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo. Quarto Non. Januarii. Indictione tercia. Presentibus domino Uolrico de Jegisdorf, domino . . de Tüfen seniore, monachis monasterii loci Hermitarum. Domino Uolrico Giel de Glatteburg, domino Eberardo de Elggowe, domino Ruedegero Manessen seniore, militibus. Domino Ruodolfe clerico de Rorschach, domino Richwino vicario ecclesie in Obernchilch. Burkardo dicto Omo. Berchtoldo dicto Brüner cive Thur. et allis pluribus fide dignis. Et in testimonium et evidentiam premissorum nos Chuonr. Abbas antedictus sigillum nostrum pro nobis et Conventu nostro et nos Elisabeth Abbatissa et Conventus monasterii Thur. sigillum nostrum, videlicet Abbatisse, quo et nos Conventus utimur, cum proprium non habeamus, huic carte seu instrumento apponi fecimus et appendi. Anno, loco, die et indictione prenotatis.

[1]) Konrad von Gundelfingen, der im October 1288 von König Rudolf gegen Wilhelm von Montfort eingesetzte Abt von Sanct Gallen. [2]) Elisabeth von Wezikon. [3]) Gundolzen, Grossh. badisches Bezirksamt Radolfzell (?).

Staatsarchiv Zürich. (*Die Siegel des Abtes — S. CVNRADI. DEI. GRA. ABBATIS. MON. SCT. GALLI — und der Aebtissinn Elisabeth hängen.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 755.

323.

Herr Gottfried von Hünoberg, Ritter, hat von dem Johanniterordenshause Bubinkon die Vogtei über die Leute von Einsiedeln und von Sanct Regula in der (ehemaligen) Herrschaft Wediswile erhalten. Er gelobt dieselbe nie zu veräussern ohne des Commendurs und der Brüder Wissen und Willen.

Zürich. 2. Februar 1290.

Allen dien, die disen brief ansehend older hörend lesen, kunde Ich Her Goetfrid von Hünoberch, das ich mit Bruoder Heinrich, dem Komendur von Boubinkon[1]), sand Johans ordins, eines

koufes über ein bin komen umbe die votgeteiga über die lüte, die von Eigenschefte hörend ze Neinsidellen und ze sand Regelun[2], entzwschend dien Bechen[3], als min Her von Wediswile[4] sie hatte, und mir ouch sie lech, und wan min Her von Wediswile dem vorgenanten Kommendur in dem koufe ze Wediswile hat gelobt, mit der vogteige über die vorgenanten lüte ze tuene swas sin wille were, da von wart der Kommendur und sin Bruodere ze Rate, dur sunderliche liebi, die si ze mir hatten, und der(?) dur kiuftigen fride und guete gebursami in und ir lüten, ds sie mir und minen Erbun vor allermenlichen der vogteige gonden und ouch vuogetun. Dar na me dan uber ein Jar erkand ich die liebi, die sie ze mir getan hatten, und gelobet ouch ich dem vorgenanten Kommendur und sant Johanses Bruodern von Buobinkon mit guoten trüwen, ds ich noh min Erbun der vogteige niemer ane sun werden, und han mich und alle min Erbun des gebunden ze leistenne mit ganzen trüwen an alle geverde. Es entvurt so vil, ds ob Got wil niemer sol beschechen, ds mich ehaftige not, rechter armuot old min Erbun dar zuo tw(i)nge, so soltin wirs tuon mit des Konmendurs Rate von Buobinkon old von Wediswile. Und ds dis stete belibe und wandelot von mir und allen minen Erbon, als hie vor mit schrift bescheiden ist, so gib ich dien vorgenanden Bruodern von Buobinkon und dem Orden disen gegewrtign brief bestetet mit minen (sic) Ingesigil. Dis beschach ze Zürich nah do Gottis gebiurte waren Tusenh zweihundert Achzig in dem zehenden Jare, an unser Vrowen tage zer Cherzwige.

[1]) Das Johanniterhaus Bubikon, Kts. Zürich. [2]) Die Leute der Abteien Einsiedeln und (St. Felix und Regula in) Zürich. [3]) Der Meili- und der Mülibach, die Grenzen der Herrschaft Wediswile. [4]) Der Freie Rudolf von Wediswile, der seine Burg und Herrschaft am 17. Juli 1287 dem Johanniterhause Bubikon verkauft hatte. Vergl. darüber, sowie zu dieser Urkunde: *Dr. Hch. Escher Urk. Geschichte der Burg und Herrschaft Wädenschweil* in *G. Schwab. Die Schweiz in ihren Ritterburgen und Bergschlössern. Th. I. S.* 174—176 und *Kopp. Eidg. Bünde II*, 1. S. 364—366.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Ritters G. v. Hünoberg hängt*).

324.

Ritter Arnold, Meier zu Silenen, verkauft der Fraumünsterabtei zwei Grundstücke zu Trimmerun.

Zürich. 6. Februar 1290.

Universis presencium inspectoribus et auditoribus Arnoldus Miles villicus in Sillenun[1]) Constant. dyocesis noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod ego duo predia mea sita in Trimerun[2]), quorum unum triginta unum solidum et alterum novem solidos denariorum usualis monete reddit annuatim, que colit Heinricus de Trimerrun, a donatione Chuonradi Adermatte patris mei iure proprietario possessa, legittime vendidi cum omnibus iuribus, appendiciis et attinentiis eorum reverendis in Christo E.[3]) Dei gratia Abbatisse monasterii Thuricensis suoque Conventui ordinis sancti Benedicti Constant. dyocesis pro triginta libris denariorum usualis monete, quas presentibus plenarie confiteor me recepisse, proprietatem eorundem prediorum cum manibus Wernheri et Heinrici filiorum meorum ad manus prefate Abbatisse nomine et loco monasterii sui libere et ex-

presse resignando. Insuper ego una cum predictis filiis meis renuncio omni iuri, actioni, consuetudini, statuto edito vel edendo, litteris impetratis vel impetrandis, restitucioni in integrum et legi que dicit generalem renunciacionem non valere; tamen renunciamus generaliter omni auxilio legum et canonum, per quas dicta venditio posset aliquatenus irritari. Preterea ego et filii mei predicti promittimus bona fide pro nobis nostrisque heredibus quibuscunque cavere predictis Abbatisse et Conventui de evictione et prestare warandiam predictorum bonorum coram quocunque iudice ecclesiastico vel seculari, prout juris ordo postulat et requirit, cum nostris laboribus et expensis. Ut autem hec firma et rata permaneant presens instrumentum nostri sigilli munimine interposita petitione premissorum filiorum meorum patenter communivi. Actum Thuregi VIII. Idus Febr. Anno Domini M.CC.LXXXX. Indictione III. Presentibus magistro Heinrico Manezzen canonico Thuricensi, Heinrico plebano in Horgen. Chuonrado dicto Schupher villico in Bürgelon, Ruodolfo dicto Schafeli, Uolrico dicto Zegelli de Steina et aliis quampluribus.

[1]) Silennen und [2]) Trimmeren, Kts. Uri. [3]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel — S. ARNOLDI VILLICI D. SILLENUN. — hängt.*) — *Abgedruckt: Kopp. Urk. II.* 140. *Geschichtsfreund. VIII.* 30. *Kopp. Eidg. Bünde II.* 1. *S.* 259. (*im Auszuge*). — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 754.

325.

Erklärung Abt Konrads von Sanct Gallen betreffend seine Rechte an dem von der Abtei Zürich eingetauschten Hörigen Konrad Traber.

Sanct Gallen. 18. Februar 1290[1]).

Universis presentium inspectoribus Chuonradus Dei gratia Abbas monasterii sancti Galli ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod Chuonradus dictus Traber, quem reverende in Christo E.[2]) Dei gratia Abbatissa monasterii Turicensis suusque Conventus pro Chuonrado dicto Lindouwer civi Turicensi nobis ac nostro monasterio, prout in literis super hoc confectis continetur, de communi consensu permutarunt, ex conditione singulis annis ratione servicii servitutis dare debet et persolvere unum solidum denariorum usualis monete pro tempore vite sue nobis nostrisque in predicta Abbacia successoribus sine qualibet contradictione. Non debet etiam per nos vel nostros successores occasione obitus predicti Chunradi Traber ab heredibus suis aliquod mortuarium seu caducum exigi vel aliquatenus extorqueri. Ut autem hec firma et rata permaneant presentem cartam nostri sigilli munimine patenter communimus. Datum apud sanctum Gallum. XII. Kal. Mart. Anno Domini. M.CC.LXXXX. Indict. III.

[1]) Zu dieser Urkunde vergl. B. 322. [2]) Elisabeth von Wezikon.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel des Abtes hängt.*) — *Abschrift: Sch. C. D. nr.* 756.

326.

Stiftung einer Filialkirche von Bürglen zu Spiringen im Schächenthal.

Zürich. 29. März 1290.

Universis Christi fidelibus tam posteris quam presentibus, quos hanc paginam contigerit intueri, Heinricus Manesse et Jacobus de sancto Petro magistri canonici ecclesie prepositure Thuricensis subscriptorum noticiam cum salute. Cum homines vallis in Schechental subditi seu parochiani ecclesie in Burgelon vallis Uranie venerabili patri ac domino Rudolfo [1]) Dei gratia Constantiensi Episcopo suos solempnes nuntios destinassent, sibique per eosdem exposuissent, quod ipsi tempore hyemali, interdum propter inundationem aquarum, interdum etiam propter glaties et nives, ad parochialem ecclesiam pervenire minime valerent et ob hoc etiam quoniam homines in morte constituti sine viatico et extrema unctione decederent et quoniam corpora defunctorum ad ecclesiam parrochialem deferri non possent, ac eis venientibus ad parrochialem ecclesiam aliquando ad propria reverti non valerent propter repentinos torrentes, qui eis huiusmodi impedimentum prestabant, et idcirco prenotato domino Episcopo humiliter supplicarent, ut eis subvenire ad evitandum huiusmodi pericula dignaretur, ipsisque construendi et edificandi ecclesiam parrochialem in villa Spiringen predicte vallis in Schechintal licentiam indulgeret. Idem venerabilis pater predictorum hominum necessitatem considerans nobis in iunxit et mandavit, ut ad prefatum locum vallis in Schechental accederemus, examinaturi necessitates et pericula sepefata, et si nobis de ipsis plenius constaret, auctoritate ipsius venerabilis patris construendi et edificandi ecclesiam in villa Spiringen indulgere deberemus, dum modo ad sustentationem sacerdotis ibidem residentis honestam dotem, videlicet redditus quindecim librarum denariorum monete usualis, ipsi ecclesie assignarent ac de aliis, scilicet luminaribus tam in oleo quam in cera, pallis altaris ac vino ad sacramentum necessario, libris necessariis, vestimentis sacerdotalibus ac aliis ad divinum cultum pertinentibus providerent. Nos recepto huiusmodi mandato ad locum prenotatum accedentes habita examinatione diligenti invenimus necessitatem et pericula huiusmodi vera esse et ideo iuxta mandatum venerabilis patris sepefati, assignata dote ipsi ecclesie iuxta quantitatem predictam quindecim librarum denariorum usualis monete et spacio triginta passuum pro cimiterio et ecclesia opportuno specificato, nos indulsimus, ut ecclesiam construerent, et pro luminaribus ecclesie et altaris tredecim quartalia nucum, decem libras cere ad altare et tres libras cere sacerdoti pro dicendis horis et alia ad cultum pertinentia, redditus quoque decem solidorum pro vino sacramenti altaris et ut potentur homines post communionem, et domum, aream et ortum sacerdoti honestum et competentem fecimus assignari et super his omnibus et singulis sufficientem ad manus nostras recepimus cautionem, prout infra expressius continetur. Verum quia mansus et redditus iuxta statuta canonum haberi non poterant, predicti homines vallis in Schechental certos census suis propriis possessionibus ad summam duodecim librarum imposuerunt, quorum hominum et possessionum nomina sunt hec [2]) . . . . . Et ne ipsa ecclesia huiusmodi redditibus in posterum valeat defraudari, dicti homines proprietatem possessionum predictarum ad manus nostras et Heinrici rectoris ecclesie in Buergelon libere resignarunt et eas receperunt pro censibus prefatis in festo sancti Galli annis singulis persolvendis iure hereditario perpetuo possidendas. Et si predicte possessiones vel alique earum ad iudi-

cium domini Chuonradi Gebzen rectoris ecclesie in Herzena, Burkardi dicti Schüpfer, Johannis Gebzen, Waltheri Ministri de Spiringen, Waltheri dicti Langmeister et Chuonradi dicto Fürsto, vel majoris partis eorum, insufficientes essent pro censu solvendo in qualibet predictarum possessionum constituto, quicumque possessores fuerint talium iusufficientium possessionum supplere debent huiusmodi defectum infra mensem postquam per predictos huiusmodi insufficientia fuerint adinventa. Pro quo defecto supplendo ipsi subditi singuli et universi Waltherum ministrum de Spiringen . . . . . [3]) etc. fideiussores et obsides constituerunt et ipsi fideiussores fideiussionem huius in se susceperunt iuxta formam super alio articulo infra scripto conceptam et expressam. Preterea pro redditibus trium librarum denariorum monete usualis, qui deerant adhuc in dote predicta, infrascriptam recipimus cautionem. Waltherus Minister de Spiringen promisit solvere . . . . . [4]) etc. Ita videlicet, ut si infra decem annos immediate computandos a festo sancti Johannis Baptiste proxime venturo per subditos ipsius ecclesie in Spiringen vel aliunde redditus predictarum trium librarum ipsi ecclesie non fuerint assignati, prefati Waltherus . . . . . [5]) etc. quandocumque requisiti fuerint, proprietatem earundem possessionum ad manus rectoris, qui pro tempore fuerit, debent resignare et recipere ab ipso rectore iure hereditario perpetuo possidendas. Super luminaribus vero et aliis supra expressis ad cultum divinum pertinentibus et domo, area et orto sacerdotis et specialiter pro libris comparandis, estimatis ad viginti libras denariorum monete usualis, expediendis a festo sancti Johannis Baptiste proxime ad annum, subditi ipsius ecclesie in Spiringen subscriptos nobis et prefato rectori fideiussores constituerunt . . . . . [6]) Ipsique fideiussores huius obligationem in se sponte susceperunt. Preterea super redditibus decem solidorum pro vino altaris et potione communicatorum, ut supra scriptum, fideiussores et principales debitores recepimus Waltherum Langmeister et Waltherum de Törnlon. Si vero aliquis vel aliqui fideiussorum eorundem cesserint vel decesserint, antequam predicta fuerint expedita, reliqui, cum requisiti fuerint a rectore ipsius ecclesie in Buergelon, infra octo dies apud Altdorf se in obstagium presentare debebunt, quousque alius vel alii in locum cedentium vel decedentium eque ydonei fuerint subrogati, ad quod faciendum vel complendum fide data se iuramenti nomine astrinxerunt. Insuper ne fiat confusio parrochiarum seu limitum, nos auctoritate ordinaria nobis commissa ipsam parrochiam de Spiringen limitavimus, ita videlicet ut ipsa parrochia de Spiringen pertingere debeat usque ad ripam, que dicitur Gandebach. Sane rector ecclesie in Buergelon, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, per se vel per alium sacerdotem vicarium in Spiringen residentem officiare debet ipsam ecclesiam in Spiringen et subditis ibidem sacramenta ecclesiastica ministrare. Et quia dicta ecclesia in Spiringen tamquam filia ad matrem respectum habere debet ad ecclesiam in Buergelon, omnes decime, remedia et oblationes necnon universi proventus preter dotem pretactam pertinere debent ad ecclesiam in Buergelon prenotatam. Et ut ea que predicta sunt singula et universa perpetua stabilitate perseverent, presens instrumentum sigillis venerabilis in Christo patris ac domini Ruodolfi Dei gratia Constantiensis Episcopi ordinarii loci, Elisabethe [7]) eadem gratia Abbatissa monasterii Thuricensis ordinis sancti Benedicti, Heinrici rectoris ecclesiarum in Buergelon et Spiringen predictarum, universitatis quoque vallis Uranie et nostris est signatum.

Nos etiam memoratus Ruodolfus Dei gratia Constantiensis Episcopus omnia et singula in hoc instrumento posita auctoritate ordinaria in Domino confirmamus. In cuius rei evidentiam sigillum nostrum, ut pretactum est, huic instrumento appendi fecimus in rei memoriam sempiternam.

Nos quoque prefata . . Abbatissa Thuricensis sigillum nostrum instrumento presenti appendi fecimus in robur premissorum omnium et perpetuam firmitatem.

Ego etiam rector prefatus predictis omnibus consentiens sigillum meum huic instrumento appendi feci ad maiorem corroborationem omnium premissorum.

Datum Thurici anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo. Quarto kalendas Aprilis. Indictione tertia.

Insuper ego Wernherus Nobilis dictus de Attingenhusen de voluntate et consensu libero et expresso universitatis vallis Uranie sigillum universitatis vallis eiusdem michi commissum huic instrumento apposui et appendi.

[1]) Rudolf von Habsburg-Laufenburg, Bischof von Konstanz. Vergl. B. 244. [2]) — [6]) Namensverzeichnisse, siehe *Geschichtsfrd. III.* 232. [7]) Elisabeth von Wezikon.

Geschichtsfrd. III. 232. (*Vollständig; mit Aufzählung der hier weggelassenen ausführlichen Namensverzeichnisse. Das dort irriger Weise gegebene Datum: 1. April 1294. hat schon Kopp. Eidg. Bünde II, 1. S. 243 Anm. 3. berichtigt. Siehe den auszüglichen Abdruck ebendaselbst S. 241—243.*)

327.

Rudolf, Pfarrer in Altorf, kauft die zu den Tafelgütern der Aebtissinn gehörigen Einkünfte der Kirche zu Altorf auf drei Jahre und verspricht, unter Stellung von Bürgen und Giseln, den Preis in bestimmten Terminen zu bezahlen.

Kloster Zürich. 11. Juli 1290.[1])

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus E. [2]) Dei gratia Abbatissa monasterii Thuricensis et Ruodolfus incuratus ecclesie in Altdorf noticiam subscriptorum. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod nos Elsbeta predicta proventus, qui nobis debentur ratione ecclesie in Altdorf ad mensam nostram pertinentis, iuxta specificationem cuiusdam instrumenti, quod incipit *Universis Christi fidelibus* et terminatur *quondam incurati in Altdorf*, confectum sub annis Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto. V. Idibus Junii. Indictione XII. presentibus magistro Hainrico Manessen canonico Thuricensi, Hainrico rectore ecclesie in Horgen, Chuonrado villico in Ortschvelt, Hugone Milchlin et Uolrico ministro, predicto R. a festo beati Johannis baptiste proxime preterito usque ad triennium continuum vendidimus percipiendos hoc pacto et modo, quod ipse usque ad octavam beati Martini proximo venturam dare debeat et solvere nobis Thuregi decem libras denariorum monete usualis et in proxima beate Virginis purificatione viginti libras monete predicte et in festo beati Johannis Baptiste proxime subsequenti decem libras. Item sequentibus duobus annis infra octavam beati Martini quolibet anno decem libras et in festo purificationis triginta monete predicte. Que summa omnium annorum se extendit ad centum viginti libras. Quam venditionem et emtionem a predicta domina E. et me initas et factas ego R. predictus confiteor et presentibus recognosco. Ac promitto, predicta domina Abbatissa stipulante, dare et solvere singulis terminis prout superius scrip-

tum est pecuniam antedictam. Super qua solutione singulis terminis facienda constituo predicte domine Abbatisse fideiussores et obsides R. Militem de Tuno, Chuonradum villicum in Oertschvelt et R. dictum Stuelinger de Regensberg, et si solutio, ut predictum est, non fuerit in singulis terminis facta, predicti R. Miles et C. villicus se in obstagium apud Altdorf, Chuonradus [3]) vero Stuelinger Thuregi in obstagium presentabunt, quousque pecunia in singulis terminis solvenda fuerit integraliter persoluta. Insuper promitto, quod ratione huius contractus contra instrumentum predictum super divisione proventuum prebende incurati et ecclesie in Altdorf ad mensam predicte domine Abbatisse pertinentis non veniam nec aliquid iuris mihi usurpabo, quod ante hujusmodi contractum mihi minime competebat. In quorum omnium evidentiam et robur presentem cartam duplicatam nos Abbatissa et ego R. procuravimus nostrorum sigillorum munimine roborari. Acta sunt hec Thuregi in ambitu monasterii predicti. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo. V. Idibus Julii. Indictione tercia. Presentibus Hainrico rectore ecclesie in Horgen, Burkardo rectore ecclesie in Mure, Ruodolfo dicto Schaflin ac aliis quam pluribus fide dignis.

[1]) Zu dieser Urkunde vergl. B. 287. [2]) Elisabeth von Wezikon. [3]) Soll wohl, wie oben, heissen: Ruodolfus.

Stadtarchiv Zürich. (*Die Siegel der Aebtissinn und des Pfarrers hängen*). — *Abgedruckt: Geschichtsfrd. VIII.* 31. *Kopp. Eidg. Bünde II*, 1. *S.* 240 (*im Auszuge*). — *Abschrift: Doc. Abb. I.* 620.

328.

Aebtissinn Elisabeth verleiht dem Kloster Wettingen ein Haus in Zürich zu Erbe auf Begehren des bisherigen Erbbesitzers, Johannes des Decans in Wediswile.

Zürich. 16. October 1290.

Universis presentem literam inspecturis Elyzabetha [1]) Dei gratia Abbatissa monasterii Thuricensis ordinis Sancti Benedicti Constanciensis Diocesis rei geste noticiam cum salute. Ne subcumbat veritas et via pateat falsitati, scire volumus quos nosse fuerit oportunum, quod vir discretus dominus Johannes decanus in Wediswile domum suam in Thurego cum area et suis attinentiis nobis in uno denario annuo censualem, quam a liberis Hugonis quondam dicti Phisterli comparavit, ad manus nostras resignavit libere et expresse, renuncians omni juri, quod sibi in eadem competebat vel competere videbatur. Nos vero ad ipsius decani petitionem dictam domum cum suis attinenciis honorabilibus in Christo Abbati et Conventui in Wettingen jure hereditario contulimus pro annuo censu duorum denariorum monete Thuricensis nobis in exaltacione sancte Crucis annis singulis persolvendo. In cuius rei testimonium presenti litere sigillum nostrum duximus appendendum. Datum Thuregi anno Domini M.CC.LXXXX. In die beati Galli.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Archiv Wettingen. (*Aus den daselbst enthaltenen Mscrpt. Arch. Tig. fol.* 73.)

329.

Aebtissinn Elisabeth verleiht die Münze in Zürich auf sechs Jahre an die Bürger Rudolf Schafli, Heinrich Goldstein und Konrad Thye daselbst.

Zürich. 25. November 1290.

Allen, die disen brief sehent ald hörent lesen, chünden wir Elisabet [1]) von Gottis gnade Ebtischin Zürich, sant Benedichts ordins, in Chostinzer bistom, das wir mit râte vnser manne des Vogtis, des Râtis vnd der Burger von Zürich gemeinlichen vnser Münze Zürich hein verlüwen Rudolf Schaflin, Heinrich Goltsteine vnd Chuonrate Thyen, alsus. Si sol vfgan zem nêhsten sant Verenun mes vnd sol dar nach sechs Jar weren vnd mit banne stan Zürich vnd im lande, also, das ein schilling vnd drithalp pfunt ein march wegen sol. Ist aber das die selben pfenninge âne geverde zweier pfenninge lichter sint, dar vmb sun die Münzer ir êre nicht verlorn han. Swenne aber das geschicht, das man die selben pfenninge versuochit in dem füre, so sol diu march mit sechzen pfenningen bestan. Were aber das in dem füre mit dem brennenne über die sechzen pfenninge zweier pfenninge me abgienge, dar vmbe verlierent die münzer ir êre nicht. Vnd sol das selbe silber, das man da versuochet, gemeine silber sin ane gewerde. Vnd swenne der vogt von Zürich die pfenninge versuochen wil, das sol er nicht tuon wan da der Rât ist, ald der halpteil des Râtes, die denne Zürich sint, âne geverde. Und sint ouch die ime des gebunden ze helffenne uffen ir eit. Ouch sol der vogt von Zürich die pfenninge nicht angrifen ze versuochenne, wan an offem wechsil Zürich ald so sie von dem Münzisen choment uf die offnen strasse. Vnd sol der vogt selbe mit der hant in die pfenninge grîfen vnd nemen. Vnd sol die hant von ime han mit den pfenningen, vnd sol er vnd der Rât, die denne bi ime sint, die selben pfenninge zem brande tragen, vnd sol mans da versuochen in dem füre nach rechte vnd sol die andern pfenninge, da er in griffen het, dem Râte, die denne mit ime gant, beuêlhen offenliche, und mit ime heissen tragen hin zem füre, vnd ist das die pfenninge recht stant, so hein die münzer ir êre behebt, vnd sol man inen die pfenninge wider geben alleklich. Wer aber das an dien pfenningen, so der vogt in der hant treit, inen misse ginge, so sie vf gesezzet werdent, so sol man der selbon pfenningon nemen vnd sol mans noch dannon zwirunt versuochen, ê es den münzern ze schaden sul chomen. Vnd swenne der vogt vnd der Rât die pfenninge zem füre tragent, die der vogt in der hant treit, dur versuochen, so sun die münzer ze gegni sin ob sie wen. Vnd were das sich das gefuogti, das dis Jarzal vs Zürich nicht vogtes wêre, so ist ein Rât, der denne Zürich ist, des gebunden vf ir eit ze tuenne, das ein vogt tuon solti. Vnd dar umbe das dis stete vnd veste si dis vorgeschribnun Jarzal us, so sint vier gliche brieue gemachet dur gwarsami und besigilt mit vnserm der vorgnanden Elisabet Ebtischin, Hern Volrichs von Rüsegge, des vogtes, vnd der burger von Zürich Ingesigeln. Dis beschach Zürich in dem Jare, do von gottes geburt waren zwelfhundert vnd nünzig Jar an sant Katherinun tage, do Indictio was IIII.

[1]) Elisabeth von Wezikon.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen das Siegel der Aebtissinn, S. VOL. NOBIL. D. RVSEGGE. ADVOCATI. THVR. und das Siegel des Raths.*). — *Abgedruckt: Hotting. Spec. helv. tig. p. 242. Hirzel. Zürch. Jahrb. I. 72 und Kopp. Eidg. Bünde II, 1. S. 28. (im Auszuge).* — *Abschriften: Haer. fol. LXXVI. Doc. Abb. I. 614.*

330.

Aebtissinn Elisabeth bezeugt, dass Nicolaus in dem Markte, Sohn Heinrichs, Bürger in Zürich, den von seinem Vater und dessen Bruder Ulrich vorgenommenen Verkauf von Reben in Erdbrust an Abt und Convent von Capell gutheisse und anerkenne.

Kloster Zürich. Ohne Zeitdatum.[1])

Wörtliche Wiederholung von B. 295, nur auf den Namen *Nicolaus* statt *Johannes* gestellt. Nach »*appendendum*« folgt:

Datum et actum Thuregi in stupa nostra majori presentibus quorum hec sunt nomina . . . . . prepositus de Frisun dictus de Mazingen.[2]) Frater Arnoldus de Brugtal, Heinricus de Berna, monachi de Capella. Johannes plebanus in Nühein, Magister Jacobus de Sancto Petro, canonici Thuricenses. Heinricus rector ecclesie in Kilperch. Burchardus rector ecclesie in Mure. Waltherus de Sancto Petro. Fridricus Stagla. Wernherus Brechter. Johannes de Lunkoft aurifaber. C. Saler. Walt. de Wassen, et quam plures alii fide dignis.

[1]) Diese Urkunde trägt kein Zeitdatum. Sie muss aber jedenfalls später als 1. Dec. 1285 (B. 293) und früher als die nachfolgende B. 331 sein. Da der Inhalt mit letzterer zusammenhängt, stellen wir sie unmittelbar vor diese. [2]) Der Probst in der, Einsiedeln zugehörigen, Probstei Friesen (Sct. Gerold) bei Feldkirch, ein Freier von Mazingen.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*)

331.

Aebtisinn Elisabeth bezeugt, dass Heinrich, Johannes und Nicolaus in dem Markte, Söhne Heinrichs, Bürger in Zürich, den von ihrem Vater und dessen Bruder Ulrich vorgenommenen Verkauf von Reben in Erdbrust an Abt und Convent in Capell gutheissen und anerkennen.

Kloster Zürich. 30. November 1290.[1])

Wörtliche Wiederholung von B. 295, nur auf obige drei Namen gestellt. Nach »*appendendum*« folgt:

Nos quoque fratres prelibati omnia et singula, que pretacta sunt, vera esse presentibus profitemur. Testes hujus rei sunt: Reverendus in Christo Volgerus abbas de Wettingen. Hugo sacerdos de Scafusa frater dicte domus in Wettingen. Fuischinus miles. Johannes dictus Luchs. Johannes filius H. militis de Klotun. Luitoldus de Beggenhoven. Heinricus scolaris dictus Fruijo. Luitoldus notarius de Thurego, et alii quamplures fide digni ad hoc specialiter vocati et rogati. Datum Thuregi in domo nostra anno MCCLXXXX. II. Kal. Decembris. Indictione IIII.

[1]) Vergl. B. 293. 295. 330. Die gegenwärtige Urkunde fasst die Zustimmung von drei Söhnen Heinrichs in dem Markte: Heinrich (B. 293), Johannes (B. 295) und Nicolaus (B. 330) in Ein Instrument zusammen. Der vierte, Konrad, dessen Beistimmung in B. 299 ausgesprochen wird, erscheint hier nicht mehr.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Reg. der Arch. der Schw. Eidg. Bd. I. Heft 4. nr. 37.*

332.

Abt und Convent von Engelberg bestätigen einen Lehenvertrag, welchen die Abtei mit dem Hörigen jener, Nicolaus Strohmeier, geschlossen.

Engelberg. Im Spätjahr 1290.

Reverendis in Christo E.[1]) Dei gratia Abbatisse monasterii Thuricensis suoque Conventui . . . .[2]) divina permissione Abbas et Conventus monasterii Montis Angelorum orationes in eo, qui vera est salus, cum salute. Cum inter vos et Nicolaum filium Wern. pie recordationis dicti Stroumeigers[3]) de Thurego, servum nostri monasterii, cum sua spondanea voluntate et consensu taliter sit tractatum et ordinatum, quod cum vos eidem Nicolao curiam vestram sitam in Thurego, que vulgo dicitur Stroumeigershof, concesseritis pro annuo censu, videlicet decem modiorum tritici mensure Thuricensis in festo Galli et uno quartali optimi vini in festo Johannis vobis ac vestro monasterio plene persolvendis, ipso cedente vel decedente de rebus seu successionibus predicti N. quatuor libre denariorum usualis monete nomine mortuarii seu caduci, quod vulco dicitur Abzuch, cum censibus predictis vobis seu vestris successoribus persolvi debent sine aliqua contradictione. Nos utilitati predicti Nicolai servi nostri, prout decet et convenit rationi, benigne prospicientes, omnia predicta rata et firma tenentes confirmamus per presentes. In huius rei testimonium presens instrumentum nostro sigillo vobis tradimus patenter communitum. Datum aput Montem Angelorum. V. Idus.[4]) Anno Domini M.CC.LXXXX. Indictione IIII.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Arnold von Wile, Abt von Engelberg von 1279 bis (29. Juni) 1294. (Siehe *Versuch Engelberg S.* 97). [3]) Vergl. B. 144 und 283. [4]) Die Angabe des Monats ist aus Versehen des Schreibers ausgelassen. Die Indictionszahl aber zeigt, dass die Urkunde in einen der drei letzten Monate des Jahres (auf den 11. October, 9. November oder 9. December) fallen muss.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängt S. ARNOLDI. ABBIS. MONTIS. ANGEL.*) — *Abgedruckt im Auszuge: Versuch Engelberg S.* 155. — *Abschriften: Doc. Abb. I.* 618. *Sch. C. D. nr.* 75.

333.

Aebtissinn Elisabeth überträgt an Kloster Seldenau ein Gut in Adlinkon als Erbe von der Abtei, welche es von Frau Anna, Wittwe des zürcherischen Ritters Konrad Wello, zu jenem Zwecke empfangen hat.

Kloster Zürich. 19. December 1290.

Elizabeth[1]) Dei gratia Abbatissa Thuricensis monasterii ordinis Sancti Benedicti Constantiensis dyocesis subscriptorum noticiam cum salute. Noverint quos nosse fuerit oportunum, quod Anna

relicta quondam Chunradi dicti Wellen militis, civis Thuricensis, predium suum, quod sibi proprietatis titulo pertinebat, in Adlinkon [2]), cujus cultor appellatur Egelolfus, reddens annis singulis decem modios tritici, duo maltera avene mensure Thuricensis et porcum valentem sedecim solidos denariorum monete usualis, duos pullos et quinquaginta ova, auctorante advocato suo Ruedegero Manessen juniore milite, ad nostras manus sponte et libere resignavit. Petens humiliter et devote, ut dictum predium cum omnibus suis pertinentiis pro annuo censu duorum denariorum monete usualis solvendo nostro monasterio in Exaltatione sancte crucis iure hereditario concederemus honorabilibus in Christe .... Abbatisse et sororibus cenobii in Seldenowe ordinis Cisterciensis predicte dyoecesis. Cujus peticioni tamquam iuri et rationi consone annuentes prefatum predium pro censu pretacto prefatis .... Abbatisse et Conventui jure hereditario concessimus et concedimus per presentes. In cujus rei testimonium presens instrumentum predictis .... Abbatisse et Conventui nostri sigilli munimine patenter tradimus conmunitum. Actum et datum Thuregi in curia nostra. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo. Feria tercia ante festum Thome Apostoli proximo. Indictione quarta. Presentibus Johanne, Hainrico et Pilgerino fratribus dictis Pilgerin civibus Thuricensibus ac aliis quampluribus fidedignis.

[1]) Elisabeth von Wezikon. [2]) Adlinkon, Kts. Zürich.

Spitalarchiv Zürich. (*Das Siegel der Aebtissinn hängt an starker, weiss und blauer Schnur an der schön und gross geschriebenen Urkunde.*)

334.

Abt Volker und Convent von Wettingen haben Thurm und Güter in Geschenen in Uri um hundertundzwanzig Mark Silber an die Abtei Zürich verkauft. Statt des Kaufpreises empfängt Wettingen das Eigen der Abtei Zürich an Gütern in Bürglen von acht Landleuten (fünf Männern und drei Frauen) daselbst, welche diese Güter fortan als Erbe von Wettingen besitzen.

Bürglen. 28. März 1291.

Universis presentium inspectoribus Berchta dicta Würtscha, Richenza uxor Wernheri filii Burkardi dicti Schüpfers, Petrus de Rieden et Hemma filia ejusdem relicta Heinrici dicti Schiers, Burcardus et Petrus dicti ze Akern, Wernherus et Chuonradus fratres de Untschinon noticiam subscriptorum. Materia litium tunc potissime amputatur, dum ea que aguntur per scripturam memorie hominum commendantur. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum, quod nos honorabilibus in Christo divina permissione Abbati et Conventui cenobii in Wettingen, ordinis Cistertiensis, Constantiensis dioceseos, in recompensam turris et bonorum in Geschendon [1]) sitorum in valle Uranie, que honorabilibus in Christo Dei gratia Abbatisse et Conventui monasterii Thuricensis pro centum viginti marcis argenti ponderis Thuricensis proprietatis titulo vendiderunt et tradiderunt, subscripta

bona prefatis Abbati et Conventui, consensu et auctoritate prefate domine Abbatisse intervenientibus, cum sollempnitate infrascripta, proprietatis titulo donamus et tradimus perpetuo libere et pacifice possidenda, promittentes ac nos iuramenti vinculo nichilominus astringentes, quod contra predictam donationem et traditionem per nos sponte et libere factas nunquam veniemus vel faciemus, per nos vel per alios, ingenio, verbo seu facto, sed quod ipsas ratas in perpetuum habebimus et pregratas. Ac nos Berchta Würtscha et Richenza uxor Wernheri prefati, filia quondam Chuononis de Bezelingen, predicte, supplicamus Burcardo dicto Schüpfer, Chuonrado et Wernhero marito meo, videlicet Richenze prefate, filiis ipsius Burcardi; nos vero Burcardus et Petrus dicti de Akern, Wernherus et Chuonradus dicti de Untschinon, fratres, et Hemma relicta quondam Heinrici dicti Schiers de Lucernon supplicamus Petro dicto de Rieden suprascripto, patri meo, videlicet Hemme jam dicte, ut ipsi sepefatis Abbati et Conventui sub obligatione omnium bonorum suorum pro se et suis heredibus promittant warandiam super bonis infra scriptis faciendam propriis expensis, cum requisiti fuerint per ipsos Abbatem et Conventum seu nuntium eorum, in omni loco et foro tam ecclesiastico quam seculari. Quod et ipsi fecerunt, prout inferius confitentur. Et si occasione huiusmodi bonorum traditorum predictos Abbatem et Conventum ratione juris veteris, quod alicui seu aliquibus ante huiusmodi traditionem in predictis bonis seu aliquo eorum competebat seu competere videbatur, aliquas expensas facere contingat vel dampna aliqua sustinere, prefati Burcardus dictus Schüpfer, Chuonradus et Wernherus filii ejusdem et Petrus de Rieden predicti huiusmodi expensas et dampna, prout promiserunt et se et bona sua pro se et suis heredibus obligaverunt ad hoc faciendum, tenentur prefatis Abbati et Conventui plenarie resartire, ac super huiusmodi expensis et dampnis verbo et fidei Abbatis et majoris cellerarii, qui pro tempore fuerit, credere pro se et suis heredibus promiserunt. Hec autem sunt bona per nos donata et tradita. Ego Berchta Würtscha sepedicta per manum curatoris seu advocati mei Burkardi dicti Schüpfer suprascripti dedi agrum dictum hofaker situm apud Bürgelon supra viam, que ducit Schachdorf. Item ego Richenza uxor Wern. filii ejusdem Burkardi Schüpfers per manum ejusdem Wern. mariti mei dedi agros meos sitos in campo inter Bürgelon et Schachdorf infra viam jam dictam, quos acceperam a patre meo quondam Chuonone de Bezelingen dotis nomine. Item dedi mediam partem prati seu agri, qui dicitur Rossegiessen, quam nunc possideo et fructus ex ipsa percipio, salva mihi alia media parte, quam dictus Schumel pro vite sue tempore tamquam usufructuarius possidet et tenet. Item ego Petrus de Rieden in Obernsilennon dedi aream dictam des Schüpfers hofstat solventem tres libras. Et ego Hemma iuri ypothecario pro dote, quod mihi in bonis dictis ze Blatton sitis ze Stege competebat, auctoritate Petri de Rieden patris mei interveniente, ad manus honorabilis in Christo fratris Volkeri abbatis in Wettingen renuntiavi et ego Petrus de Rieden dedi eadem bona solventia tres libras. Et nos predicti Petrus et Hemma in donatione predicta hanc fecimus conditionem, quod predictus dominus Abbas suusque Conventus Wernhero filio Petri predicti sub annuo censu sex librarum monete usualis concedant iure hereditario possidenda. Item ego Burcardus dictus ze Akern dedi possessiones dictas under dien Stetten et unum agrum uf den Stetten solventes triginta solidos sub ea conditione, ut ipsi Abbas et Conventus sub censu predicto bona huiusmodi mihi jure hereditario reconcedant et cum me vel alium qui huiusmodi jus hereditarium in ipsis bonis habet decedere contingit, qui decedenti in bonis antedictis succedit solvere debet Abbati et Conventui unum seratium pro mortuario seu caduco valens

octo solidos monete predicte. Item ego Petrus de Akern dedi aream meam sitam supra viam solventem triginta solidos sub conditione proxime dicta. Item nos Wernherus et Chuonradus fratres dicti de Untschinon dedimus domum et aream, molendinum et unum stadil in Untschinon solventia unam libram sub ea conditione, ut Abbas et Conventus filiis et filiabus nostris iure hereditario bona huiusmodi concedant et in Chersolon aut Luminon possessiones solventes triginta solidos et in Richlingen possessiones solventes decem et septem solidos denariorum. In premissorum omnium evidentiam et robur presentem cartam sigillo prefate domine Abbatisse ac hominum vallis Uranie prenotatis Abbati et Conventui patenter tradimus communitam. Nos Burkardus Schüpfer, Wernherus et Chuonradus filii ejusdem ac Petrus de Rieden, prefati, presentibus profitemur ita esse actum ut superius est narratum, et nihilominus nos pro nobis et nostris heredibus omnia bona nostra ad prestandum warandiam et refundendum expensas et dampna, prout superius est tactum, presentibus obligamus, supplicantes predicte domine Abbatisse et hominibus vallis Uranie, ut sigilla sua presentibus apponi faciant et appendi. Acta sunt hec in Bürgelon anno Domini MCCLXXXXI feria quarta post annuntiationem beate Virginis. Indictione quarta. Presentibus domino Volkero Abbate, fratre Heinrico dicto de Rordorf monacho et fratre Heinrico dicto de Heggibach converso in Wettingen. Chuonrado viceplebano in Bürgelon et Arnoldo socio suo. Arnoldo de Silennon ministro vallis et Ruodolfo de Tune, militibus. Burkardo Schüpfer. Chuonrado et Wernhero, filiis ejus. Johanne Gebzen ministro. Heinrico uf dem Büle. Petro de Rieden et Wernhero filio ejus dicto Hoeidi. Chuonrado de Bezelingen et Egelolfo Schumils et aliis quam pluribus fidedignis. Facta est autem donatio a Richenza uxore Wernheri predicti loco, anno, indictione prenotatis. In die beati Ambrosii.

Wir Elizabeth [1]) von Gottes gnaden Epptissin des gotzhuss ze Zürch in Costenzer bistum Sant Benedictens ordens kündent allen den die disen brieff ansehend oder hörend lesen, das ein edelherre Her Ruodolf von Wedeschwile [2]) alle die lechen, die er do von uns und unserm gotzhuss hatt, lidenklich mit sinem offnen briefe und mit dem urkünde sines insigels uff hatt gegeben an unser hant mitt allem dem rechten so er sy hatte von uns und unserm gotzhuse, und batt uns das wir die selben lechen in allem dem rechte so er sy hatte lichen sinen vettren von Wedischwile, zwen edlen, herren Arnolt und her Walthern gebrüder. Und durch die bette des vorgenanten Her Ruodolfes ze Wediswil do lichen wir die lechen mitt allem dem rechte, als ouch ers hatte, den vorgenanten herren her Arndlt und her Walthern ze rechtem lechen. Und durch ir beder bette und zuo einem offenen urkünd und bestettunge diser aller vorgeschribner dingen, so henken wir unser Insigel an disen brieff. Diss geschach und dirre brieff wartt gegeben Zürch in unserm hoffe do von unsers herren Gottes gebürte waarend zwelffhundert Jar und fünffzig jar, dar nach in dem zechenden jare, und in dem zechenden jare an dem zinstage nach unser frouwen tuld ze ernde [3]). Da ze gegen waaren her Cuonrad von sant Gallen Korherre von Zürch. Her Biber der Schultheisso Zürch. Wilhelm von Arberg. Wilhelm von Tidingen. Johans von Bache. Diethelm von Wolishoven und ander erber lütte. Die Indicion was die dritte [4]).

[1]) Elisabeth von Spiegelberg. [2]) Vergl. B. 323. 381. 394. [3]) Man könnte diese Tagesangabe von dem Feste U. L. Frau zu Zeit der Erndte d. h. im August, Mariä Himmelfahrt, verstehen. Allein eine zürcherische Urkunde vom Jahre 1301 datirt „Cistag vor Unser Frouwen dult ze dien Ernen« versteht unter diesem Feste (laut Erklärung von *Kopp*) dasjenige von Mariä Verkündigung oder den 25. März, und so ist wohl auch der Ausdruck in gegenwärtiger Urkunde auszulegen. [4]) Die Jahres- und die Indictionszahl der Urkunde stimmen unter sich überein, sind aber mit dem Inhalte der Urkunde in völligem Widerspruch und es muss in der Abschrift durch *Haering* ein Irrthum walten. Nach jenen wäre die Urkunde vom Jahr 1260; allein damals gab es keine Aebtissinn in Zürich des Namens Eli-

sabeth (Mechthild von Wunnenberg war Aebtissinn), und ebenso wenig einen Schultheiss Ritter Biber (Ritter Rudolf von Lunkuft war Schultheiss in Zürich vom Mai 1259 an bis 1262 und in spätern Jahren wieder (vergl. z. B. *Herrg. Gen. dipl. II.* 357. *Sch. C. D. nr.* 556 *a.* 671. und B. 176. 178. 183. 396 etc.) — Dagegen treffen die beiden Namensangaben, Aebtissinn Elisabeth und Schultheiss Biber, zusammen im Jahre 1300, wie auch Herr Konrad von St. Gallen, Chorherr in Zürich, um diese Zeit und nicht um 1260 lebte. Es muss daher wohl (wie in einem berühmten ähnlichen Falle) nicht »fünfzig jar«, sondern »*nünzig jar*« im Originale der Urkunde, und dann freilich auch: „die Indicion was *XIII*« (und nicht: III) gestanden haben. Wir datiren demnach also, was um so weniger Anstand hat, als der Freie Rudolf von Wediswile noch am 11. Oct. 1297 auf seiner Burg Wediswile urkundet, sein Todesjahr sonst nicht bekannt, ein Schiedspruch König Albrechts aber zwischen den Erben des Freien, in Mainz gefällt, vom 11. Oct. 1300 datirt ist. Der Todestag Herrn Rudolfs möchte demnach zwischen Anfang April und September 1300 gefallen sein. Vergl. übrigens die zu B. 323 citirte *Urk. Gesch. der Burg und Herrschaft Wädenschweil von Dr. Hch. Escher. S.* 177. und *Anzeiger f. Schw. Gesch. u. Alterthumsk.* 1855. *Nr.* 4.

Abschrift bei Haer. Fol. CLXXXVIII a. *Abschrift: Doc. Abb. I.* 358. (*Mit Jahr* 1260.)

396.

Herr Heinrich von Tengen als Vormund der Brüder Walther, Berchtold und Mangold von Eschenbach überlässt vor dem Schultheissen, Ritter Biber, in Zürich den Hof und Kirchensatz Sengen am Hallwilersee als Auskauf um das elterliche Erbtheil von Seite Walthers und Mangolds an Berchtold und als Ausstattung des Letztern an das Johanniterhaus Hohenrain, wo Berchtold in den Orden treten will.

Zürich (auf öffentlicher Strasse). 20. September 1302.

In nomine Domini Amen. Noverint universi quos nosse fuerit opportunum, quod constitutis coram nobis Biber milite, Sculteto Thuricensi, in figura judicii, Heinrico de Tengen nobili tutore coram nobis in dicto iudicio dato et nichilominus legittimo puerorum quondam Berchtoldi bone memorie nobilis de Eschibach, et ipsis pueris videlicet Walthero, Berchtoldo et Mangoldo fratribus, et licet predictus Berchtoldus videretur esse infra annos pubertatis constitutus, in tantum tamen ad frugem melioris vite aspirabat, et ordinem religiosorum virorum fratrum domus hospitalis sancti Johannis Jerosolomitani affectabat, adeo quod in eo etatem supplere prudentia videbatur, et ideo dictus tutor vna cum prefato Berchtoldo et fratribus suis predictis humiliter supplicarat Religioso et honorabili viro fratri Hugoni de Werdenberg, Commendatori domus hospitalis in Buobinkon [1]) predicti, nec non magni preceptoris hospitalis sepedicti, per Alamaniam, Bohemiam et Boloniam vices tenenti per Alamaniam superiorem, vt dictum Berchtoldum ad ordinem ipsorum intuitu Dei recipere dignaretur. Qui predictis precibus annuens, dictum Berchtoldum pure propter Deum ad ordinem suum recepit. Quo facto prefatus tutor, nomine dictorum Waltheri et Mangoldi, auctoritate nostra iudiciaria et decreto nostro imposito. et vna cum ipsis, ne dictus Berchtoldus ordini suo esset onerosus, et ut partem hereditatis sue reciperet, cessit, donauit, et tradidit iure proprio et in perpetuum dicto Berchtoldo et prefato fratri Hugoni recipienti nomine ordinis sui, et specialiter domus in

Honrein [2]), ad quam dictus Berchtoldus est receptus, curiam eorum in villa Seingen [3]), prope lacum dictum Halwiler se, ad quam pertinet ius patronatus Ecclesie parrochialis in dicta villa, cum ipso iure patronatus, ac cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, domibus, areis, agris, vineis, pratis, plantis, arboribus, siluis. pascuis, aquis, aquarumque decursibus, piscariis, servis ascriptitiis, colonis et omnibus mancipiis, ac vniuersis iuribus corporalibus et incorporalibus, aduocatiis et omnibus, que dicta curia vel prefatum ius patronatus et res pertinentes ad eas habent vel habere debent, infra, circa vel supra se, et que dictis rebus vel ipsis ratione dictarum rerum competebant vel competere debebant, cum introitibus et exitibus suis, ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum, vel quicquid eisdem placuerit de eis faciendum. Promittentes nichilominus dictus tutor et prefati Waltherus et Mangoldus pro se et heredibus suis, quia amici eorum prefata recognoverunt eis esse proficua, ea rata et firma perpetuo tenere, nec contra venire de facto vel de iure, nec contra venienti consentire, sed dictam curiam cum omnibus suprascriptis eisdem Berchtoldo et ordini prefato legitimare et warandiam coram ecclesiastico seu seculari iudicio prestare, et eis predictas res licere tenere et dolum malum abesse ab futurum quiesce [4]). Renuntiantes nichilominus omni iuri scripto et non scripto, constitutioni municipali vel generali, beneficio restitutionis in integrum et omni auxilio, quibus contra premissa venire possent vel aliquid premissorum, etiam si de ipsis mentio deberet fieri specialis. Hoc pacto adiecto, ut quia dictus Berchtoldus una cum prefato tutore suo cessit, renuntiavit et tradidit fratribus suis predictis ceteras hereditates seu maternas, nunc habitas seu in posterum habendas, ita et commendator qui nunc est et qui pro tempore fuerit, quando predictus Berchtoldus professionem legitimo tempore in dicto ordine fecerit, cedet et renunciabit predicte hereditati nomine ordinis et iure quod ordini in residua hereditate competebat, ratione Berchtoldi prenotati. Actum et datum in judicio publico Thuregi in strata publica, ante domum Johannis dicti Brechters. Anno Domini M.CCC secundo. In vigilia beati Mathei apostoli, presentibus Goetfrido rectore ecclesie in Küssenach, domino Hermanno de Bounstetten seniore nobili, iudice provinciali per Argoyam constituto, domino Ruedegero Manessen seniore, domino Ruodolfo Molitore, domino Hartmanno de Halwil et domino Chuonrado de Bach militibus, Lütoldo de Regensperg nobili, Ruodolfo Molitore iuniore, Ruodolfo de Hüneberg et Johanne dicto Wolfleibschen, ac aliis quam pluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis et rogatis. In cujus rei robur et testimonium, Nos prefatus .. scultetus ad petitionem prefatarum partium, una cum sigillis sepedictorum Heinrici de Tengen tutoris, Waltheri de Eschibach, domus hospitalis in Buobinkon et in Honrein, nec non domini Hermanni de Bounstetten senioris predicti, domini Ruedegeri dicti Manessen senioris, et domini Ruodolfi Molitoris de Thurego militum, sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Nos vero Heinricus nobilis de Tengen, quia suprascriptis tutorio nomine interfuimus et perfecimus eadem, nec non ego Waltherus de Eschibach predictus, una cum fratre meo Mangoldo, pro me ac pro ipso, et nos frater Hugo de Werdenberg domus hospitalis predicti in Buobinkon commendator, et frater Hugo de Randegge commendator domus hospitalis in Honrein prefati, sigilla earumdem domuum in Buobinkon et in Honrein, quia supra scripta perfecimus, et nos Hermannus de Bounstetten, et ego Ruedegerus dictus Manesse, et ego Ruodolfus Molitor milites sepedicti, quia similiter prescriptis presentes fuimus, presentibus sigilla nostra duximus appendenda, ad petitionem partium premissarum. Anno, die et loco suprascriptis.

[1]) Bubinkon, Kts. Zürich. [2]) Hohenrain, Kts. Luzern, ehemalige Johanniterkommende. [3]) Sengen, Kts. Luzern. [4]) Sollte heissen: *abfuturumque esse.* Ist ein Versehen des Schreibers.

Geschichtsfreund der V Orte X. 103. (*Aus dem Staatsarchiv Luzern. Es hängt noch das Siegel Rudolfs des Mülners.*)

397.

Herr Heinrich von Tengen als Vormund der Brüder Walther und Mangold von Eschenbach verkauft mit Willen der Aebtissinn Elisabeth das Schloss Schnabelburg und Zubehör, Erbe seiner Mündel von der Abtei, an das Johanniterhaus Hohenrain, woselbst ihr Bruder Berchtolt von Eschenbach eingetreten ist, mit Vorbehalt des Rückfalls unter gewissen Bedingungen.

Kloster Zürich. 20. September 1302.

In nomine Domine Amen. Noverint universi quos nosse fuerit oportunum, quod nos Heinricus, nobilis de Tengen, tutor legitimus et dativus puerorum quondam nobilis viri domini Berchtoldi de Eschibach bone memorie pro Walthero et Mangoldo filiis jamdicti de Eschibach et una cum ipsis, post receptionem Berchtoldi fratris dictorum Waltheri et Mangoldi ad ordinem fratrum sancti Johannis Jerosolymitani et postquam ipse Berchtoldus curiam communem eorum in villa Siengen cum iure patronatus parrochialis ecclesie eiusdem ville recepit pro parte seu portione paterne seu materne hereditatis ipsum contingente, de consensu et assensu expresso Reverende in Christo domine Elisabethe [1]) Abbatisse monasterii Turicensis vendidimus concessimus et tradidimus castrum dictum Snabelburg [2]) cum omnibus pertinentibus ad eum, que dicti pueri una cum predicto castro iure emphiteotico seu hereditario tenebant pro canone unius libre denariorum Turicensium annuatim in festo beati Thome apostoli solvendorum a venerabili in Christo jamdicta . . . Abbatissa et monasterio Abbatie Turicensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis, Religiosis in Christo fratri Hugoni de Werdenberg magni preceptoris hospitalis sancti Johannis Jerosolymitani per Alemaniam, Bohemiam et Boloniam vices tenenti per Alemaniam superiorem, ementi et recipienti nomine hospitalis predicti domus in Honrein, pro precio ducentarum quinquaginta marcharum argenti legalis ponderis Turicensis, quas ponderatas et numeratas recepimus a predicto fratre Hugone et in solutionem debitorum dictorum puerorum sub gravibus usuris et obsidibus currentium convertimus una cum ipsis pueris ad eorum utilitatem; tali modo et pacto appositis in contractu, ut si dictus Berchtoldus ante professionem ab eo factam in etate legitima constitutus in ordine predicto [ab eis recesserit, ex tunc infra annum a dicta recessione prefati Waltherus et Mangoldus vel heredes ipsorum oblatis et persolutis commendatori et fratribus domus in Honrein, qui pro tempore fuerint, predictis ducentis quinquaginta marcis castrum prefatum recipiant, dicta venditione revocata ipso facto penitus et cassata. Si autem prefati pueri infra predictum annum prefatam pecuniam persolvere neglexerint, prefata venditio rata perpetuo et irrevocabiliter perseveret ipsis fratribus et prefate domui

hospitalis in Honrein ad habendum tenendum et perpetuo possidendum, vel quicquid eis placuerit de hiis faciendum. Postquam autem predictus Berchtoldus legitime apud prefatos fratres fuerit professus, ex tunc prefati Waltherus et Mangoldus seu heredes eorum, si rogaverint commendatorem in Honrein, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, ut remittat dictam pecuniam in parte vel in toto, dictus . . . commendator preces eorum plenarie exaudire teneatur ad libitum ipsorum et iidem Waltherus et Mangoldus seu heredes eorum castrum prefatum cum omnibus pertinentibus ad eum reassument liberum et absolutum. Et dictus commendator, qui pro tempore fuerit, teneatur resignare ipsum castrum cum pertinentiis suis, ad manus Abbatisse monasterii supradicti, ut ipsa de eis dictos Waltherum et Mangoldum seu eorum heredes reinvestiat et iure predicto ipsis eadem concedat, quemadmodum ipsis fratribus dicte domus in Honrein post resignationem sepedictorum Waltheri et Mangoldi prefata, videlicet castrum et pertinentia ad eum, concessit. Est etiam hoc actum inter partes, ut, postquam predicti . . . commendator et fratres domus in Honrein sepedictum castrum per sex septimanas et tres dies secundum consuetudinem provincie possederint, ipsum cum suis pertinentiis ex tunc prefatis Walthero et Mangoldo iidem locare teneantur pro una libra denariorum Turicensium sub annuo censu in festo beati Thome apostoli annis singulis solvendorum. Si autem dictus Berchtoldus infra annos pubertatis et ante professionem ab eo factam de hac vita decesserit, omnia et singula supradicta in eo statu teneantur, ac si professionem fecisset legitima sub etate. Nos vero partes utreque prenotate promisimus omnia premissa et singula nos contingentia communiter vel divisim rata et firma perpetuo tenere, prout superius sunt narrata, nec contravenire de facto vel de iure, nec contravenienti consentire, sed premissa omnia legitimare ut prescripta sunt, et coram ecclesiastico seu seculari iudice warandiam prestare, et ut premissum est omnia pretacta libere tenere, et dolum malum abesse abfuturumque esse. Renunciantes nichilominus omni iuri scripto, et non scripto, constitutioni municipali vel generali, beneficio restitutionis in integrum, et omni auxilio, quibus contra premissa venire possemus vel aliquod premissorum, etiamsi de ipsis mentio deberet fieri specialis. Actum et datum in monasterio Abbatie Thuricensis in Camnata dicta ze Tüfen, coram reverenda in Christo domina Elisabetha Abbatissa monasterii iamdicti, Anno Domini millesimo trecentesimo secundo in vigilia beati Mathei apostoli. Presentibus Gotfrido Rectore ecclesie in Küssenach, domino Hermanno de Bonstetten seniore nobili, domino Rüdgero Manessen seniore, domino Hartmanno de Halwil, et domino Conrado de Bach militibus, Lutoldo de Regensperg nobili, Rudolfo molitore iuniore, Rudolfo de Hünoberg et Johanne dicto Wolffleibsche et aliis quampluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. In cuius rei robur et evidentiam seu testimonium Nos prefata Elisabeth Dei gratia Abbatissa monasterii Thuricensis, quia premissa de nostro consensu et assensu sunt perfecta, ob petitionem predictarum partium, sigillum nostrum, Nos vero frater Hugo de Werdenberg commendator domus hospitalis in Bubinkon necnon magni preceptoris hospitalis sepedicti per Alemaniam, Bohemiam et Boloniam vices tenentes per Alemaniam superiorem, et ego frater Hugo de Randegk commendator domus in Honrein, predicti, pro nobis nostrisque successoribus sigilla domuum hospitalis predicti in Bubinkon et in Honrein, et Nos Heinricus de Tengen, nobilis, tutor supradictus, et ego Waltherus de Eschibach una cum fratre meo Mangoldo, pro me ac pro ipso, quia idem sigillum proprium non habet, sigilla nostra, quia premissa perfecimus; Nos vero Hermannus de Bonstetten senior nobilis, judex provincialis per Argoyam constitutus, et

ego Rüdgerus dictus Manesse senior, et ego Rudolfus molitor senior de Turego milites, ob petitionem predictarum partium, quia premissis interfuimus, sigilla nostra presentibus duximus appendenda anno, die et loco prenotatis.

[1]) Elisabeth von Spiegelberg. [2]) Schnabelburg am Albis, im Jahr 1309 zerstört.

Geschichtsfreund der V Orte X. 106. (*Aus dem Staatsarchive Luzern abgedruckt. Ein Vidimus dieser Urkunde von Probst Johannes Manz in Zürich am 11. April 1511 auf Bitte des Andreas Gubelmann, Johanniter-Commendur in Küssnach, durch die Hand des Notars Peter Nümagen von Trier, Schreiber des Probsts und Kapitels Zürich, gegeben, liegt im Staatsarchive Zürich.*) — *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 97.

398.

Meister Walther, der Scholasticus, und Konrad, Probst zu St. Johann, Domherren in Konstanz, als bischöflich delegirte Richter entscheiden den Streit zwischen Aebtissinn Elisabeth und Convent in Zürich und Ritter Eppo von Küssnach betreffend den See am Kiemen.

Konstanz. 29. März 1303.

Magistri Walther Scholasticus et C. Prepositus sancti Johannis, necnon canonici majoris Ecclesiarum Constantiensium, vices gerentes venerabilis in Christo patris ac domini H. [1]) Dei gratia Constantiensis Episcopi in absentia constituti, dilectis in Christo universis et singulis ad quos presentes pervenerint et specialiter Plebanis seu Viceplebanis in Rische, in Zuge, in Kama [2]), in Arta, et in Kussenach [3]) seu Decanis, salutem in Domino. In causa quam procurator venerabilium in Christo Abbatisse [4]) et Conventus monasterii Abbatie Thuricensis nomine dictorum Abbatisse et Conventus movit coram nobis viro strenuo Epponi de Kussenach, militi, super eo, quod idem miles eosdem Abbatissam et Conventum seu officiales eorundem in jure et possessione lacus dicti der Se an dem Kiemdon [5]), pertinentis dicte Abbatisse et Conventui et ipsorum monasterio jure dominii vel quasi, impedit contra justitiam et perturbat, lite legitime contestata prestitoque hinc inde calumnie sacramento et productis testibus in causa premissa ac ipsorum attestationibus publicatis et facta copia earundem partibus hinc inde, omnibusque aliis rite et rationabiliter peractis, que in causarum examinationibus requiruntur, et tandem conclusione in ipsa causa facta terminoque prefixo in eadem, videlicet proxima feria quarta post Dominicam qua cantatur Letare, continuata per nos usque ad feriam quintam post Dominicam, qua cantatur Judica me Deus, ad ferendum in causa premissa sententiam deffinitivam, invenimus ex parte memoratorum Abbatisse et Conventus sufficienter fore probatum, quod lacus predictus eisdem ipsorumque monasterio iure proprio seu dominii directi dinoscitur pertinere. quodque in possessione infra spatium quadraginta annorum per quondam patrem [6]) dicti Epponis et per ipsum Epponem contra juris debitum extiterant destituti. Quapropter his in scriptis super impedimento et perturbatione quod idem miles dictis Abbatisse et Conventui prestitit in possessione usu et iure laci predicti, sibi per definitivam sententiam imponimus silentium per

presentes, et prohibemus eidem ne de cetero ipsis Abbatisse et Conventui in possessione, usu et jure laci predicti inpedimentum prestet quodcunque vel aliquam inferat perturbacionem. Mandamus itaque devotioni vestre sub poena suspensionis ab officio, precipientes firmiter et distincte, quatenus, alius vestrum qui requisitus fuerit alium non expectans, prefatum Epponem de Küssnach militem diligenter moneatis et inducatis, ut huic nostre sententie, quam etiam per vos in cancellis vestris publicari volumus, pareat cum effectu, nec memoratis Abbatisse et Conventui in possessione usu et jure laci supradicti impedimentum aliquod prestet seu etiam aliqualem inferat perturbationem. Alioquin ipsum militem, quem presentibus monitione octo dierum excommunicamus, excommunicatum pronuncietis et tanquam excommunicatum ab omnibus evitandum. Sigillo utimur episcopali. Datum Constantie anno Domini MCCCtertio feria quinta prescripta. Indictione prima. Reddite litteram sub poena predicta.

[1]) Heinrich von Klingenberg. B. 341. [2]) Risch, Zug, Cham, Kts. Zug. [3]) Art und Küssnach, Kts. Schwyz. [4]) Elisabeth von Spiegelberg. [5]) Am Kiemen, Vorgebirge im Zugersee zwischen Risch und Immensee. [6]) Ritter Johannes von Küssnach.

Doc. Abb. II. 33. (Ebendaselbst II. 29.) — *Abgedruckt (sehr fehlerhaft) bei Zapf. Monum. anecd. I.* 190.

399.

Die Gebrüder von der Alten Klingen übertragen einen Hörigen, der sich mit vier Pfund Pfenningen von ihnen loskauft, an die Abtei Zürich.

Jahr 1303.

In Gottes namen amen. Wir her Uolrich, Uolrich Walther, Walther, Uolrich unde Walther Wolrich, gebrüeder von der Alten Klingen [1]), künden allen die disen brief sehent, lesent oder hörent lesen, das wir mit gemeinem rate, mit ainhelligem unde ainmüetigem willen, Burkarten Nuzelin, der unser aigen was, geben hain aigenliche Sant Regulun gotzhuse ze Zürich umbe vier phunt phenninge Costezer münze, die wir gemainliche mit ein ander enphangen hain von deme vor genanden Burkarte. Wir vergehen ouch an disem briefe, das wir den vorgenanden Burkarten uf geben haben an Hainrichs hant des Keisers von Andolfingen [2]), der ouch aigen ist Sant Regulun an der Abbatischen [3]) stat, und in gesendet hain Sant Regulun lidigen von uns, also das wir noch enhein unser erbe niemer ansprache an in gewinnen noch gehaben son. Und das dis war si, und von uns noch von unsern eêrbon niht bekrenket werde, dar umbe so henken wir der vor genande her Uolrich von der Alten Klingen unser insigel an disen brief für uns und für unser brüeder die vor genanden, wan siu uns des gebetten hain ze ainem stetan geweren urkunde. Dis beschach do von Gottes geburte waren drüzehen hundert iar zwai iar darnach an dem dritten iare.

[1]) Altenklingen im Thurgau. [2]) Andelfingen, Kts. Zürich. [3]) Elisabeth von Spiegelberg.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängen die Siegel: Ulrichs und Walthers v. Klingen.*) — *Abschrift bei Lindinner Mscr.* 78.

400.

Bischof Heinrich von Konstanz bestätigt die Satzungen, deren Aebtissinn Elisabeth von Zürich und ihr Convent, Meister Rudolf von Wediswile, Chorherr zu Zürich, als Pfleger in geistlichen und weltlichen Sachen des ehrbaren Herrn, Meisters Johannes, des Römischen König Albrechts Kanzlers, Probstes zu Zürich, das Kapitel der Chorherren, Rath und Gemeinde der Ritter und Bürger in Zürich übereingekommen sind.

Zürich. 27. Juni 1304.

(Sechstes Buch des Richtebriefes vom Jahr 1304. Artikel 1—54.)

Ueber Bischof Heinrich von Klingenberg vergl. B. 341 u. 359.

S. Archiv für Schweizerische Geschichte Bd. V. (ao. 1847). S. 266 u. ff. (*Vollständiger Abdruck.*)

401.

Der Freie Heinrich von Griessenberg opfert einen Hörigen auf dem Frohnaltar der Abtei und erhält dagegen tauschweise eine andere Hörige.

Kloster Zürich. 1. April 1305.

Allen den die disen gegenwurtigen brief ansehent oder hörent lesen, künde ich Her Hainrich von Griezenberch ain vrige[1]), das ich willichlichen überain chomen bin mit miner vrouwen der Aebtischen[2]) des Gotzhuses ze Zürich und mit allem dem Convente gemainlichen des selben Gotzhuses, dier Dinge so hie nach geschriben stânt, das ich Hainrichen von Rosserüti, der min aigen man was, aigenlichen und vrilichen geopferot han uf den vron altar des vorgenanten gotzhuses mit allen den worten und getäten, so ain soliche getat beschehen sol oder mag, und gap mir diu Aebtisschen des gotzhuses ze Zürich und alle der Convent gemainliche des selben gotzhuses Elsinun des Smides tohter von Utzswille, ze ainem widerwehsel mit allem rehte. Das dis wâre si und stäte belibe so an disen brief geschrieben stât, da von gibe ich her Hainrich von Griezenberch ain vrige min Insigel an disen gegenwurtigen brief ze ainer rehter und ze ainer stäter warehait. Dis geschach ze Züriche in dem vorgenanten gotzhuse, an dem nähsten Dunrstage nah mittervastun. In dem jâre do man zalt von Gottes geburte trizehen hundertt jâre und dar nach in dem viunftun jâre.

[1]) Der Freie Heinrich von Griessenberg, am 14. Juni 1309 Herzog Leopolds von Oestreich Landvogt im Aargau. (*Kopp. Urk. I.* 106.) [2]) Elisabeth von Spiegelberg.

Staatsarchiv Zürich. (*Es hängt: S. HAINRICI. NOBILIS. DE. GRIEZENBERC.*)

402.

Die Vicare des Bischofs Gerhard von Konstanz bestätigen die Erwählte an die Abtei Zürich, Frau Elisabeth von Matzingen.

Konstanz. 11. März 1308.

Frater Johannes de Reno Prior Conventus ædis Predicatorum domus Columbariensis, et Conradus de Lantsperg prepositus Ecclesie Lutenbacensis Basiliensis dioecesis, Reverendi in Christo patris ac domini Gerhardi[1]), Dei et apostolice Sedis gratia Episcopi Constantiensis, in absencia constituti, in spiritualibus vicarii generales. Omnibus presencium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Vacante Monasterio Thuricensi et carente Abbatissa, per mortem felicis recordationis Venerabilis domine Elisabete de Spiegelberg[2]), olim Abbatisse Monasterii ejusdem, corpore ipsius, sicut decuit, reventer tradito ecclesiastice sepulture, moxque convenientibus omnibus et singulis dominabus de Conventu dicti Monasterii et presentibus que electioni celebrande debuerunt interesse, placuit eisdem de Capitulo seu Conventu dicti Monasterii existentibus, ipsi Monasterio de Abbatissa per viam scrutinii providere. Electis itaque de collegio duabus scrutatricibus fidedignis et per eas secretim ac sigillatim inquisitis primo suis voluntatibus et deinde singularum dominarum, que dicte electioni intererant, et in scriptis redactis publicatisque consenssibus et votis earumdem ac habita collacione numeri ad numerum debita et consueta, inventum est omnes personas seu dominas de collegio dicti Capituli seu Conventus, quibus hac vice jus competiit Abbatissam ipsius Monasterii eligendi, in dominam providam et circumspectam Elisabetam de Matzingen, Monialem seu Conventualem ejusdem Monasterii, in scrutinio consensisse, eligendam in Abbatissam Monasterii prelibati, exceptis duabus monialibus ejusdem Monasterii hac vice ipsi electioni supersedentibus, se non opponentibus, non contradicentibus. Et sic una ex dictis scrutatricibus a dicto Capitulo seu Conventu electis, nomine suo et omnium aliarum dominarum, que vota sua in dictam Elisabetam direxerant, de ipsarum mandato eandem Elisabetam de Matzingen rite et canonice elegit in Abbatissam Monasterii memorati. eademque Elisabeta electioni hujusmodi de se facte consensit, humiliter requisita, publicatione ejusdem electionis primitus facta sollempniter juxta exigenciam juris et consuetudinem approbatam. Petente itaque ipsa Elisabeta electa a nobis confirmacionem huius electionis humiliter et devote, Nos quoque examinato ipsius electionis processu et ipsis electricibus ac conscienciis earumdem cum diligencia debita examinatis, pronunciavimus et scriptis presentibus pronunciamus, eandem electionem, cum eam invenerimus de persona idonea, observata forma canonica, celebratam fore, per nos auctoritate ordinaria confirmandam, ipsamque deliberacione prehabita diligenti, jurisperitorum et aliorum honorabilium virorum accedente consilio, scriptis presentibus in nomine Domini auctoritate ordinaria confirmamus et ipsam Elisabetam de eadem Abbacia more solito et consueto investivimus et tenore presencium investimus cum sollempnitate debita et consueta, inducentes eam in possessionem corporalem Abbacie memorate ac dantes ei auctoritatem apprehendendi eandem et ingrediendi plenam bonorum ejus amministracionem et gubernacionem Abbacie antedicte cum possessionibus omnibus et pertinenciis et juribus quibuscunque ejusdem, tam corporalibus quam incorporalibus, uni-

versis. Et in evidenciam premissorum nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Datum Constancie Anno Domini Mccc octavo. V. Idus Marcii. Indictione Sexta.

[1]) Gerhard von Senar, Bischof von Konstanz anno 1306–1318. [2]) Elisabeth von Spiegelberg † 22. Febr. 1308.

Stadtarchiv Zürich. *(Es hängt: S. VICARIOR. G. DEI. GRA. EPI. CONSTANCIENS. Oval. Oben Maria mit dem Jesuskinde; unten ein kniend betender Bischof in vollem Ornate.) — Abgedruckt: Zapf. Mon. anecd. I.* 192. *— Abschrift: Doc. Abb. II.* 81.

403.

König Albrecht verleiht der Aebtissinn Elisabeth, Fürstinn des Reiches, die königlichen Lehen und die Verwaltung der Temporalien ihres fürstlichen Stiftes und ladet ihre Vasallen, Ministerialen und Leute sowie das Kloster ein, ihr als Fürstinn und Herrinn gebührend zu gehorchen.

Baden. 25. April 1308.

Albertus Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Romani Imperii celsitudo consurgens antiquitus, et fundata mirifice super immobile firmamentum, excellencie prerogativa, qua viguit, columpnis meruit stabilibus stabiliri et egregiis edificiorum iuncturis indissolubiliter adornari. Inter quas quidem Illustres Principes ad totius operis machinam supportandam precipue ut columpnas voluit potiori prestantia preminere, et quo uberius gratie privilegiis insigniri se sentiunt, eo amplius debeant obsequiose vicissitudinis redibitione gratuita ceteris preclarere. Sane cum Venerabilis Elizabeth [1]) Abbatissa Monasterii Thuricensis dilecta nostra Princeps ad celsitudinis nostre presentiam nuper accedens, Romano Imperio et nobis obsequiose devotionis signa pretenderit, et omnimode obedicionis insignia presentarit, Nos ipsam tanquam nostram et Imperii Principem ad benivolos applausive dulcedinis admittentes amplexus, regalia feoda Principatus, quem obtinet, sibi de Regia liberalitate concessimus, et eandem Abbatissam investivimus de eisdem, Administrationem temporalium et Iurisdictionem plenariam principatus eiusdem monasterii prenotate Abbatisse presentium serie committentes. Quocirca universis et singulis vasallis, ministerialibus et hominibus suis, et monasterio suo, damus presentibus in mandatum, quatenus ipsi Abbatisse tanquam Principi nostre et domine sue intendant in omnibus et pareant reverenter. In cuius nostre concessionis testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum in Baden [2]) VII. Kal. Maii. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Octavo. Regni vero nostri anno decimo.

[1]) Elisabeth von Matzingen. [2]) Baden im Aargau.

Stadtarchiv Zürich. *(Des Königs Siegel hängt.) — Abgedruckt: N. C. D. nr. MLXXI. Soloth. Wochenbl.* 1833. *S.* 369. *Archiv f. Schw. Gesch. I.* 102. *(Auszug). Hottinger. Spec. Helv. Tig.* 246. *(Bruchstück). — Abschrift: Doc. Abb. II.* 71.

404.

Der Freie Wernher von Attinghusen, Landammann, die Landleute zu Uri und die Genossame zu Silennen erklären, auf Gut der Abtei Zürich im Lande Uri niemals Steuer legen zu wollen, nachdem Aebtissinn Elisabeth auf alle Rückvergütungen von Steuern und Kosten verzichtet hat, welche bisher auf das zur Zeit König Albrechts selig erkaufte Abteigut gelegt worden.

Altorf. 11. November 1308.

Allen die disen brief sehent oder hörent, kunden wir Her Wernher frie von Attingenhusen Lantamman und die Lantlüt ze Uren und diu gnossami ze Sylennon. Wan unser frowe Elysabeth [1]) von Gotz gnaden Ebtischen Zürich, dur unser bette hat abgelassen, den Schaden, die koste, fräfli und ansprache, so si oder ir vorvarin Ebtischen Zurich hatten darumbe das wir uf ir Gotzhus guot, so si in dem Lande hat, das dem Gotzhus gekouft wart bi Kunig Albrechtes Seligen von Rome ziten, stüre leiten. Und darumbe loben wir und binden uns an disem briefe, swas Guotz jeze das Gotzhus von Zürich in dem Lande ze Ure hat ze sinen handen, das wir dar uf niemer stüre gelegen von dekeiner slacht not so uns an mag gan, es si von künge oder von urluge oder swas not uns ankomen mag ald angat. Und das dis alles war si und veste belibe stäteklichen, so geben wir der Lantamman und die Lantlüte von Ure unserre frowen der Ebtischen und dem Gotzhus Zürich disen brief besigelt mit unsern Ingesigelt ze einem waren urkunde offenlichen aller der vorseiten dingen. Dis geschach in dem Lande ze Ure, und dirre brief wart gegeben in dem Dorf ze Altorf, do man von Gottes geburt zalte Drüzehenhundert Jar, und dar nach in dem ahtoden Jar, an Sant Martis Tag.

[1]) Elisabeth von Matzingen.

Stadtarchiv Zürich. (*Es hängen: S. HOMINUM. VALLIS. URANIE. — der Stierkopf von vorn gesehen — und (WERNHE)RI. DE. SWEINSBERG, des Attinghusers Siegel. Letzteres zeigt im dreieckigen Schilde unten drei Balken, darüber das Brustbild eines nach rechts schauenden Adlers mit ausgebreiteten Flügeln. S. Abbildung im Geschfrd. der V. Orte. IV. Tafel 2.). — Abgedruckt: Kopp. Urk. z. Gesch. d. Eidg. Bünde I. 90. Geschfrd. der V. Orte. VIII. 38. — Abschrift: Doc. Abb. II. 73.*

405.

König Heinrich bestätigt der Abtei, Probstei und Stadt Zürich den Schutzbrief König Rudolfs vom 2. November 1273.

Zürich. 15. Mai 1309.

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Sacri Romani Imperii fidelibus presentes litteras inspecturis imperpetuum. Dilecti cives nostri Thuricenses quoddam privilegium

sub sigillo Serenissimi dive recordacionis Rudolfi Romanorum Regis predecessoris nostri sigillatum, salvum et integrum, non cancellatum, non abolitum, nec inductum seu in ulla sui parte viciatum, nostre celsitudini obtulerunt, cum instantia postulantes, ut ipsum privilegium approbare, innovare et confirmare de benignitate Regia dignaremur. Cujus quidem privilegii per omnia talis est tenor:

(Folgt die Urkunde König Rudolfs. Siehe B. 234.)

Nos igitur predictorum civium nostrorum Thuricensium devotis precibus favorabiliter inclinati, prefatum privilegium et omnia in eo contenta auctoritate Regia ex certa scientia innovamus, approbamus et presentium testimonio confirmamus. Datum in Thurego. Idus Maji. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nono. Indictione Septima. Regni vero nostri Anno Primo.

Staatsarchiv Zürich. (*Des Königs Siegel hängt.*) — *Abgedruckt: Archiv f. Schw. Gesch. I.* 103. *(Auszug).* — *Abschrift: Doc. Abb. II.* 93.

406.

Anordnung betreffend das Frohnleichnamsfest.

Kloster Zürich. 27. April 1312.

Ordinatio quomodo festum Corporis Christi celebrari debeat.

Anno Domini MCCCXII. V. Cal. Maji nos Abbatissa et Conventus monasterii Thuricensis ex ordinatione dilecte in Christo Anne de Keiserstul Conventualis monasterii nostri ordinando statuimus, ut inantea in octava festi Corporis Christi, videlicet feria quinta proxima post Dominicam qua cantatur „Domine in tua", ipsa octava festi Corporis Christi, et feria tertia infra octavam ipsam festi Corporis Christi idem festum sub pleno officio debeat celebrari et quod Dominabus vesperis, matutine et misse eisdem diebus presentibus ac Canonicis misse presentibus duo modii tritici de camera Conventus in simulis debeant ministrari. Quodque doctori puerorum unus simulus et pauperibus scholaribus, qui misse interfuerant, unus simulus debet dari. Adjecto etiam quod idem festum Corporis Christi, feria sexta, sabbati, feria secunda et feria quarta infra octavam ejusdem festi sub pleno officio debeat celebrari et quod duo modii tritici in eisdem diebus quatuor Dominabus et Canonicis de camera Conventus in simulis tribuantur modo prenotato, excepto doctore et pauperibus scholaribus, quibus in hac distributione nihil cedit.

Et hec ordinatio abhinc inantea singulis annis fideliter peragatur, et ob hanc ordinationem Nos et Conventus recepimus ab eadem [1]) XXV. . . . . denariorum usualium in Thurego.

[1]) Scil. Anna de Kaiserstuhl.

Doc. Abb. II. 133.

407.

König Friedrich bestätigt der Abtei, Probstei und Stadt Zürich den Schutzbrief König Rudolfs vom 2. November 1273.

Zürich. 10. April 1315.

(Diese Bestätigung lautet wörtlich gleich mit derjenigen König Heinrichs vom 15. Mai 1309. 405. Nur dass es hier heisst: »*Serenissimi d. r. Rodolfi R. r. avi et predecessoris nostri*«, und »*ut ipsum privilegium ad instar Henrici tunc regis Romanorum predecessoris nostri approbare, innovare etc. dignaremur.*« — *Datum in Thurego. III. Idus Aprilis. Anno Domini Millesimo trecentesimo quinto decimo. Indictione XIII. Regni vero nostri anno primo.*“)

Staatsarchiv Zürich. (*Das Siegel hängt.*) — *Abgedruckt: Archiv f. Schw. Gesch. I.* 110. (*Auszug.*) — *Abschrift: Doc. Abb. II.* 168. (*Mit III. Idus April.*)

408.

Heinrich von Werdenberg, Generalvikar des Bischofs Gerhard von Konstanz in geistlichen Dingen, gestattet dem Kapitel der Abtei Zürich, ein besonderes Siegel zu führen, das bei Veräusserung, Verkauf oder Verpfändung von Gütern der Abtei neben dem Siegel der Aebtissinn in Anwendung kommen soll.

Konstanz. 27. October 1316. [1])

Hainricus de Werdenberch vicarius Reverendi in Christo patris ac domini Gerhardi Dei gracia Constanciensis Episcopi generalis. Omnibus presencium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Propositum exstitit nobis ex parte Capituli Monasterii Abbatie Thuricensis quod ipsi in omnibus tractatibus, alienationibus prediorum et possessionum ipsi Monasterio pertinencium hactenus factis et celebratis sigillo dumtaxat Abbatisse utebantur et adhuc utuntur, quia ipsum Capitulum sigillum proprium non habuit, nec adhuc habere dinoscitur, propter quod verisimiliter timetur, ipsi Capitulo et Monasterio suo predicto gravia pericula propter alienationes rerum dicti Monasterii, que fieri possunt et possent Capitulo irrequisito et preter juris ordinem, imminere. Ne igitur dictum Monasterium periculum seu detrimentum propter alienationes et [venditiones] prediorum dicti Monasterii et possessionum que fieri possent Capitulo dicti Monasterii irrequisito, ut est predictum, si sigillo proprio non uteretur, incurrere contingat, Capitulo prelibato concessimus et presentibus concedimus, quod sibi sigillum faciant, et illo utantur sigillo in alienationibus, venditionibus et ypothecis, si quas alienationes dictum Capitulum una cum domina Abbatissa Monasterii pretacti propter ipsius Monasterii necessitatem evidentem circa possessiones et predia sive res Monasterii prelibati facere sive celebrare oporteret, ne dolose ipso Capitulo irrequisito de rebus ipsius Monasterii per quemquam aliquid pos-

sit distrahi seu alienari. Volumus tamen ut dicta domina Abbatissa circa alios tractatus preter alienationes rerum et possessionum dicti Monasterii, videlicet in concedendo feoda et in aliis, libere sicut antea sine appensione sive appositione sigilli Capituli predicti suo sigillo proprio, sicut consueverat, utatur. Datum Constantie sub sigillo Episcopali. Anno Domini MCCCXVI. VI. Kal. Novembr. Indictione XV.

[1]) Hiezu vergleiche unten B. 415. [2]) Gerhard von Senar. Siehe B. 402.

Stadtarchiv Zürich. (*Das bischöfliche Siegel hängt.*) — *Abgedruckt: Zapf. Mon. anecd. I.* 200. — *Abschriften: Doc. Abb. II.* 240. *VIII.* 141. *Dürsteler E.* 14. *S.* 192.

409.

Pabst Johannes XXII gestattet der Aebtissinn und dem Convent Gottesdienst bei verschlossenen Thüren im Falle eines über das Land verhängten allgemeinen Interdikts.

Avignon. 21. März 1319.

Johannes episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatisse et Conventui Monasterii Turicensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis dioecesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, ut, cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis clausis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce in Monasterio vestro reddere Domino horas canonicas, et audire divina a proprio Capellano, dummodo vos et idem Capellanus causam non dederitis interdicto nec id contingit vobis et illi specialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Avinione XII Kal. Aprilis. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Staatsarchiv Zürich. (*Das Bleisiegel Pabsts Johannes XXII hängt. Auf der Rückseite des Pergamens steht: B. Romanus. Ferner: Johannes Angli(?) de Interampno. Dann die deutsche Bemerkung: «dz ist der brief dz wir sont in der kilchen sin so si vorslagen ist.»*) — *Abschrift: Dürsteler E.* 14. *(Auszug).*

410.

Anordnungen betreffend die Weihung der Altäre, die Begehung der Feste und die Verpflichtungen der Geistlichen und des Sacristans in der Abteikirche.

Um 1326.[1])

I. Weihung der Altäre.

Dedicationes altarium in nostro monasterio sitorum.

1) *Et primo de dedicatione altaris Sancte Catharine in choro.*

Item dedicatio altaris Sce Catharini siti in choro Monasterii nostri celebratur in ipso festo Scm Felicis et Regule et Exuperantii martirum cum indulgentiis.

2) *Dedicatio altaris Sancte Margarethe.*

Dedicatio altaris Sce Margarethe siti in choro abbatie Thuricensis celebrari debet proxima dominica post festum Beate Margarethe. Et hoc altare consecratum est a venerabili in Christo patre Johanne Retreensi Episcopo[2]) in honore Sce Margarethe, Marie Magdalene, Sce Verene et omnium virginum cum indulgentiis XL dierum criminalium et unius anni venialium et solummodo pro octava Beate Marie Magdalene durabunt indulgencie.

3) *Dedicatio altaris Sancte Marie.*

Item altare S. Marie in Capella nostri Monasterii consecratum est a venerabili in Christo patre Johanne Retreensi Episcopo in honore Dominici Corporis, Beate Marie Virginis et Trium Magorum. Et ejus dedicatio celebranda est proxima dominica post assumptionem Beate Marie cum indulgenciis XL dierum criminalium et unius anni venialium et indulgencie reperiuntur in singulis festivitatibus Sce Marie et per Octavam Corporis Christi.

4) *Dedicatio altaris Sancti Johannis Baptiste.*

Item altare Sci Johannis Baptiste consecratum est ab Episcopo de quo supra in honore Scm Johannis Baptiste et Johannis Evangeliste et omnium Apostolorum et Patriarcharum et ejus dedicatio celebranda est proxima dominica post festum decollationis Sci Johannis Baptiste cum indulgentiis ut supra, que in quolibet istorum patronorum festo reperiuntur et solummodo per octavam nativitatis Sci Joannis Baptiste.

5) *Dedicatio altaris SS. Jacobi et Leodegari.*

Item proxima dominica post festum Beati Galli confessoris celebratur dedicatio altaris SS. Jacobi et Leodegari et indulgencie date sunt a novem Episcopis a quolibet XL dierum criminalium et anni unius venialium et durant per octavam.

6) *Dedicatio altaris Sci Beati confessoris.*

Item altare S. Beati consecratum est per Rev^m in Chr. patrem et dominum, dominum Heinricum Episc. Constantiensem in honore SS. Laurentii, Georgii, Cornelii, martirum, Antonii, Fridolini, et Beati confessorum. Et ejus dedicatio celebratur proxima dominica post festum Corporis Christi cum indulgenciis consuetis.

7) *Dedicatio altaris Sci Jodoci confessoris.*

Item hec sunt patrocinia altaris Sci Jodoci, in die Sci Oswaldi, in die Sci Jodoci, Sci Christophori, Sci Vincentii, Sci Erhardi, Sce Marie Magdalene. Et ejus vera dedicatio celebranda est in octava Pasce cum magnis indulgenciis.

8) *Dedicatio altaris Sce Fidis.*

Item altare Sce Fidis consecratum est in honore Sce. Fidis virginis et martiris, Sci Stephani protomartyris, Sce Crucis, Sci Servatii, Sce Dorothee et Beate Barbare. Et dedicatio ejusdem altaris celebratur crastina die post festum B. Fidis cantando vesperas ante altare Sce Fidis et crastina missam et habentur indulgentie XL dierum criminalium et unius anni venialium. Que etiam inveniuntur singulis festivitatibus singulorum patronorum.

II. Begehung der Feste.

Hec sunt servicia in festis mobilibus occurrentia:

1) *Et primo de Festo Trinitatis quod sub pleno officio celebrari debet.*

Ex ordinacione Catherine de Guttenberg [3]) Claustralis hujus Monasterii datur de festo S. Trinitatis, quod celebratur proxima feria secunda post octavam Pentecostes I modius tritici de ca- Capituli Dominabus et Canonicis tum presentibus publice misse. Doctor puerorum et Sacrista habebunt portiones suas. Plebano vero et Ebdomedario, si presentes fuerint, duplex portio cedit.

2) *De festo Corporis Christi quod duplici sub festo celebrari debet.*

Item in festo Corporis Christi dantur I modius tritici et sex quartalia tritici de camera Capituli Dominabus, Canonicis et Cappellanis videlicet Nicolai, Jacobi, Thuribulario, et Jodoci, necnon Scholastico presentibus primis, vesperis et misse publice et matutine. Ex ordinacione Henrici de Loubegge Caplani St. Judoci.

Item ex ordinacione Elisabethe de Matzingen Abbatisse hujus Monasterii dantur de camera Capituli II quartalia tritici Dominabus, Canonicis et quatuor Cappellanis, videlicet Nicolai, Judoci, Jacobi et Leodigarii, presentibus processioni, que solet fieri ea die, feria sexta infra octavam Corporis Christi.

Item sabbatho immediate sequenti ex ordinacione ejusdem Anne [4]) dantur II quartalia tritici de camera Capituli Dominabus et Canonico presentibus ut supra.

Item Dominica infra octavam festi datur I modius tritici de camera Capituli Dominabus et Canonicis tantum presentibus publice misse.

Item ex institucione prefate domine Anne de Keiserstul, dantur feria secunda infra octavam Corporis Christi II quartalia tritici de camera Capituli Dominabus et Canonicis, tantum presentibus publice misse.

Item ea ordinacione dantur feria tertia I modius tritici et feria quarta infra octavam dantur II quartalia et in octava Corporis Christi datur I modius tritici de camera Capituli Dominabus et Canonicis, tantum presentibus publice misse. Scholarum Rectori debet dari panis ac pauperibus scholaribus de modio tritici tantum, qui distribuuntur in octava. Et quelibet illarum feriarum infra octavam et octava Corporis Christi inclusive celebretur sub pleno officio.

3) *De singulis feriis quartis Quatuor Temporum.*

Item ex ordinacione quondam domini Henrici Mannessen sacerdotis, Canonici hujus monasterii, dantur Dominabus et septem Canonicis, tantum singulis feriis quartis jejuniorum Quatuor Temporum, II quartalia tritici de camera Capituli, et ideo memoria ipsius specialis haberi debet.

4) *De processionibus que peragentur in diebus Rogationum.*

Item feria secunda processio fit ad Sanctum Stephanum, ad cappellam Sanctorum Martyrum Johannis et Pauli.

Item feria tertia in diebus Rogationum processio fit ad Ecclesiam Parochialem Principis Apostolorum.

Item feria quarta dierum eorumdem processio fit ad Ecclesiam Parochialem Prepositure Thuricensis et inde descenditur per gradus in reditu ad Aquaticam.

Item in die Sancti Marci Evangeliste et Martyris processio fit ad Ecclesiam Sancti Petri Apostolorum Principis.

5) *Festum Coene Domini.*

Hic notetur, quod in Coena Domini III modii tritici pistantur, de quolibet quartali X panes magni. Item cum predicto tritico I modius tritici pistatur, de quolibet quartali XV panes minores. Item eodem die datur I libra de Mure, de quibus redditur I (denarius) pro solventibus istam et IIII panes magni. Qui denarii cum predictis panibus distribuuntur in hunc modum:

Plebano monasterii VIII panes dantur et I solidus. Item VI Canonicis et Capellanis Sancti Nicolai, Thuribuli, et capelle in Sila, et pistori, magistro cocorum, cuilibet istorum dantur eodem die IIII magni panes et VI denarii. Item sacriste IIII magni panes. Item dantur II magni panes et II parvi panes pro suspensione purpurorum [5]) in monasterio facienda. Item II staupe rubri vini. Item molendinatori molendini siti Zum Stein III magni et II parvi panes et IIII denarii et II staupe dicti vini. Item de piscina in Mure eodem die XXV solidi de quibus redduntur piscatoribus XVIII denarii. Item ministrari debent eis IX panes magni et III staupe predicti vini. Similiter debet fieri per totum de piscina in Vellanden. Item piscine in Stadelhofen ministrantur X magni et IX parvi panes et V staupe dicti vini et XIX denarii. Item sex cultoribus vinearum in Müllehalden et II cultoribus vinee Stadelhofen, quam colit H. Tuingeli et insuper omnibus officialibus, tam cocis quam aliis, viris et mulieribus, quibus (cuilibet istorum) furfureus panis datur I magnus et I parvus panis et II denarii et unum poculum predicti vini ministratur. Item Scolastico II magni

et II parvi panes et IIII denarii et staupa predicti vini datur. Item pellifici seu sartori Dominarum tantumdem ministretur. Item sutori Dominarum II magni et I parvus panis et III denarii et staupe vini. Item purganti ambitum et capitulum I magnus et I parvus panis datur.

III. Verpflichtungen der Geistlichen und des Sacristans.

1) *Statutum qua hora Altariste celebrare debent missas suas.*

Nos Elyzabeth Dei gratia Abbatissa totumque capitulum Dominarum et Dominorum Canonicorum Monasterii Abbacie Thuricensis. Ne per Cappellanos Monasterii nostri qui ratione suorum beneficiorum ecclesiasticorum ad celebrationem missarum in nostro Monasterio obligati existunt, hujusmodi missas prepropere seu minus tarde contingat celebrari, sed quod ordo decens et conveniens in hujusmodo missis decantando seu dicendo observetur, ordinando statuimus et statuendo ordinamus, ut nullus Cappellanorum aliquo dierum antequam Plebanus seu socius plebani nostri Monasterii ad missam popularem Sacramentum Eukaristie elevaverit ad celebrandum suum altare accedat. Sed post elevationem Eukaristie Sacramenti quisque Cappellanorum prout tenetur officium suum exequatur. Si quis autem Cappellanorum ex institutione sue prebende seu ex largicione pia ipsi Altari facta tenetur et obligatus est ad peragendum missarum sollempnia aliis diebus, quam sibi prescripto ordine ascriptis, seu quis eis ex devotione missam voluerit celebrare, volumus, ut hora eadem observetur.

2) *Statutum quomodo sacrista de qualibet missa in monasterio nostro celebrata debet habere unum denarium.*

(Kloster Zürich.) 21. August 1326.

zu gehen und ohne des Bürgermeisters und der Räthen willen nicht wieder dahin ze kommen, auch nichts ze werben, dass dem Gottshauss oder dessen Ordnung schädlich sein möchte; was aber dessen die Ursach, ist unbekannt.«

J. J. Hottinger Helv. Kircheng. V. 203. („*Ex Actis publicis*“).

446.

Bischöfliche Citation betreffend allfällige Einsprachen gegen die erfolgte Wahl der Aebtissinn Anna von Bussnang.

Konstanz. 2. August 1398.

Burkardus [1]) Dei gratia Episcopus Constantiensis Dilectis in Christo plebanis Ecclesiarum Thuricensium ceterisque presbiteris ibidem beneficiatis ad quos presentes pervenerint salutem in Domino. Comparuit coram nobis die hodierna qua data presencium conscribitur . . . procurator Nobilis Anne de Bussnang, tunc Canonice professe Monasterii sanctorum Felicis et Regule Thuricensium Ordinis sancti Benedicti nostre dyoecesis, in Abbatissam dicti Monasterii ex morte quondam Beatricis sui novissime Abbatisse vacantis per formam scrutinii electe, Nobisque hujusmodi electionis decretum canonice factum et in publicam formam redactum ac sanum et integrum presentavit et per nos munus confirmacionis et alia ipsi Anne domine sue in hac parte impendenda sibi impendi petivit. Nos, juxta doctrinam apostolicam nemini cito manum imponere, vel in suo jure derogare, sed in hiis juris ordinem servare volèntes, Vobis et cuilibet vestrum, qui presentibus fueritis requisiti, in virtute sancte obediencie firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus in Ecclesia dicti Monasterii suisque in cancellis, et alibi ubi fuerit expediens, omnes et singulos quorum interest et qui sua quovismodo crediderint interesse et qui se hujusmodi electioni et eidem Electe opponere voluerint et valuerint per modum proclamationis peremptorie citetis, quos et nos taliter presentibus citamus et vocamus, ut coram nobis seu nostro in spiritualibus vicario generali, cui etiam quantum ad hoc, in quantum necesse vel utile fuerit, plenarias auctoritatem et potestatem commisimus et committimus per presentes, in ambitu Ecclesie nostre Constantiensis feria quinta ante festum beati Laurencii martyris proxima [2]) hora prime compareant ad dicendum et proponendum quicquid contra dictam electionem de ipsa Anna ut predicitur factam et ejus personam dicere et proponere voluerint, et quare ad confirmacionem dicte electionis procedi non debeat. Alioquin si non comparuerint, vel comparuerint, nichil tamen rationabile in oppositum dixerint allegaverint seu ostenderint, ad hujusmodi confirmacionem et alia per ipsum procuratorem ut premittitur petita, prout justum fuerit, procul dubio procedetur. Diem vero et horam execucionis presencium, et quicquid in premissis feceritis et vobis occurrerit, nobis seu dicto nostro vicario vestris sub sigillis seu per publica

instrumenta fideliter rescribatis usque ad terminum predictum. Datum Constantie Anno Domini Millesimo Nonagesimo Octavo. iiij Nonas Augusti. Indictione sexta.

[1]) Burkhard, Freiherr von Hewen, Bischof von Konstanz 1388—1398 (30. Sept.). [2]) Auf den 8. August 1398.

Stadtarchiv Zürich. (*Das einst auf dem Rücken des Pergamens angebrachte Siegel von rothem Wachs ist zerstört.*) — *Abschrift: Doc. Abb. II.* 809.

447.

Bischof Burkhard von Konstanz bestätigt die erwählte Aebtissinn Anna von Bussnang.

Konstanz. 8. August 1398.

In nomine Domini amen. Burkardus Dei gratia Episcopus Constantiensis Omnibus presencium inspectoribus subscriptorum noticiam cum salute. Pridem coram nobis comparente discreto Francisco Kloter, procuratore et nomine procuratorio Nobilis domine Anne de Bussnang tum Conventualis Monasterii sanctorum Felicis et Regule Thuricensium, ordinis sancti Benedicti nostre dioecesis, in Abbatissam dicti Monasterii protunc ex morte quondam Beatricis ultime et novissime ipsius Monasterii Abbatisse vacantis per formam scrutinii per venerabiles dominas Sigunam de Rosnegg, Benignosam et Benedictam de Bechburg sorores, Johannam de Krenkingen, Claram de Arburg et Anastasiam de Clingen, conventuales dicti Monasterii, concorditer electe, et nobis verum electionis decretum .... presentante....

(Folgt nun die Angabe, der Bischof habe allfällige Einsprachen gegen die Wahl nach Uebung citirt; in Gestalt eines Auszuges der Citation B. 446.)

Verum quia in hujusmodi citacionis seu proclamationis termino discretus Johannes Strassburg de Brysaco, alias Brüngger, notarius curie nostre Constanciensis, procurator et procuratorio nomine predictarum dominarum et Capituli Monasterii predicti necnon domine Anne de Bussnang electe, de cujus sufficientibus mandatis procuratoriis tunc per eundem die hora et loco predictis coram nobis productis nobis constitit evidenter, coram nobis ibidem sollempniter et publice pro tribunali sedentibus comparuit,

(Folgt nun die Angabe: Da keine Einsprecher gegen die Wahl erschienen, so habe der Notar Brüngger, der den Nachweis über die Vollziehung der bischöflichen Citation geleistet, begehrt, dass der Bischof die Citirten als *contumaces* und alles Rechts künftiger Einsprachen verlustig erkläre und die Erwählte bestätige; worauf der Bischof zu allfälligen Einsprachen gegen die Wahl durch den *preco seu proclamator Curie nostre Constantiensis* noch drei Mal öffentlich aufrufen lässt, dann aber, da Niemand erscheint, dem Begehren des Notars willfahrt):

citatos predictos contumaces reputavimus et decrevimus eosdem excludendos esse et exclusimus ab opposicionibus antedictis ac ipsam dominam Annam et ejus electionem in Abbatissam dicti Monasterii confirmandam esse, quam etiam confirmavimus in scriptis pronunciando similiter in hec verba

videlicet: Quia per inquisicionem nostram diligentem et informacionem sufficientem in hac parte factam repperimus dominam Annam de Bussnang professam etc. in Abbatissam ... canonice et concorditer electam hujusmodique eletionem tam in sui forma quam in materia fuisse et esse canonicam et per electrices ydoneas videlicet per totum Capitulum dominarum dicti Monasterii de persona dicte domine Anne similiter ydonee rite concorditer et legitime celebratam ..... Idcirco Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et habentes pre oculis solum Deum auctoritate nostra ordinaria ... pronunciavimus, decrevimus et declaramus electionem predictam .... esse canonicam et confirmandam eamque in Dei nomine confirmamus hiis scriptis necnon ipsam dominam Annam electam et confirmatam, ymo potius te Johannem de Brisaco alias Brüngger procuratorem ..... loco et vice ejusdem domine Anne, per annuli nostri tradicionem de dicto Monasterio et ejus Abbatia duximus investiendum et investimus etc.

(Folgt der Auftrag an Magister Johannes von Stettfurt, Chorherr der Abtei, oder an jeden andern daselbst verpfründeten Priester, die neue Aebtissinn auf deren erstes Begehren in den wirklichen Besitz der Abtei zu setzen und zu bewerkstelligen, dass »*sibi ab omnibus et singulis ipsius Monasterii Conventualibus, Canonicis et officiatis, necnon vasallis emphiteotis censitis hominibus colonis et debitoribus dicti Monasterii et quibuslibet aliis, sicut ad quemlibet ipsorum pertinet, obediencia et reverencia debita exhibeatur ac homagia et fidelitatis juramenta, prout ad eos pertinet, prestentur atque de bonis juribus redditibus censibus decimis et obventionibus ad dictum Monasterium pertinentibus effectualiter respondeatur*«).

In quorum omnium testimonium presentes nostre confirmacionis litteras per discretum Ulricum Mark publicum Imperiali auctoritate et Curie nostre Constantiensis notarium subscriptum scribi et publicari mandavimus nostrique sigilli Episcopalis fecimus appensione communiri. Acta sunt hec in ambitu Ecclesie nostre Constantiensis et datum Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo octavo. Indictione sexta. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini, domini Bonifacii digna Dei providencia pape noni, anno nono. Die Jovis ante festum beati Laurencii martyris, octava mensis Augusti, hora primarum vel quasi ipsius diei. Presentibus Reverendo in Christo patre domino Hainrico eadem gratia Episcopo Termopolensi [1]), nostro in pontificalibus vicario, necnon honorabilibus dominis Magistro Petro Liebinger et Hugone Ellend canonicis Ecclesie nostre Constantiensis predicte, Magistro Johanne Senger canonico Ecclesie sancti Stephani Constantiensis nostro in spiritualibus vicario generali, Johanne Raster preposito Ecclesie sancte Verene Zurtziacensis dicte nostre dyoecesis Sigillifero, ac discretis Hainrico Basserstorf, Johanne Binder et Conrado Walker, notariis Curie nostre Constantiensis predicte, pluribusque aliis etc.

Et ego Ulricus dictus Mark de Stain, publicus Imperiali et curie Constantiensis supradicte notarius juratus etc.

[1]) Sollte heissen *Termopilensi*. Siehe B. 451.

Stadtarchiv Zürich. *(An grünseidener Schnur hängt das zierliche Siegel des Bischofs, in rothem Wachs. Oben Maria mit dem Jesuskinde; unterhalb das Wappen des Bisthums und das Hauswappen des Bischofs »von Hewen«. Die Umschrift: S. BVRKARDI. DEI. GRA. EPI. CONSTANCIENSIS.)* — *Abschrift*: Doc. Abb. II. 813.

448.

Zollverleihung an Eberlin Tascher.

Jahr 1399.

Item Eberlin Tascher hat empfangen den Zohl Zürich dieser nächsten drey Jahre, alle Jahr järlichen zu jeglicher Frohnfasten zu geben 13 Pfund 8 Schilling 8 Pfenning und fangen die Jahre an in dem 1400 Jahr zu Wiehnacht. Auch soll er unserm Gotteshaus annoch versessene Zins 30 Pfund, deren er alle Jahr 10 Pfund geben soll. So hat er uns versetzet sein Hauss und Hofstatt an unser Hand, wan es auch Erb ist, zu rechtem Pfand, untz das alles gewert wird.

Doc. Abb. II. 359. (*„Aus der Abbtey Frauen Münster altem Fertigungsbuch“.*)

449.

Aebtissinn Anna von Bussnang verleiht die Münze an drei Bürger der Stadt Zürich auf drei Jahre.

Zürich. 3. Februar 1400.

(Die Verleihung geschieht an: Pantaleon ab Inkenberg, Jacob Revel und Rudolf Kilchmatter. Dauer: bis St. Mathias Tag (24. Februar) 1403. Münzfuss: Acht Pfund sechszehn Schillinge sollen 1 Mark löthigen Silbers aus dem Feuer thun.)

Stadtarchiv Zürich. (*Des Rathes Siegel hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. III.* 33.

450.

Bischöfliche Citation betreffend allfällige Einsprachen gegen die erfolgte Wahl der Aebtissinn Benedikta von Bechburg.

Baden. 1. November 1404.

(In einer von Sonntag 2. November 1404 datirten Urkunde bezeugt Johannes Chuon de Stain, *clericus uxoratus Constantiensis dyoecesis, Imperiali auctoritate notarius publicus*, dass die von Bischof Marquard[1]) erlassene Citation betreffend Einsprachen gegen die Wahl der Aebtissinn Benedikta von Bechburg, *d. d. In oppido Baden*[2]). *Anno Domini MCCCCIIII. Kalendis Novembris. Indictione XII.* an eingangserwähntem Sonntag in Zürich in deutscher Sprache öffentlich verlesen worden, in Gegenwart seiner und des Heinrich von Walse, Chorherrn der Abtei und Prokurators der Aebtissinn:

a. *im Fraumünster, nach der* »in altari sancte Fidis extra chorum« *gehaltenen* »missa popularis«, *durch den Viceleutpriester der Abtei, Niklaus Wernheri*;

a. *in der Sct. Peterskirche, nach der von Herrn Niklaus Lamparter gehaltenen Messe, durch den Leutpriester von Sct. Peter, Rudolf von Gundelshofen;*

c. *im Grossmünster, nach der von dem dasigen Leutpriester, Heinrich Blümli, gehaltenen Messe, durch dessen Helfer* (socius) *Johannes Amlung von Mengen.)*

[1]) Marquard von Randegg, Bischof von Konstanz 1399–1406. [2]) Baden bei Zürich; sonst hätte die vom 1. November datirte Citation nicht schon am 2. November in Zürich verlesen werden können.

Stadtarchiv Zürich. (*Ohne Siegel; aber mit Notariatszeichen.*) — *Abschrift: Doc. Abb. III.* 73–79.

451.

Heinrich, Episcopus Termopilensis, weiht im Auftrage Bischofs Marquard von Konstanz die Aebtissinn Benedikta.

Zürich. 16. November 1404.

Nos Heinricus Dei et apostolice (sedis) gratia Episcopus Termopilensis [1]) Reverendi in Christo patris et domini domini Marquardi [2]) eadem gratia Episcopi Constantiensis Comissarius ad infrascripta recognoscimus per presentes, Quod sub anno Domini Millesimo quadringentesimo quarto, die festo beathi Othmari Abbatis et Confessoris que fuit dominica proxima post festum beati Martini Episcopi, Indictione XII^ma^, hora terciarum vel quasi ejusdem diei, in Monasterio sanctorum Felicis et Regule martirum Abbacie Thuricensis ordinis sancti Benedicti Constantiensis dioecesis, assistentibus nobis venerabilibus in Christo patribus ac dominis domino Hugone Abbate Monasterii Loci Heremitarum, domino Burkardo, domino Goetfrido, domino Heinrico, in Wettingen, in Rüti et in Cappella monasteriorum dicte dyoecesis Abbatibus, Venerabili in Christo Domine domine Benedicte electe et confirmate in Abbatissam Monasterii sanctorum Felicis et Regule Abbacie Thuricensis predicti munus benedictionis impendimus, adhibitis et observatis in hiis et circa ea sollempnitatibus debitis et consuetis. In quorum premissorum evidens testimonium presentes sibi tradimus litteras nostri appensi sigilli munimine roboratas. Datum et actum Anno Indictione Die hora et loco quibus super.

[1]) Vergl. B. 447. Bischof (*in partibus*) von Thermopylae. [2]) Marquard von Randegg. Vergl. B. 450.

Stadtarchiv Zürich. (*An einem Pergamenstreifen hängt, in rothem Wachs, dasSiegel; Bild ein Bischofes — stehend — mit der Umschrift: Secretum Heinr. epi. termopilensis.*) — *Abgedruckt: N. C. D. II.* 488. — *Abschrift: Doc. Abb. III.* 81.

452.

Aebtissinn Benedikta von Bechburg verleiht die Münze an zwei Bürger der Stadt Zürich auf zehn Jahre.

Zürich. 10. August 1405.

(Die Verleihung geschieht an: Jacob Revel und Ital Schwarzmurer. Dauer: bis St. Verena Tag (1. Sept. 1415. Münzfuss: sieben Pfund und sechszehn Schillinge sollen eine löthige Mark aus dem Feuer thun.

Stadtarchiv Zürich. (*Des Rathes Siegel hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. III.* 105.

453.

Pabst Innocenz VII. schützt die Abtei vor dem unberechtigten Eindringen von Nonnen verschiedener Orden.

Viterbo. 6. Februar 1406.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Justis et honestis supplicium votis, presertim per que animarum periculis obviatur et prudentibus virginibus, qui spreto mortalis viri thoro ei qui speciosus est pre filiis hominum se sponte voverunt, evagandi auferatur materia et tollatur occasio delinquendi, libenter annuimus, illaque favoribus prosequimur opportunis. Sane sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectarum in Christo filiarum Abbatisse et Capituli secularis Ecclesie sanctorum Felicis et Regule Abbacie Thuricensis Constantiensis Dyoecesis petitio continebat, quod, quamvis ipse illustres sint vel saltem de Comitum genere procreate nec in dicta Ecclesia mulieres inferioris nobilitatis aut gradus in Canonicas admittantur et in dicendis horis canonicis in eadem Ecclesia sancti Benedicti regulam seu consuetudinem observent, tamen non renunciant proprio neque predicti sancti Benedicti vel alium regularem ordinem profitentur, imo ad instar secularium mulierum illius patrie incedentes blanci, nigri, grisei et subrubri coloris vestimentis utantur et pro earum voluntate libito prout alie mulieres partium earundem matrimonia contrahunt, sicque ab antiquo in prefata Ecclesia exstitit observatum, tamen nonnunquam alique moniales, eundem aut sancti Augustini seu sancte Clare vel alium approbatum ordinem tacite vel expresse professe, litteris apostolicis vel legatorum apostolicis sedis quod ad parem vel arctiorem observancie regulam se transferre valeant per eas impetratis, ad eandem Ecclesiam, sub conficto vel fucato colore asserentes quod Ecclesia ipsa sit ejusdem ordinis sancti Benedicti, se transferri procurant, in animarum suarum periculum et delusionem ac vilipendium observancie regularis. Quare pro parte Abbatisse et Capituli predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut super premissis opportune providere paterna diligencia curaremus. Nos igitur super hiis, quantum cum Deo possumus, providere opportunis remediis cupientes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate apostolica tenore presencium statuimus et etiam ordinamus, quod Abbatissa ipsius ecclesie pro tempore existens et capitu-

lum predictum aliquas de cetero moniales, aliquem predictorum vel alium approbatum ordinem tacite vel expresse professas, auctoritate litterarum apostolicarum vel legatorum hujusmodi aut alias in dicta ecclesia recipere seu ad ipsarum conversacionem admittere minime teneantur nec ad recipiendum eas a quoquam valeant coartari. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Per hoc autem statum regulam et consuetudinem Abbatisse et Capituli ac ecclesie predictorum nolumus nec intendimus in aliquo approbare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Viterbii viij Idus Februarii Pontificatus nostri anno secundo.

Stadtarchiv Zürich. (*In einem Vidimus vom* 22. *November* 1406 *ausgestellt in der Sakristey der Abtei durch »Johann Rüschli, clericus Constantiensis dyoecesis, Thuregi commorans«, auf Bitte der Aebtissinn Benedikta von Bechburg und ihrer Chorfrauen Siguna von Rosnegg, Anastasia von Hohenklingen und Verena von Hohenklingen, und in Gegenwart des Petrus Nieman, Chorherr, und Johann de Wallwis, Viceleutpriesters der Abtei. — Ohne Siegel, aber mit Notariatszeichen. — Abschrift: Doc. Abb. III.* 117.

454.

König Ruprecht bestätigt der Aebtissinn Benedikta von Bechburg und ihrem Kapitel die Rechte und Freiheiten der Abtei, nimmt sie in des Reiches Schutz und verleiht dem Meister Konrad Elye, Probst zu Zürich, zu Handen der Aebtissinn die Regalien.

Heidelberg. 20. Juni 1406.

Wir Ruprecht von gots gnaden Römischer kunig zu allen ziten merer des Richs. Bekennen und tun kunt uffinbar mit diesem briefe allen den die yn sehent oder horent lesen. Wann wir allen unsern und des Richs undertanen und getruwen von angeborner miltekeit geneiget sin friede und gemache zu machen, yedoch wollen wir daz furbaz tun an den personen die dem Almechtigen got unserm Scheppfer in geistlichem ordenn nacht und dag dienent und yn fur uns bittent. Und herumb so haben wir angesehen demütige und flissige bete der Ersamen unser lieben andechtigen Benedicta von Bechburg Epptissen und Capitels des kloisters frauwenmünster der Apptie zu Zurich in Costentzer Bisthume gelegen, und haben sie alle yre nachkomen und dasselbe Cloister mit allen sinen gutern und zugehörungen, wo die gelegen oder wie die genannt sint in unsern und des heiligen Richs schirme gnedeclichen enpfangen, und enpfahen sie darinn in crafft diss briefes als sie auch in unser furfaren Romischer keiser und kunige und des heiligen Riches schirme von alterher gewesen sin, und auch darinn gehören. Wir haben auch den obgenannten Epptissen und Capitel zu Frauwenmünster mit wolbedachtem mute und gutem Rade unser fürsten Edeln und getruwen yre und ires Cloisters Regalia werltlichkeid lehenschafft und manschafft mit allen eren rechten nüt-

zen gerichten und zugehörungen gnedeclichen gelichen und gereichet, lichen und reichen yn die in crafft diss brieffs und Römischer kunglicher mechte vollenkomenheit zu haben zu halten zu besitzen und der zu geniessen in aller massen als die yre fürfaren und sie bissher gehabt genossen herbracht und besessen haben. Und der Ersame unser lieber andechtiger und getruwer meister Conrad Elye lerer in geistlichen rechten Probst zu Zürich hat auch dieselben Regalia werltlichkeit lehenschafft und manschafft mit allen eren rechten nutzen gerichten und zugehörungen an yre stad von uns als eyme Romischen kunge recht und redelichen enpfangen und uns davon gehuldet globet und gesworn als gewonlich ist. Darzu haben wir von besundern gnaden den obgenanten Epptissen und Capitel und dem Cloister Frauwenmünster mit gutem Rade rechter wissen und Römischer kuniglicher mechte vollenkomenheide alle und igliche ire Rechte, friheide und herkomen privilegia hantfesten und briefe, die yn von seliger gedechtnisse Romischen keisern und kunigen, unsern fürfaren an dem Riche, oder von andern fürsten und herren verlichen und geben sin, bestetiget bevestet vernuwet und confirmieret, bestetigen bevesten vernüwen und confirmieren yn die in crafft diss brieffs. Und gepieten herumb allen und iglichen fursten geistlichen und werltlichen Graven fryen herren Rittern knechten, Gemeinschafften der Stette, Merckte und Dorffern, und sust allen andern unsern und des Richs undertanen und getrüwen, das sie die obgenanten Epptissen und Capitel und daz Cloister frauwenmünster an den vorgenanten yren rechten friheiden herkomen privilegien briefen und hantfesten nicht hindern noch besweren, sunder sie daby geruwelichen und ungeleidiget bliben lassen, als liebe yn sy unser und des Richs swere ungnade zu vermiden. Urkund diss brieffs versiegelt mit unser kuniglicher majestad anhangendem Ingesiegel. Geben zu Heidelberg uff den nehsten Sontag nach der heiligen Mertler Viti und Modesti tag Nach Cristi gepurte viertzehenhundert und darnach in dem sechsten Jare, unsers Richs in dem Sechsten Jare.

Ad mandatum domini Regis Johannes Winhein.

Stadtarchiv Zürich. (*Des Königs Siegel hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. III.* 119.

455.

Bischöfliche Citation betreffend allfällige Einsprachen gegen die erfolgte Wahl der Aebtissinn Anastasia von Hohenklingen.

Klingnau. 31. December 1412.

Otto [1]) Dei gratia electus confirmatus Constantiensis honorabilibus in Christo nobis Dilectis Decano Camarario singulisque confratribus Decanatus et presertim plebanis sanctorum Felicis et Regule prepositure ac Abbatie et sancti Petri ecclesiarum Thuricensium nostre dioecesis ceterisque ad quos presentes pervenerint salutem in Domino et presenti nostro ordinario mandato firmiter obedire. Comparens coram nobis .... discretus Johannes Walwiser, presbiter dicte nostre dioecesis, venerabilis in Christo Anastasie de Clingen canonisse ....., nunc, ejusdem Monasterii Abbatia per

(mortem) bone memorie quondam Benedicte de Bechburg ..... vacante, in ipsius monasterii Abatissam ..... electe, procurator, ... citationem vim habentem et robur obtinentem proclamationis premittendam decrevimus et emisimus ..... vobis omnibus et singulis predictis et cuilibet vestrum in solidum ... mandamus, quatenus, alter alterum non expectans, ... statim visis presentibus accedens quo propterea fuerit accedendum, presertim monasterium dicte Abbatie subintrans, ibidem in cancellis ejusdem et alibi ubi expedierit ..... omnes et singulos quorum interest ..... citetis .... ut nona die post publicationem presentium .... coram nobis in oppido nostro Clingnow aut alibi ubi ea die nos didicerint personatim commorari compareant .... Quod si dicto in termino non comparuerint .... nos perinde ad ejusdem Anastasie Electe et sue electionis confirmationem ac ad alia sibi in hac (parte) pertinencia et opportuna ..... procul dubio procedemus. Et in signum executionis fidelis presentium sigilla et scripturas vestras presentibus tergotenus apponatis. Datum Clingnow sub sigillo nostro presentibus subappenso. Anno Domini Millesimo CCCCXIII^mo 2 Calendas Januarii Indictione sexta.

[1]) Otto, Markgraf von Hachberg oder Röteln, Bischof von Konstanz 1411—1434.

Stadtarchiv Zürich. (*Des Bischofs Siegel hängt, in rothem Wachs. Die Wappenschilde von Konstanz und von Hachberg, dazwischen der Bischofsstab; die Umschrift: S. Ottonis. dei. gracia. epi. Constantiensis. — Die Urkunde ist mit vielen Abkürzungen und flüchtig geschrieben; es fehlen z. B. die oben eingeklammerten Worte. Die in obigem Abdrucke weggelassenen Stellen enthalten die nämlichen Formalien wie B.* 446.) — *Abschrift: Doc. Abb. III.* 215.

456.

Aebtissinn Anastasia von Hohenklingen verleiht den Zoll in Zürich an Bürgermeister und Rath daselbst auf zehn Jahre.

Zürich. 17. Februar 1413.

Wir Anastasia etc. thuon kunt allermenglichem und verjechen offenlich mit disem brief, das die Erbern Wisen der Burgermeister und der Ratt der statt Zürich uns mit ernstlicher und flissiger bett etwa dik ankomen sint, das wir Inen und gemeinen Burgern Zürich unsern zoll und zoller Ampt so wir in der obgenanten statt Zürich haben genedeklichen geruochen wölten ze lichen. Des haben wir ir ernstlich bett erhört und och angesechen die nützliche und redlich dienst so die obgenanten der Burgermeister und die Rätt Zürich uns unsern vorvaren und unserm gotzhus dik und vil getan hant und noch in künftigen zitten wol thuon mügen. Da von haben wir von besundern gnaden mit guoter vorbetrachtung und mit Ratt unsers Cappittels dien obgenanten dem Burgermeister dien Räten und gemeinen Burgern Zürich den vorgeseiten zoll und zollerampt recht und redlich verlichen zechen gantze Jar so schierest nach einander koment nach Dat ditz Briefs, doch uns an unsern fürstlichen Eren uns und unserm gotzhus und allen unsern nachkomen an allen unsern fryheiten Rechtungen Ehafti Wirden und Eren gentzlichen unschedlich und unvergriffenlich und ouch

mit dien gedingen puncten und artiklen und sunderlich umb die gült dienst und Rechtungen als och hie nach geschriben stant.

Des ersten sullent die von Zürich den vorgenanten zol die vorgeseiten zechen Jahr us bi sinen Fryheiten und Rechtungen als das von alterhar komen ist, getrülich schirmen und halten, das er in dehein wise geschwechret wird, und dar zuo uns jez zemal unverzogenlich einen erbren Burger Zürich geben und dar stellen, der uns und unsrem gotzhus huld und swere mit dienste ze warten als ander zoller bis har gewohnlich gethan hand an geverd. Wer öch das der selb zoller, den sie uns jez also gebent, abging oder sust von demselben Ampt ging, wie sich das fuogte, so sullent sie uns je ein andern an des abgegangnen statt gebent, der uns und unsrem Gotzhus öch huld und swer ze warten ze gelicher wis als der tuond wirt und tuon sol, den sie uns jez für einen zoller gebent und antwurtent.

Item so süllent uns die von Zürich jez angendes, als bald sie uns ein zoller geantwurtent, als jez bescheiden ist, geben und usrichten zechen pfunt gewonlicher Züricher pfenning und dar nach je ze drin jahren zechen pfunt pfenning, untz das die obgenant jarzal uskunt, von dem obgenanten zoll ze erschatz, an als verzüchen und an allen abgang.

Item so süllent die obgenanten von Zürich uns oder unseren Nachkomen hinnenhin die vorgenanten zehen jar us in unsren Hof an allen abgang und an alles verzüchen bi guoten trüwen richten und weren von dem obgenannten Zoll alle fronvasten zechen pfunt achtzechen schilling und acht pfenning der obgenannten müntze; zwein unsren chorfrowen so wir jez in dem egenannten unsrem Gotzhus hant, namlich frow vrene von der hochen Clingen und frow Nesen von Fürstenberg, iro jedwedrer von dishin die obgenannt jarzil us och alle fronvasten ein pfunt und fünf schilling pfenning der egenannten müntz.

Bescheche aber das wir oder unser nachkomen und frowen eine oder mehr in das jezgenannt unser Gotzhus emphahen wurde oder empfienge, wer dan das man denselben ütz gebunden were von dem obgenanten zoll ze gebent, das mugent und süllent die egenannten von Zürich von dem vorgenanten Gelt, so sie jerlich uns oder unsren nachkomen ze den vier fronvasten gebunden sind ze gebent in unsren Hof als vorgeseit statt, nemen und daran abzüchen und die selben unser frowen, die also in künftigen ziten indrent den obgenanten zechen jaren in das egenant unser Gotzhus empfangen werdent, usrichten.

Dar zuo süllent die vorgenanten von Zürich dis nachgeschriben gült den lüten die es uff dem zoll hant ouch usrichten und bezaln die vorgenanten zechen Jar us ze den ziten als ouch hie nach ist bescheiden: des ersten Jacob Glentner Burgermeister der egenanten statt Zürich alle fronvasten ein pfunt pfenning. Item Johann Armbruster alle Jar sechs pfunt nün schilling und sechs pfenning. Item dem pfister alle fronvasten ein pfunt pfenning. Johann Tellinkon in nidern dorf alle fronvasten ein pfunt und ein schilling pfenning. Peter Oerin alle fronvasten nün schilling und nün pfenning. Ruodolf Brunen alle Jar zehen schilling pfenning. Heinrich Blettscher alli jar vier pfunt pfenning und Rüdger Schönenbüel alliu Jar Sechs und drissig schilling nün pfenning.

Item so süllent die obgenanten von Zürich die egenant Jarzal us all Wuchen richtten und weren Nün pfunt unschlitz ze dem grossen Münster in den kessel der da brennet bi unser Herren der selklichen Matrer grebern.

Item als dann alle die so in der obgenanten statt Zürich öl machent uf den pfragen Ir jeklicher alle Jar ouch einen becher öles geben sol, das öch in den zol gehöret, das selb öl süllent si öch an die stett und an die liechter, da es bis her hin geben ist, lassen volgen, umb das die säligen Heilgen ir liechter nit beröubt werden.

Item so süllent die vorgeseiten von Zürich die obgenant Jarzal us von dem vorgeseiten zoll alle wochen geben einem vogt Zürich einen griff salzes,

Dem Sigristen ze dem obigen unserm gotzhus und dem sigristen ze dem egenanten grossen Münster ir jedwederem all manod ein griff salzes. Dem nachrichter alliu jar zwei pfunt und zwölf schilling pfenning und all manod ein griff salzes. Dar zuo söllent die egenanten von Zürich auch, die wile und der zoll in iren handen stat, an eines zollers statt der das tuon solt besorgen, das die leiter an den galgen gevertget und dem nachrichter zwen wiss lidrin hentschuoch so er richten sol geköft und bezalt werden. Und da bi bestellen, das ein jeklicher Diep so in den stok kunt die ersten nacht verhuot werde, won das ein zoller ouch gebunden ist ze tuond.

Es süllent öch die vorgenanten von Zürich alle des obgenanten unsers gotzhus lüt sy syen gotzhus lüt oder eigen lüt die bis her zolles fry gewesen sint, sy syen in stetten oder in lendern wa und an welchen stetten si gesessen sint, da bi beliben lassen, nach dem als das von alter von recht oder von guoter gewonheit her komen ist, an all geverde.

Wenn ouch die obgenanten zehen Jar sich verluffen hand, wölten wir dann oder unser nachkomen, ob wir enwerin, die vorgenanten von Zürich bi dem zoll fürbasser nit lassen beliben, so süllent sy oder ir nachkomen uns oder unser nachkomen den selben zoll mit aller siner rechtung fryheit und Ehafti, als er bis her gewesen und an sy komen ist, gentzlich ungeswechret wider volgen lassen in sölicher mass, das wir und unser nachkomen den selben zoll dannen hin besetzen und entsetzen mugen nach dem als wir und unser vordern bis her getan hant, und ensöllent si noch ir nachkomen uns dar an weder sumen noch irren, in dehein wise, denn als verr sy, mit sölicher früntschaft als jetz beschechen ist, mit uns unsers gotzhus oder unserer nachkomen früntschaft überkomen mögent an alle argelist.

Und won wir die vorgenant fro Anastasia von der hochen Clingen Eptischin des egenanten gotzhus Zürich den egenanten dem Burgermeister den Räten und den Burgern gemeinlich der obigen statt Zürich semlich gnad und früntschaft getan haben, des si uns unserm gotzhus und unsern nachkomen billicc ze danken hant, dar umb so hant si mit guoten trüwen gelopt für sich und ir nachkomen alles das, so an disem brieff geschriben statt, war und stet ze haltend und ze volfürent, die vorgenanten erschätz und gült und dienst als vor erzellet ist, uns, den obgenanten unsern frowen und andern lüten ze den ziten und in der wise als vor ist bescheiden an alles verzichen uszerichtend und hie wider noch wider dehein stuk so an disem brief begriffen ist niemer ze tuon weder mit gerichten geistlichen noch weltlichen noch an gericht noch sust in dehein ander wise durch sy selb noch durch nieman anders an alle arge list und an alle geverde. Des ze einem offenn waren urkund und mer sicherheit aller vorgeseiten ding und geding, so haben wir unser Abty Insigel offenlich gehenkt an disen Brieff. Der geben ist an dem sibenzechenden tag des Manodes Brachotz do man zalt von Cristus geburt vierzechen hundert Jar dar nach in dem drizehenden Jar.

Stadtarchiv Zürich. (*Alte Abschrift auf Papier. Der Gegenbrief des Rathes von demselben Tage ebendaselbst in originali mit dem Rathssiegel.*) — *Abschrift: Doc. Abb. VIII.* 519—529. — *Abdruck des Gegenbriefes des Rathes bei Hottinger Specul. helv. tig.* 252. *Abschrift desselben: Doc. Abb. III.* 207.

457.

Aebtissinn Anastasia von Hohenklingen verleiht die Münze an drei Bürger der Stadt Zürich auf drei Jahre.

Zürich. 6. Januar 1415.

(Die Verleihung geschieht an: Ital Schwarzmurer, Erhard Thye und Peter Oeri. Dauer: bis St. Martinstag (11. November) 1418. Münzfuss: Fünf Pfund dreizehen und ein halb Schilling Angster sollen eine löthige Mark Silber aus dem Feuer thun.

Stadtarchiv Zürich. (*Des Rathes Siegel hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. III.* 213.

458.

Bestätigung der Freiheiten und Rechte der Abtei Zürich durch König Sigismund.

a. Aebtissinn Anastasia von Hohenklingen ernennt ihren Vater, Herrn Walther von Hohenklingen, Herrn zu Stein, und den Probst von Zürich, Meister Konrad Elye von Laufen, zu ihren Bevollmächtigten bei König Sigismund.

Zürich. 31. Januar 1415.

In nomine Domini Amen. Cunctis ..... pateat .... quod sub anno nativitatis domini ejusdem millesimo quadringentesimo quinto decimo Indictione VIII Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Johannis digna Dei providentia Pape XXIII. anno ejus quinto, ultima die mensis Januarii, ... in curia Abbatie monasterii sanctorum Felicis et Regule Abbatie Thuricensis ..... in testium meique notarii publici subscriptorum presentia personaliter constituta venerabilis et religiosa in Christo domina, domina Anastasia Dei gratia Abbatissa Monasterii Thuricensis, ... Nobilem virum dominum Waltherum de Hochen Klingen, liberum, dominum Oppidi Stain Dioecesis Constanciensis antedicte, patrem suum legitimum et naturalem, necnon venerabilem et eximie peritie virum dominum Magistrum Conradum Elye de Louffen, decretorum doctorem egregium, prepositum Ecclesie Sanctorum Felicis et Regule Martyrum predictorum prepositure Thuricensis, ... absentes, tamen tamquam presentes, ... constituit et deputavit ac presenti instrumento facit creat ordinat et deputat suos in solidum procuratores ..... dans eisdem .... mandatum .....

coram Serenissimo principe domino nostro, domino Sigismundo Dei gratia Romanorum et Ungariae rege comparendi .... res feudales et non feudales per ipsum dicti sui monasterii nomine a sacro Romano Imperio hactenus gratiose habitas et possessas ..... de novo conferri et nichilominus etiam omnia privilegia, immunitates et libertates ..... per eundem dominum nostrum Dominum Romanorum et Ungarie regem confirmari approbari et sibi quo supra nomine auctorisandi, petendi, impetrandi et obtinendi ..... etc. Que acta sunt presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris Dominis Domino Conrado Elie de Loufen plebano et canonico Monasterii, Johanne Ruetschart Capellano Monasterii Abbatie Thuricensis, presbyteris, atque Johanne Moeg supradicte Domine Abbatisse constituentis famulo, testibus ad eadem premissa vocatis et rogatis.

Et Ego Johannes Chuon de Stain clericus Constanciensis dioecesis suprafate publicus auctoritate imperali necnon venerabilium virorum Dominorum prepositi et capituli ecclesie prepositure Thuricensis similiter antedicte notarius juratus etc.....

Stadtarchiv Zürich. (*Pergamen, geschrieben und unterzeichnet von dem Notar Joh. Chuon. Ohne Siegel. — Die oben weggelassenen Stellen sind bloss amplificirende Formeln.*) — *Abschrift: Doc. Abb. III.* 231.

b. König Sigismund bestätigt der Aebtissin Anastasia von Hohenklingen und ihrem Kapitel die Rechte und Freiheiten der Abtei, nimmt sie in des Reiches Schutz und verleiht dem Meister Konrad Elye, Probst zu Zürich, zu Handen der Aebtissinn die Regalien.

Konstanz. 27. Februar 1415.

(Die Urkunde ist im Wesentlichen gleichlautend mit B. 454. Das Datum : »Geben czu Costentz nach Cristi geburt vierczehnhundert Jar und dornach in dem fünfczehendisten Jare des nechsten Mittwochens nach Reminiscere in der vasten, unser Riche des Ungrischen etc. in dem achtundtzweintzigisten und des Römischen in dem fünften Jaren.« *Per dominum Johannem prepositum de Strigonio*[1]), *vicecancellarius Michel de Priest, canonicus Wratislawensis*[2]).

[1]) Strigau in Schlesien. [2]) Breslau.

Stadtarchiv Zürich. (*Des Königs Siegel hängt.*) — *Abschrift: Doc. Abb. III.* 239.

459.

Pabst Martin V. verordnet, dass nur wirklich residirende Mitglieder der Stifte in Zürich an deren Einkünften Theil haben sollen.

Konstanz. 18. December 1416.

Martinus episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam, Ammonet nos suscepti cura regiminis et authoritas pontificalis inducit, ut pro felici statu Ecclesiarum omni exacte conside-

rationis indagine perseverantes sic ipsarum indempnitatibus consulamus, ut, ab eis singulis sublatis dispendiis, votivis jugiter gratulentur eventibus, in eis quoque devote sollicitudinis studio benedicatur Altissimus et divinorum cultus continuum suscipiat incrementum. Sane petitio carissimi in Christo filii nostri, Sigismundi, Romanorum et Ungarie Regis illustris, nobis nuper exhibita continebat, quod — licet suorum predecessorum Romanorum Imperatorum piis incurrentibus suffragiis Sanctorum Felicis et Regule Prepositure, pro preposito, et illa necnon Abbatie oppidi Imperialis Thuricensis Constantiensis dioecesis Ecclesie pro nonnullis canonicis, in qualibet earundem Domino perpetuo servituris, adeo sufficienter dotate existant, quod omnes et singuli qui preposituram, que dignitas principalis existit Prepositure, aut canonicatum et prebendam alicujus earundem Ecclesiarum obtinet pro tempore, apud hujusmodi Ecclesias residendo et divinis propter que ecclesiastica sortiuntur stipendia inibi interessendo de facultatibus et redditibus ac fructibus et obventionibus, eorum singulis ratione dignitatis hujusmodi necnon suorum canonicatuum et prebendarum ibidem contingentibus, possint sustentari decenter eisque incumbentia onera pro tempore supportare — quia tamen illi qui eosdem dignitates necnon canonicatus et prebendas hactenus obtinuisse noscuntur, quandam in hoc abusivam, que ab olim inolevit, ibidem consuetudinem imitantes, tantum fere, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, de suorum prepositure necnon canonicatuum et prebendarum prefatorum facultatibus et redditibus ac fructibus et obventibus hujusmodi etiam alibi residendo perceperunt sive percipere potuerunt hucusque, quantum aliis in similibus cedere consuevit inibi divinis insistendo, antedicti, plerique ex eis, non sine suarum animarum periculo fructus et emolumenta non onera quomodolibet complectentes apud dictas Ecclesias residere et hujusmodi divinis interesse non curarunt hactenus nec curant; unde dictis Ecclesiis suorum personarum et ministrorum presentia carentibus divinus cultus populique devocio tempescunt ibidem et eorundem dotantium pia voluntates et desideria multipliciter defraudantur. Quare pro parte dicti Regis nobis humiliter fuit supplicatum, ut in premissis earundem Ecclesiarum statui et indempnitatibus opportune consulere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui animarum occurrere periculis et eundem cultum nostris potissime temporibus augere et augeri intensis desideriis affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore presentium statuimus pariter et ordinamus, quod omnes et singuli facultates et redditus fructus quoque et proventus Prepositure necnon canonicatuum et prebendarum predictorum qui nunc sunt et largiente Domino per dictos filios Prepositum et Capitula Ecclesiarum earundem labente tempore juste poterunt adipisci, undecunque proveniant, inter illos duntaxat ex ipsis, qui apud dictas Ecclesias, salvo duorum mensium spatio inter quod continuo vel interpolatim eis pro aliis suis deducendis negotiis a prefatis Ecclesiis absentare licet, alias veluti residentes et hujusmodi divinis interessentes vel litterarum studio in loco ubi illud vigeat generali insistentes pro tempore habiti et reputati inibi fuerint, juxta ratam tunc ipsorum quemlibet contingentem et prout hactenus circa residentes ac hujusmodi divinis interessentes ibidem conversari est consuetum, realiter dividentur. Hujusmodi quoque Capitula vel alii quorum interierit pro tempore ad dandum vel assignandum de facultatibus et redditibus necnon fructibus eisdem alias cuiquam ex predictis minime teneantur nec ad id a quoquam compelli possint inviti. Decernentes omnes et singulos processus necnon excommunicationum, suspensionum et interdicti sententias, censuras ecclesiasticas atque penas,

quos contra presentium statuti et ordinacionis continentiam atque formam, quavis etiam auctoritate, haberi vel promulgari ac totum id est et quicquid secus fieri contigerit, nullius existere firmitatis; non obstantibus privilegiis et indultis ac litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, etiam si de illis et hujusmodi tenoribus presentibus specialis et expressa ac de verbo ad verbum mentio foret habenda, necnon statutis et consuetudinibus Ecclesiarum predictarum juramento confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam nostrorum statuti ordinacionis et confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Pauli et Petri apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Constantie. XV Kalendas Januarii Pontificatus nostri anno primo. Anno Domini Millesimo quadringentesimo XVI, decima octava die mensis Decembris presens bulla est impetrata.

Doc. Abb. III. 307.

460.

Aebtissinn Anastasia von Hohenklingen und ihr Kapitel erneuern die Statuten der Abtei.

Zürich. 17. Februar 1417.

In nomine Domini amen. Cunctis hoc presens publicum instrumentum intuentibus pateat evidenter, quod sub anno nativitatis Domini ejusdem Millesimo quadringentesimo decimo septimo, Indictione X, Apostolica Sede vacante, die Mercurii, decima septima Mensis Februarii, in Curia Abbatie Monasterii sanctorum Felicis et Regule thuricensis etc. .... venerabilis et religiosa in Christo Domina, Domina Anastasia Dei Gratia Abbatissa ..... una cum honorabilibus dominabus et dominis canonissis et canonicis quibusdam certis, eiusdem Monasterii thuricensis Capitulum facientibus, etc..... attendentes, quod jure testante non sit reprehensibile, si secundum varietatem temporum statuta quoque variantur humana, cum etiam incommutabilis Deus, mutans omnia, nonnulla in veteri testamento statuerit que in novo in melius immutavit, omnisque res per quascumque causas nascitur per easdem etiam in contrarium agentes dissolvatur,..... omnibus in simul concordantibus, expresse proinde statuerunt et ordinaverunt ..... articulos sive statuta subjunctos seu subjuncta ..... deinceps observandos fore et observanda.

Primo videlicet quod presentie anniversariorum ipsorum juxta libri ipsius universalis notata hactenus .... deservite et distribute ex nunc inantea ..... distribui debeant et teneantur presentibus ibidem et equaliter per eosdem deserviri, et nichilominus etiam capellani ipsius monasterii in presentiis ipsis ad deserviendum debitis cum dominabus et dominis de capitulo ..... in distributioni-

bus eorumdem equaliter participare, solis tamen illis diebus quibus hec dicto eorum libro anniversali ascribuntur et non alias nec ultra. Demum quod quicumque in Canonicum Thuriferi seu ad beneficium Plenarii dicti sui monasterii inantea accipiatur, quotienscunque ... fiat, ... infra octo dies proximos a tempore receptionis sue .. cuilibet ex dominabus et dominis de Capitulo ..... et insuper etiam in beneficiis Turibuli et Plenarii constitutis et etiam tribus eorum officialibus scilicet collectori divisori et pistori, qui pro tempore fuerint, pro servitio quod staupa dicitur unum cifum vini mensure thuricensis optimi quod tunc actu Turegi propinatur et cum hoc etiam omnibus eisdem duos modios tritici mensure ejusdem in pane vulgo Simlen nuncupato, equaliter distribuendos inter eosdem, et similiter Dominis Capellanis et socio in divinis Domini plebani ..... cuilibet ex eisdem unum cifum vini melioris terre hujus quod etiam tunc actu Turregi venditur et etiam omnibus eisdem unum modium tritici ..... det, solvat et ministret etc. ..... nisi talis vigore et auctoritate quorum sub expectatione prebende receptus fuerit vacantem prebendam de jure sibi debitam subsequenter assecutus ... existat, in quo casu talem ad solvendum servicium hujusmodi medio statuto presenti ligari noluerunt nisi solum dumtaxat pro una vice. Ceterum quod quilibet eorundem ad vacantem prebendam canonicalem, thuribuli seu plenarii per eos ..... receptorum et admissorum, quotiens hoc fiat, inantea infra dimidii anni spatium ..... cappam choralem valoris duarum marcharum argenti ..... seu duas marchas argenti ipsi suo monasterio solvet et expedire habeat debeat et teneatur ..... et quod hoc idem etiam intelligendum et observandum sit de quolibet capellano .. inantea recipiendo, solum tamen pro una marchi argenti. ..... Deinde ..... statuerunt ..... quod generale capitulum in dicto suo Monasterio per eos ..... singulis annis ante aut post festum Beati Johannis Baptiste ad octo dies proxime et immediate sese sequentes celebrandum sit et celebrari debeat, ad tractandum pro tunc et ibidem de negotiis ..... monasteri sui sepedicti. Item quod ex nunc et inantea quivis ad prebendam ..... receptus et admissus a tempore receptionis et admissionis suarum hujusmodi per biennium integrum et continuum de fructibus et emolumentis eiusdem suae prebendae carere debeat et teneatur, nec eosdem in toto seu in ejus parte exigere aliquatenus seu petere modo etiam quocunque. Quodque nullus beneficium canonicatus et prebende plenarii seu thuribuli ejusdem sui monasterii inantea pacifice assecutus aliquam prebendam ecclesie sanctorum martyrum Felicis et Regule prepositure Thuricensis ..... sive talis sit canonicalis aut capellanatus, una cum ejusdem monasterii sui beneficio memorato simul et in solidum detinere possit valeat seu debeat, aut ullo modo possidere. Postremo ..... statuerunt ... quod similiter ... quilibet beneficium ..... in eodem suo monasterio obtinendo adsequens, de fructibus, redditibus et proventibus tam ex decimis quam censibus aut aliis distributionibus quibuscumque ejusdem sue praebende nomine procedentibus, nisi praesentiis suis deservitis per eum prout in monasterio suo hujusmodi moris est, quicquam non exigat seu percipiat ..... sed potius de iisdem carere penitus et ex toto tempore, quo in loco ejusdem sui beneficii non faciat residentiam personalem. Et hec premissa omnia et singula .... statuunt et ordinant ex nunc et inantea ..... inviolabiliter fore observanda per solemnem etiam stipulationem ..... Et ut unum vel plura publicum seu publica de premissis sibi conficerem instrumentum seu instrumenta Domina Abbatissa sepedicta sui ac Capituli et Monasterii suorum predictorum nominibus me notarium publicum instanter requisivit. Que acta sunt presentibus ibidem

circumspecto et discretis viris Domino Johanne Rütschart cappellano Monasterii Thuricensis sepetacti nec non Burkhardo Herdli clerico Constanciensis Diocesis sepefatae etc. Ed Ego Johannes Chuon de Stain etc.

Stadtarchiv Zürich. *(Pergamen mit der nachfolgenden bischöflichen Bestätigung B. 461 unter ein und dasselbe angehängte bischöfliche Siegel beschlossen. Die oben weggelassenen Stellen sind blosse amplificirende Formalien.)* *Abschrift: Doc. Abb. III.* 323.

461.

Bischöfliche Bestätigung der Statuten, welche Aebtissinn Anastasia von Hohenklingen und ihr Kapitel für die Abtei aufgesetzt haben.

Konstanz. 28. Februar 1417.

Otto [1]) Dei et apostolice sedis gratia Electus Confirmatus Constantiensis. Universis et singulis .... notitiam subscriptorum cum salute. Quanti sit meriti quamve necessarium in locis sacris presertim collegiatis Ecclesiis cultum divinum depressum reformare, reformatum adaugere et que pro salubri gerendorum in Ecclesiis iisdem statu et quiete provide statuuntur, quod firma perpetuitate persistant, oculo solicitudinis dirigere et sollidare, ingens et intenta consideracio qua volvimur in hiis diuturne nos informavit. Hinc est quod die date presencium pro parte venerabilis in Christo domine Anastasie tunc Abbatisse et tocius capituli Ecclesie sanctorum Felicis et Regule Abbacie Thuricensis nostre dioecesis apperta nobis humilis relatio continebat ..... Nos itaque statutis hujusmodi nobis exhibitis ut prefertur receptis visis perlectis et ad plenum eorum intellecto tenore, habitoque peritorum nobis fidelium consilio, eadem statuta reperimus ratione conforma et consona honestati viteque et canonice edita et ordinata. Idcirco .... omnia et singula statuta et ordinaciones in litteris seu publico instrumento quibus seu cui presentes nostre littere transfixim sunt appensate contenta et descripta ..... ordinaria nostre auctoritatate quantum in nobis est ... confirmanda autorizanda roboranda ratificanda duximus et approbanda et in Dei nomine confirmamus etc. In horumque testimonium et robur solidate firmitatis Sigillum nostrum presentibus fecimus transfixim appensari. Datum Constantie, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Decimo septimo. II Kal. Marcii. Indictione decima.

[1]) Otto von Hachberg. Vrgl. B. 455.

Stadtarchiv Zürich. *(Die rothseidene Schnur, an welcher das bischöfliche Siegel hängt — die Wappenschilde von Konstanz und von Hachberg; darüber das Brustbild der Maria mit dem Jesuskinde — geht durch diese und die vorhergehende Urkunde. B.* 460). *Abschrift: Doc. Abb. III.* 331.

462.

Aebtissinn Anastasia von Hohenklingen und ihr Kapitel verkaufen den Zehnten zu Seelisberg an die Leute daselbst; letztere verpflichten sich dagegen, einen Priester für die dortige Kapelle zu besolden.

Zürich. 4. März 1418.

(S. den Abdruck im **Geschichtsfreund der V Orte. II. 193. IX. 27.**)

463.

Burgermeister, Rath und Bürger in Zürich haben zu der Stadt Handen den Kelnhof zu Stadelhofen als Lehen von der Abtei empfangen.

Zürich. 29. April 1424.

